qui guelfae factioni studebant, nullo negotio deditionem, praeter Boscenses, regio praefecto fecere; quorum quoque exemplo complures alexandrini cives adducti, qui Bergolium ultra Tanagrum amnem incolunt ac ex quatuor partibus civitatis unam partem obtinere dicuntur, ad Raynaldum defecere.

Haec tam repentina rerum immutatio et Alexandrinorum ad Gallos defectio tantum non reliquis modo alexandrinis civibus quam universae prope transpadanae regioni pavorem intulit, ut omnes partium earum incolae, derthonenses praesertim cives, uno fere tempore ad Franciscum nuntios miserint imploratum auxilium, quod nisi ad eos celeriter subsidia mitterentur, diu se adversus ferocissimas immanissimasque Gallorum gentes, nullo militari praesidio adjuti,' tueri posse diffiderent; nam tanta erat apud vulgus gallicae crudelitatis innata opinio, *c. 543* ut vix homines imperiti ac ex se pavidi et assiduo etiam mulierum comploratu impulsi contineri possent, quin plerique concilia inirent et magistratuum suorum injussu ad sese Gallis dedendum obviam progrederentur. Quibus ita Franciscus respondebat sė eos bono esse animo jubere. Gallos non diutius in Alexandrinos futuros, Mediolanenses ea propediem missuros auxilia, ut, in quo nunc periculo positi viderentur, liberati in pace vivere possent idque se pro communi omnium salute atque commodo, ut quamprimum efficiatur, curaturum; proinde eos hortari, ut in fide permaneant; Gallos homines esse non leones; non ejusmodi feras meminissent, qui mortales primo aspectu atque congressu interimant ac devorent; caverent ne se Gallis temere dedant, ne quam nunc ab iis poenam timeant, a nostris postea juste plectantur. Eadem de causa, cum Mediolanum alexandrini cives salensesque misissent, qui nuperrime, deditione facta, sub Mediolanensium vivebant imperio, intelligeretque Franciscus ex multorum literis edoceri a se maxime Mediolanenses cupere, quo consilio quove auxilio suorum saluti quive essent in extre'mo periculo constituti, sibi prospiciendum sit, scripsit' MUR., 414 ad eos, ut quo majore militum praesidio possint reliquam Alexandriae urbis partem, quae in *c. 544* eorum fide maneret, muniant; qua servata, se non dubitare eos occupata a Gallis oppida brevi recuperaturos, quod et hyems subesset, quae ei genti, laboribus incommodisque insuetae, maxime esset inimica, et illorum paucitas faceret ut, existimatione, quae magna initio rerum fuerat, in dies diminuta, non multis viribus Alexandrinorum finibus pellerentur. Quo pergrate Mediolani accepto probatoque consilio, transmittuntur confestim Alexandriam mille circiter equites ex iis, qui a Philippo et fide et virtute praestantes haberi soliti sunt; quo praesidio ita Alexandrinorum civium animi, praecipue qui gibellinae factionis studia sequerentur, et sublevantur et in Mediolanensium fide confirmantur, ut et ipsi infirmas jam Boscensium mentes, qui soli adhuc Gallorum victoriae obstiterant, confirmarent et in officio continerent. Praeterea ad Raynaldum Franciscus mittit, qui diceret Papiensium urbem, sibi ultro a civibus cum universo agro traditam, pleno jure suae ditionis esse ejusque tutelam deinceps curae sibi fore; quamobrem quicquid deinde vel incommodi vel injuriae Papiensibus inferretur, se id sibi ascripturum ejusque rei ultionem, quae ad se maxime' perti- *c. 545* neret, memoria non depositurum idemque de Derthonensibus, qui sese suaque omnia suae fidei commisissent, commemoraret; idcirco hortari eum atque monere volebat, ut ab injuria et maleficio in suis finibus abstineret, cum sibi exploratissimum sit, Carolum, christianissimum Francorum regem, sub cujus auspiciis signisque bellum in Italia gerere coepisset, ullam sibi a suis molestiam neque velle, neque, ubi intelligat, inferri permissurum, quippe quod pro ejus amplitudine et Andegavensium familiae sibi conjunctissimae commodo patrem suum Sfortiam in Apulis bella gerentem primum, deinde non suum suorumque modo patrimonium, sed fortunas omnes, quas ipse postea tam in Picentibus quam aliis Italiae locis magno labore adeptus erat, amisisset. Quod cum audisset Raynaldus, ita singulari ejus viri virtute, egregia in universam Francorum regiam domum fide et summa omnibus in rebus auctoritate permotus

---

2. quoquė *esp.* — 5. mutatio — 17-20. Gallos primo impetu esse plusquam viros, mox minus quam feminas docet. Eadem P — 23. qui essent - sibi *esp.* - prospiciendum esse — 39. volebat *esp.* — 42. quippe *esp.*

est, ut eum potius in regia amicitia confirmandum quam bello lacessendum provocandumque
judicaret, quem maxime gallicis in Italia coeptis aliquando profuturum speraret; quamo-
c. 546 brem sic nuntio respondit, se quamquam civitates a Philippo relictas Aurelianensium duci
hereditario jure spectare intellige'bat, tamen ejus causa neque Papiensibus vim ullam, neque
Derthonensibus, dum sui sint, aut facturum, aut fieri a suis passurum. Qua quidem re im-
petrata, mittitur Derthonam Johannes Caymus, ut ei civitati praesset et Derthonensium agri
a populationibus Gallorum immunes sua praesentia servarentur; nam derthonenses cives,
posteaquam Mediolanensium dominationem recusare communi consilio decreverunt, Fran-
Mur., 415 ciscum sibi dominum elegerunt, ducti ejus' potissimum in regendo moderatione, in judicando
aequitate et in puniendo mansuetudine; quas viri virtutes, pluribus exactis jam annis, degu-
stasse praedicabant, cum sibi Philippi jussu per aliquod tempus paruissent. Hos tamen Fran-
ciscus, ne rursus ob eam causam irritati Mediolanensium animi in praecipitium aliquod cor-
ruerent, in potestatem palam accipere differendum statuerat. Haec dum apud Sanctum Co-
lumbanum aguntur, Viglebienses Mediolanensibus et Mortarienses cum majore oppidorum
parte, quae in Lumellina regione sunt, missis, ut supra ostendimus, cum non parva equitum
manu legationibus, Francisco deduntur; reliqua ad Sabaudianos deficiunt. Qui, ubi ceteros
regionis ejus transpadanos municipes aut Francisco aut Mediolanensibus se dedidisse co-
c. 547 gnoverunt, ab inferendo bello destitere;' idem fecere Genuenses et qui praeter Gallos arma
in Transpadanis sumpserant. His constitutis rebus, cum in castris saepius disputatum esset,
recepta Columbanensium arce, quibus deinceps agris ducendus exercitus quibusve aut
oppidis aut civitatibus hostium inferenda essent arma, placuit multis de causis Francisco,
communi etiam aliorum ducum consensu, ut in Aemiliam ad obsidendam oppugnandamque
Placentiam exercitus traduceretur, quod animadvertebat, si diutius Veneti in ea civitate do-
minando inveterascerent, futurum ut, perturbatis ac vacillantibus placentinorum municipum
animis, qui nondum Venetorum praefectis deditionem fecerant, tantos sibi spiritus sumerent,
ut sine magnis inde viribus pelli non possent. Jamque apparere coeperat, quod metuebat,
quippe quod Albertum Scottum, qui suae factionis in civitate princeps erat et Mediola-
nensibus se fidem servaturum promiserat, in urbem concessisse ac se suaque omnia Venetis
dedidisse intellexerat fiebatque insuper quotidie certior, Aloisium Vermium, qui post Pla-
centinorum ad Venetos defectionem in eam regionem suarum rerum tuendarum causa,
suis omnibus copiis transierat, ubi pleraque ac permunita non procul Placentia municipia
c. 548 possidebat, cum Venetis de suis componendis negotiis secreto' agere, a quibus multa ac ma-
gna praemia proponebantur, quibus infirmae hominum mentes in adversa praesertim for-
tuna interdum corrumpi solent; qui, etsi saepius in castra accersitus erat, tamen multis dif-
ficultatibus propositis, quare, quod requirebatur, id minus a se praestari posse demonstrabat
et ita *** eius dicto nunquam audiens fuit. Re igitur decreta, mediolanensi etiam con-
tradicente senatu, quod verebatur ne, libero adversus Insubres hoste relicto, ea regio gravius
infestaretur, eodem quo venerat itinere movet eo consilio, ut ponte, qui erat apud Cremonam,
in placentinum agrum duobus castris toto exercitu trajiceret; sed nondum positis apud Co-
tonium castris, renuntiatum est per quendam, ex hostium castris secreto missum, ut quam-
primum suae urbis Cremonae saluti prospiciat, quod ad eam veneti legati capiendam intenti,
sive per civium quorumdam, sive per arcis, sive custodum portarum proditionem, se ad
conficiendum negotium parabant. Quod cum audisset, Franciscus, magnitudine periculi per-
Mur., 416 motus, mox Picinini Faventinique exercitum curae commendans, jubet ut, ser'vatis de custo-
diendis movendisque castris legibus, postridie in Cremonenses traducerent locumque castris
c. 549 F1 idoneum docet seque omnino obviam futurum dicit; deinde cum paucis cele'riter Cremo-
nam per flumen Padum devectus, quod ad urbis salutem pertinet, impigre conquirendo

5. quidem *esp.* — 7. servaret — 10. exactis *esp.* — 11. cum ei — 27. quippe *esp.* — 28. *primo* se *esp.* — 30. *invece di* in eam regionem *già* in Transpadanos — 35. quare *esp.* — 35-36. posse demonstrat. Re igitur — 39. binis castris — 43. Quod cum audisset *esp.* — 44. mox *esp.*

peragit. Ceterum frequens in castra rumor insequenti nocte perlatus est de adventu hostium, eo instructa acie contendentium, qui passuum millia decem ab eo loco aberant, qui, etsi, ut postea compertum est, falsus erat, tamen tantum totis castris tumultum excitavit tantumque omnibus terrorem, eo praesertim absente qui summam imperii tenebat, intulit, ut sine ordine, sine imperio omnia tumultuarie agerentur, nec milites aut quid agant, aut quo se vertant, scirent et Picininus, non minus quam ceteri, incertis etiam rei auctoribus territus, nullo cum reliquis exercitus ducibus communicato consilio, juberet tubicinum hac atque illac concursantium vocibus, ut mox omnes, collectis sarcinis, ad Pisleonis pontem se conferant. Quae res et timorem auxit timentibus et tumultum tantum inter copias noctisque tenebras majorem terribilioremque effecit, nam sic fugae studio omnia commiscebantur clamoribusque omnia confundebantur, ut appropinquasse jam hostis jamque in castris esse videretur et non multo die, cum omnis ad pontem exercitus convenisset; quo ubi ventum est, quisque pro se trans flumen salutem petere contendit. Ex ea re ad pontis ingressum non' tam carrorum aliorumque *c. 550* impedimentorum quam militum frequens congeritur multitudo oriturque magna non minus verborum quam verberum vulnerumque contentio: milites impedimentis, impedimenta militibus pontis aditum impediunt; alter alteri nimio transeundi studio impedimento est. Dum sic ad Pisleonum contenditur trepidaturque, Franciscus de his rebus velociter ex itinere certior factus, citato gradu huc advolat; instaurantur illico ejus adventu militum animi, contentiones clamoresque omnes ejus praesentia quieverunt. Quae ubi conspexit, Franciscus admiratur ob incertos rumores tantam rei novitatem, eo absente, ita cito, ita temere factam, admiratur magnum fugientem exercitum, hoste nullo insequente, indignatus de ignavia duces increpat. Operae pretium erat, suam unumquemque satisfactionem agere conantem audire: Faventinus, orto tumultu, cum Picininus inconsultis omnibus de repentino discessu jussisset, male gestae rei consulere non potuisse, neque se posthac passurum unquam ut sine Francisco duce in exercitu relinquatur, dicebat; Carolus item omnem in Picininum culpam vomens, hominem de socordia ac desidia graviter incusabat et verbis in eum mordacibus invehebatur, qui prae pudore, summo perfusus rubore, cum pauca' iis de ebrietate respondisset, nam praeter *c. 551 F2* cetera vitia, quae ei obiiciebantur, de temulentia admodum redarguebatur, conticuit; ob id Carolum Faventinumque Franciscus de maledictis obiurgando, ut maledicere deinceps desinerent, admonuit.

Traducto autem imperatoris praesentia in Cremonensium fines sine strepitu, sine ulla prorsus voce exercitu, castris ab eo ponte non amplius passibus mille locatis, Franciscus ab exploratoribus cognoscit, hostes eodem die ad locum quendam, ubi Cavacurtum vulgo dicunt, minus a Pisleone oppido duobus millibus passuum movisse; paulo deinde post ex perfugis ei renuntiatur, in Cremonenses eum fugere vulgatam jam esse inter hostes famam, quippe qui dicerent eum in Laudensibus neque apertis campis consistere ausum neque ullum deinde tutum sibi locum' nactum in Cremonenses profugientem, ibi flumen sibi munimento MUR., 417 parasse. Qua voce vehementer commotus, non ferendum sibi existimavit, ut tantum ignominiae nomen de tanto exercitu deque tot praestantissimis belli ducibus apud hostes relinqueretur eiusque rei is locus memoriam proderet; itaque convocatis in concionem ducibus communicatoque consilio, tubicinem ad se accersiri iubet, huic, quid fieri velit, ostendit.

---

5. tumultuarie *esp.* - aut *esp.* - agerent - verterent — 6. etiam rei *esp.* — 7. exercitus *esp.* — 8. conferrent — 9. timentibus *esp.* — 9-10. tumultum inter noctis tenebras maiorem effecit — 11. et *esp.* — 12. *già* conveniret - Quo.... est *esp.* — 16-17. Dum.... trepidaturque *esp.* — 17. velociter *esp.* — 19. praesentia sedantur. Franciscus — 20. tam cito, tam temere — 20-21. admiratur tantum fugisse exercitum — 24-25. neque.... relinquatur *esp.* — 25-26. hominem socordiae ac desidiae graviter — 27-29. cum praeter cetera vitia, etiam temulentia obiiceretur, conticuit. Carolum Faventinumque Franciscus obiurgando ut — 31. autem.... praesentia *esp.* — 31-32. sine.... voce *esp.* — 33. ad.... ubi *esp.* — 33-34. vulgo dicunt *esp.* — 35-36. famam quod nec in Laudensibus - ausus esset neque — 37. deinde *esp.* - locum citra Cremonam putasset, ibi — 38. sibi *esp.* — 40. eiusque.... proderet *esp.* — 41-p. 196 l. 9. tubicinem, in Venetorum castra missum nuntiare iubet ne quis exercitum aut ducem Mediolanensium timoris et fugae insimulet, constituisse P

c. 552 Qui jussa faciens, cum in Vene'torum castra pervenisset, haec in Michaëlis plurimorumque conspectu clara promit voce: intellexisse Franciscum Sfortiam, ducum exercitusque Mediolanensium imperatorem maximum, Venetorum in exercitu ubique jactari, mediolanensem exercitum, cui ille praesit, ingenti timore territum in cremonensem profugisse agrum, ubi tutus sibi, magno profluentis Adduae repagulo intercedente, foret locus idque ex recentis nocturni itineris testimonio confirmari; ne igitur in eo maneant errore Venetorum duces idque falso suae auctoritati tribuant, cum ea non fuga, ut ipsi praedicabant, sed profectio sit sponte consultoque suscepta, quae quorsus se verterit, intelligent postea Veneti, se eo ad id esse missum, ut omnibus suis verbis innotescat, constituisse Franciscum eundem, si venetis ducibus proeliandi steterit animus, postero die toto exercitu citra Adduam in laudensi solo aequo utrique parti loco pugnandi potestatem facturum. Ubi vero ex tubicinis reditu hostium duces congressum non recusare cognitum est, cum se alacri animo dimicandi copiam facturos et ipsi respondissent, dat continuo Franciscus alacriter operam, ut ex proximis oppidis milites, quibus praesidio essent, accersantur; Cremonensibus Cremensibusque simul delectum impe- *c. 553 F3* rat; hos uno tempore omnes' in castra convenire jubet et quantis praeterea potest undique coactis copiis in proximam noctem exercitum augere nullum tempus praetermittit. Postea vero quam illuxit egregieque aciem instruxit, exercitus partem in Laudenses ponte traducit, reliquam, ubi oporteat, accitam subsequi mandat et mille circiter passus in hostes producit; idem facit Michaël. Duo sunt, qua utrimque coeundum confligendumque erat, non multum editi colles, quingentorum fere passuum inter se et pari ab utrisque castris spatio distantes; hi convallem in planiciem equestri pugnae accommodatam efficiunt; utrique in suo colle exercitus consistunt; quibus se mutuo e regione conspicientibus, duces alter alterius in planiciem descensum committendi proelii initium exspectabant; interim pedestribus copiis, paucis intermixtis equitibus, leviter concertabatur. Ubi vero Franciscus, majore jam diei parte consumpta, hostes neque loco se movere, neque ullum dimicandi signum facere videt, arbitratus id quod erat, non ad conserendam pugnam, sed ad quandam servandae auctoritatis causa ostentationem eo usque venisse, ubi tuto ad spectaculum accommodato se tenerent loco, levi eos proelio in certamen provocare statuit, nam quod consilio illos recusare animadvertebat, *c. 554* ad id arte, si allicere posset, experiri volebat. Itaque' duas delectorum equitum cohortes et peditatus partem, quorum numero Jacobus Picininus pugnandi avidus cum paucis ex suis precario est additus, immittit in hostes eo jussu ut, necubi prius starent, quam in ipsorum hostium agminis conspectum venirent; quorum praesidio alias submittit cohortes, quas non procul ab his stare jussit. Hi imperata faciunt; priores invadunt hostes pugnaque lacessunt et paulatim in planiciem trahere conantur; praeter ceteros autem sfortianos equites, qui ei proelio interfuerunt, Antonellus quidam Cornetanus, cui ex parvula corporis statura Pici- MUR., 418 nino erat' cognomen, tum animo acer et manu promptus, praeclarum eximiae virtutis cernentibus reliquis testimonium praebuit, quippe qui se confertissimos inter hostes saepius intulerit paucisque adjutoribus sociis primum hostium agmen acriter turbaverit repuleritque et magno circumfusus numero propria virtute et equi celeritate egregie rem edendo et multitudine se explicando, admirantibus cunctis, ad suos incolumis se retulerit; hostes nihilo tamen secius perstare in summo colle perseverant, neque quod a nostris ad medium fere acclivum progredientibus urgerentur, neque quod in plurimorum conspectu nonnulli ex suis *c. 555 F4* caperentur, loco moventur. Unam hanc solum' committendi proelii speciem eo die de se Veneti praebuere; colles, quos diximus, ad meridiem sunt perpetui et ad orientem duorum cornuum instar in Adduam vergunt; ab horum superiore collium parte, quae paulo minus passuum mille continet ambitum, aggressuros se nostros multis interdiu agitationibus ostenta-

3. maximum *esp.* — 9. eundem *esp.* — 11. potestatem facere — 12. congressum non recusare *esp.* - cum se *esp.* — 12-13. et ipsi respondissent *esp.* — 13. alacriter *esp.* — 14. simul *esp.* — 17. egregieque .... instruxit *esp.* — 29. equitum turmas — 32-33. horum praesidio alios submittit, quos non procul — 35. quidam *esp.* — 36. tum *esp.* — 43. *propriamente si legge* moverentur - de se *esp.* — 46. interdiu *esp.*

verunt, quippe quod in primis ex turmis equitum multis alam confecissent et cum iis Robertum bodiensem natione picentem, virum siquidem fortem et magnum belli usum habentem, ea nostros adoriri mandassent, qui nondum ad secundum processerat lapidem, cum resistere eum regredique jusserunt. Quod ea de causa potissimum nostri factum arbitrabantur, quoniam verebantur, ne praeter voluntatem ad confligendum traherentur, quandoquidem nostram phalangem, ex pluribus coactam cohortibus, frequenti alacrique cursu in suos euntem conspicerent, cui Franciscum Picininum, grandiorem natu alterum, et Carolum Gonzagam Franciscus praefecerat mandaveratque ut venientes, medio peracto itinere, hostes invaderent, nec aliter lacesserent, si non lacesserentur; qui ubi nihil negotii cum hostibus sibi dari vident, rursus inter sese in priores acerbioresque contumelias descendunt: Picininum primo Carolus verbis insultans, ignavum temu'lentumque appellat; ille contra Carolum pusillanimum, eda- c. 556 cem, blateronem garrulumque arguit. Cum sol igitur jam occideret, neque hostem arte ulla aequum in locum ad pugnam attrahi posse Franciscus videt, neque iniquo sibi loco pugnandum censeret, receptui canere iussit; quo signo dato, utrique in castra exercitus poene vesperi rediere. Postridie autem, ut constituerat, Franciscus in Placentinos traducit et in itinere pergens postero die, qui fuit ad kalendas octobres, unis castris ad passuum millia duo prope Placentiam admovet. Sed quoniam hanc, quam obsidere urbem properabat, magni esse ambitus, magno refertam populo et valido munitam praesidio intelligebat, cuncta prius exploranda, quam propius accedat, arbitratus, biduo ibi morandum sibi statuit; Aloisium Vermium primo ad se cum toto ejus milite venire jubet magnumque insuper stratorum numerum universo placentino agro imperat; deinde quae civitati rerum conditio esset,' qui militum, Mur., 419 quive hominum ad sumenda arma idoneorum numerus intus aleretur, quae regioni natura esset, qui in Placentinorum finibus fidem cum Mediolanensibus servarent et qua demum municipes mente secum futuros sperare posset, quod haec fere omnia sibi incognita erant,' summa cura cognoscere studet. Quae cum satis pro tempore partim ex placentinis civibus, c. 557 F5 qui eo venerant, conquisisset, praecipue ex Johanne Anguissola, Grazanensium comite, non minus regionis ejus quam belli perito, cui ob antiquam inter eos familiaritatem magnam adhibebat fidem, partim ipse loca peragrando perspexisset, ita comperiebat, quod imprimis placentini erat agri, praeter Vicolenium, Albertis Scopti municipium, quem defecisse ad Venetos diximus, olim Mediolanensibus obtemperare; municipes vero, partim metu, partim voluntario animo ad pellendos Placentia Venetos satis esse propensos; nobiles, qui in municipiis erant, quorum non parvus erat numerus, ex Anguissola, Landa et Arcella praesertim familia, propensiore quodam ad id motos studio, omni sibi auxilio affuturos affirmare; urbs ipsa Placentia, quae in via Aemilia est, quam nunc Romanam appellant et in patenti planicie sita est, non amplius passibus quingentis a flumine Pado distans; sicuti in quatuor civium factiones dividitur, Fontanam, Scoptam, Landam et Anguissolam, ita quatuor portis distinguitur, harum una, quae ad orientem spectat, divi Lazari porta, a templo ibi extra urbem constructo denominatur, alteram, quae ad occidentem vergit, Viae Sublatae portam appellant, quae' vero a meridie est, a beati Raymundi fano, quod juxta eam portam intra c. 558 urbem existat, nomen capit; quarta autem, quae ad septemtrionem versa est, Fontis Augusti porta nuncupatur, quam vulgo Fosustam dicunt, quod sacer ac vetustissimus Augusti fons ab ea regione urbem praeterfluat; qui quidem fons, cum magna vi aquae in Padum decurrens, commodissimum civibus portum efficit; ceterum plusquam millia quatuor militum ea

1. quippe quod *esp.* - alam faciunt et — 2. natione .... habentem *esp.* — 3. adoriri iubent qui - nondum ad lapidis iactum processerat, cum — 5-6. nostram aciem — 6. coactam turmis — 7. grandiorem natu alterum *esp.* — 10. primo *esp.* — 11. verbis insultans *esp.* — 11-12. Carolum timidum, edacem — 12. blateronem *esp.* - garrulumque vocat. Cum sol — 14. censet - cani iubet — 15. autem *esp.* — 15-16. traducit et proximo die — 20. eius equitatu - insuper stratorum — 23. cum *esp.* — 26. Grazanensium comite *esp.* — 27. inter eos *esp.* — 28-29. comperiebat quicquid Placentini agri esset praeter — 29. quem defecisse — 30. vero *esp.* — 31-32. essent *invece di* erant — 33-35. affuturos urbem ipsam in patenti planicie sitam non — 35. distans *esp.* — 37. distingui - ibi *esp.* — 40. autem *esp.* — 42. cum *esp.* — 44-l. 1 p. 198 militum in urbe erant, in

esse in urbe, in quibus duorum millium erat equitum numerus; quod, anteaquam e Papia ad prohibendos in Placentinos transitu Venetos, ut demonstravimus, galeones mitterentur, duces Venetorum singuli singulas equitum turmas jussu legatorum eo transmiserant praesidiumque auxerant; ex omni autem civitate, qui et ferre et exercere arma poterant, amplius millibus delectorum hominum sex; magnam praeterea vim frumenti magnamque ceterarum rerum copiam, quae ad alendos tam homines quam jumenta usui erant, eo comportatam; eandem insuper urbem, majore quam ceterae Longobardorum urbes, sed paulo tamen minore Mediolani constare circuitu et validis moenibus duplicique fossa circumdatam ac tur-
c. 559 ribus vetustissimis et propugnaculis pluteisque frequentibus novissime confectis' permunitam; cives quoque cum omni multitudine, qui urbem Venetis tradiderant, constantissime in illorum fide se permansuros constituisse idque saepius in veneti legati conspectu jurejurando confirmasse atque omnia extrema prius passuros quam Venetis fidem fallere, nam conscientia admissi facinoris ob factam dudum Venetis deditionem, ita eos vexabat, ita conterrebat,
Mur., 520 ut nunquam apud Mediolanenses, quos' suapte natura odio haberent, ullum sibi clementiae locum invenire posse arbitrarentur; idcirco omnia prius pati velle dicebant, quam aut in voluntariam defectionem, aut in coactam deditionem devenire. Cumque demum Franciscus sui exercitus rationem habuisset, non minorem pugnatorum numerum eos conficere posse reperit, qui Placentiae defensioni essent constituti, quam ii, quos in exercitu non inutiles reperisset. Haec omnia, ad quae etiam accedebat, quod autumnus jam pluviis et imbribus incrudescere coeperat, etsi Placentiae obsidionem, quam per se duram atque difficilem fore iudicabat, non tam duriorem difficilioremque quam diuturniorem et periculosiorem reddere videbantur, tamen eo acriore animo ejus obsidendae oppugnandaeque urbis negotium susci-
c. 560 pit, quo majorem inde virtutis laudem, cum potiatur, se consecuturum' intelligebat.

Per eosdem quoque dies, quibus in Placentinos Franciscus trajecerat, Michaël et Venetorum legati, quibus nulla res magis eo tempore erat curae, quam ut placentinos cives in fide continerent urbemque usque adeo servarent, quoad classis, quam Veneti summa diligentia ac celeritate Venetiis aedificandam curabant, Pado flumine eo summitteretur, decreverunt, communicato saepius consilio, praesidium, quod Placentiae erat, tanto equitum ac peditum numero rursus augere, quo plus in civitate milites quam ipsi cives possent contraque hostium vires moenia facilius tueri, quod sibi exploratissimum erat, hostem, nisi ea recepta nequaquam inde discessurum, cum magnam illum ejus obsidendae urbis opportunitatem habiturum intelligerent. Itaque cum ad Casale Posterlengum in veteribus castris consedissent, magna exercitus parte sumpta, ad Padi ripam, quae non longe a Placentia est, contenderunt, ubi ad trajiciendum paratae erant portoriae naves. Quorum de adventu, cum esset Thaddaeus certior factus, cum toto milite et magna populi multitudine urbe egressus, ad alteram fluminis ripam e conspectu navalis ineundae pugnae signum exspectabat. Duo ibi ex subli-
c. 561 mioribus galeones, qui, uti ostendimus, e Papia venerant, in medio flumine' in anchoris stabant, ne quis ea transiret prohibentes, quod trajectus ibi esset brevior et ad conscendendum naves et egrediendum accommodatior; reliqui vero quatuor multo minores, quorum duo nuper e Cremona missi fuerant, partim in superiore, partim in inferiore fluminis parte constituti, tria passuum millia aut paulo amplius inter se distabant. Hos, quos diximus, subliminores, quibus Bernardus Eustachius praeerat, summo bombardarum colubrinarumque impetu, quas vehiculis eo detulerant, ex utroque litore uno atque eodem tempore acriter oppugnare et multis flumine armatis naviculis duobusque galeonculis, qui Placentiae erant, expugnare coeperunt. At praefectus, etsi majore nautarum militumque parte, multis confecta vulneribus,

4. civitate, qui ferre arma — 15-16. idcirco .... devenire *esp.* — 16-17. Franciscus suum exercitum recensuisset — 18-19. quam ii .... quae etiam *esp.* — 19-22. incrudesceret. Quae omnia cum obsidionem per se duram atque difficilem duriorem diuturnioremque reddere viderentur, tamen — 23. inde laudem consecuturum — 24. quoque *esp.* — 25. eo tempore *esp.* — 34. portoriae *esp.* — 35. toto praesidio — 37. *il primo* in *esp.* — 39. vero *esp.*

nullo temporis spatio intermisso, ita in angustum undique conflictabatur, ut jam hostes opertis musculis quibusdam, quos vulgo gattos appellant, clavos nostrarum navium apprehendissent evellereque adniterentur, tamen, quamvis aegre, tam diu pugnam sustinuit, quoad Philippus nepos, qui erat in superiore fluminis ripa, audito frequenter bombardarum concrepitu, cum duobus, quibus praeerat, galeonculis ei subsidio fuit. Cujus adventu magno protinus periculo Bernardus′ liberatus est, nam, si amplius loco persistere vo′lebat, haud diutius ita Mur., 421 c. 562 tueri se poterat, quin devictus in hostium manus deveniret; sin vero solvens loco discedebat, liberam transportandorum militum hostibus potestatem relinquebat, quandoquidem in Padi confluente, occupatis utrisque litoribus, amplius consistere non poterat. Redintegratis igitur viribus sublatisque anchoris, extemplo hostium classem invadit, quorum naves, cum leviores essent, relictis portoriis ad ripam fluminis, quae ad Placentiam pertinet, fugientes se per Augusti fontem Placentiam receperunt; portorias praefecti naves, fugatis utraque ripa hostibus, rescissas fractasque ad imum demergi jusserunt. Hoc proelio facto, hostes irrito coeptu cum in stationes rediissent, majore conatu classis e traiectu pellendae studio die postero eodem revertere statuerunt; quo cum mane venissent et aliquamdiu nostros ex continenti lacessissent, nec quicquam proficere posse animadvertissent, pugna destitere.

His cognitis et omnibus ad obsessionem perpectis rebus, Franciscus, ut decreverat, Placentiam toto exercitu propius accedit castraque in hunc modum circum moenia disponit: suum in primis peditatum ad divi Lazari portam, cui suburbium multis aedificiis frequens subjicitur, ponit, equitatum passus ab inde quingentos locat; idque ea fecit causa, quod tantum′ ab urbis fossa equitum tabernacula abesse volebat, quantum ad instruendum exten- c. 563 dendumque agmen, ubi opus sit, sufficere posse arbitrabatur; praeterea erumpentibus ex munitissima rerum omnium civitate hostibus, quod crebro facturos existimabat, ita prospiciendum censebat, ne primo impetu in equitum stationes prosilire ipsi possent; quae si procul a moenibus sint, cum haud longius ab obsessae urbis munitionibus progredi plerumque milites ausi fuerint, id minus fieri posse judicabat; Carolum deinde cum suis ad fontis Augusti portam eodem fere intervallo stationes firmare mandat, cui, quo ibi tutius permaneat, nonnullas ex sfortiano equitatu cohortes adjungit; Picininum Faventinumque praeterea ad beati Raymundi et Vermium suis postremo copiis ad Viae Sublatae portam, quem magna insuper auget militum manu ex iis, qui sub iisdem Picinino et Faventino merebant, considere imperat; ceterum, quia ipsa inter castra magna intercedebant spatia, aquaeductibus fossisque agrorum compluribus impedita, haec confestim aequari patentesque vias, quae in urbem ducunt, fossa intercidi et aggeribus repagulisque obstrui jubet, quod et obsessis eruptiones impedire et obsidentibus per campos ita liberum patere iter volebat, ut alteri alterius′ auxilium, c. 564 ubi opus sit, deesse non posset; castra vero, cum hinc ab obsessorum eruptionibus omnino custodiri oporteret, quod a partibus reliquis Pado classeque tuta efficiebantur, pluribus in locis circum muros diurnas aeque atque nocturnas armatae cohortis vigilias disponit. Eo autem die dum parandis stationibus tempus milites terunt, hostes ineundi sine suo periculo certaminis occasionem nacti, tribus portis nunc equestri, nunc pedestri, nunc utroque milite in nostros saepe erumpere proelioque acriter lacessere non desiverunt; quos cum milites nostri undique repellerent, ad portas′ usque insequebantur, ita ut telis e muro conjectis re- Mur., 422 pellerentur; in his proeliis perpauci cecidere, multi utrimque vulnerati, pauci vero intercepti. At Michaël et Veneti, posteaquam nihil opis per exercitum, Pado classeque prohibentibus, obsessis praestare posse vident, alio periturae urbi consilio prospiciendum esse judicant: duae omnino viae supererant, quibus praesenti Placentinorum necessitati subveniri posse existima-

---

1. opertis *esp.* — 3. quamvis aegre *esp.* — 4. frequenti bombardarum strepitu — 5. subsidio venit — 6. nam nec loco — 6. volebat haud *esp.* — 7. tueri se *esp.* — 7-8. discessisset — 8-9. quandoquidem .... poterat *esp.* — 10. invadit. Sed illi naves — 11. levioribus navigiis *sostituito a* portoriis — 12. portorias *esp.* — 14. e traiectu *esp.* — 15. reverti — 17. obsidionem — 22. opus esset — 24. ipsi *esp.* — 25-26. cum .... iudicabat *esp.* — 27. firmare iubet — 28. equitatu turmas - praeterea *esp.* — 29. sublatae *su parola abrasa.*

bant: una erat, ut classis, quae Venetiis, uti ostendimus, parabatur, quam celerrime conficeretur, pararetur, mitteretur; cujus tamen per Cremonenses transitum, quod ibi pons esset, quem magnis viribus interscindi oportebat, difficiliorem tardioremque quam tempus expo- c. 565 sceret, ' futurum arbitrabantur; altera vero erat, quae facilis admodum et imminenti placentinae rei periculo profutura magis videbatur, ut Mediolanensibus Papiensibusque simul eorum agros populando devastandoque, bellum acrius solito inferrent. Ex quo sicuti conjectura perspicere poterant, sic futurum sperabant, Franciscum magno utrisque civibus detrimento affectis summoque terrore concussis, saepius ferendi sibi auxilii causa accersitum continuisque eorum tandem querelis permotum, derelicta Placentiae obsidione, in Insubres propediem reversurum. Quas ob res ad Sanctum Columbanum primum movent ac, ibi relicto cum impedimentis praesidio, usque Papiam toto exercitu multis diversisque itineribus, excursionibus factis, magnum inde hominum pecorumque numerum abduxere; post haec oppidum continuo adorti, scalis multisque machinationibus muro adactis, biduo expugnare contenderunt: oppidani contra, etsi defensoribus nudi ex improviso oppugnabantur, quod quicquid apud eos erat militaris praesidii, in arce servabatur, tamen adeo pertinaciter, adeo fortiter restiterunt, ut non modo se ac oppidum servaverint, sed multos etiam ex hostibus vulne- c. 566 raverint occiderintque ac ea victoria freti, pertinacius in Mediolanensium ' fide persistere constituerint. Quod tamen opinione omnium magis futurae poenae metu, quam datae fidei jure faciebant; imminebat enim eorum cervicibus arx, cum natura loci, cum artificio, ut supra demonstravimus, tum etiam firmo militum praesidio munitissima, quam Venetos, si se dedidissent, minime obtenturos exploratum sibi erat; nec dubitabant, quin propediem vel a Venetorum vel a Mediolanensium exercitu in praedam agi necesse foret. Hostes interim per eos dies, quibus ibi consederant, omni fere hostili metu liberi, non tam Papiensium, quam Mediolanensium fines magnis diurnis nocturnisque incursionibus licentius infestare nullum tempus praetermiserunt. Quibus de rebus Franciscus multorum nuntiis certior factus, pontem, quem in Pado jam aedificari instituerat, summa celeritate faciendum curat; Mediolanensesque praeterea, quorum literis de suo in Laudenses reditu quotidie obtundebatur, hortari, rogare obtestarique non desistit, ut ea, quae ad conficiendum pontem deficiebant, supplementa, omnibus praetermissis rebus, importarentur; nam propter fluminis latitudinem ingen- Mur., 423 tem prope ejus construendi pontis materiem deesse comperiebat, quam partim e 'Medio- c. 567 lano, partim e Verbano lacu eo' comportari oportebat, nec posse ob utriusque exercitus magnitudinem sine longo temporis intervallo ulla alia ratione ad ferendam Columbanensibus opem, nisi confecto ad Placentiam ponte, in Laudenses transire; quia si ea, qua premebantur Columbanenses obsidione, liberari cupiebant, toto sibi exercitu erat in hostes eundum; pontem vero, omnibus ad confectionem comparatis rebus, intra sextum diem aedificari, posteaquam coeptus sit, perfici posse demonstrat; quem quidem pontem neminem esse ita rerum expertem dicebat, qui non facile judicaret, non minus in reliquum tempus, dum cum Venetis Mediolanenses contendant, quam praesenti Placentiae obsidioni magno usui futurum. Haec etsi vera maximeque factu necessaria erant, utque celeriter conficerentur, magnopere apud Mediolanenses literis nunciisque instabat, tamen nequaquam adduci potuerunt, ut ex publico impensa decerneretur, quod nulli rei sibi profuturum dicerent, cum non unius, sed vix trium mensium spatio eum pontem aedificari posse, quo exercitus tuto traduceretur, exploratissimum haberent, idemque Philippi memoria saepius suis ducibus, cum Venetis bella c. 568 gerentibus, accidisse meminissent. Quae quidem res Francisco tantum inter quotidianos maximosque labores molestiae inferebat, ut praesentes turbulentasque temporum conditiones et miserandam prope totius Longobardiae calamitatem saepe ac longe indoleret. Non enim poterat dux belli rerumque prudentissimus inter ceteras tempestatis illius aerumnas, quibus

4. vero *esp.* — 8. sibi *esp.* — 9. tandem *esp.* — 10. reversum — 11. Papiam usque — 12-13. abduxere, et Sanctum Columbanum continuo — 13. multisque machinis — 15. adeo fortiter *esp.* — 19. loci ac artificio — 21. exploratum habebant nec — 23. quibus ibi consederant *esp.* — 27. praeterea *esp.*

ea ipsa regio admodum laborabat, quam in perpetuam servitutem maximamque perniciem in dies per imprudentiam trahi videbat, illud in primis non graviter queri, quod Mediolanenses, qui hactenus per diuturna tempora humiliter servire consueverint, gentibus dominarentur et dominari insueti, quod ignorabant, effici juberent; quodque praesertim res bellicae, quae magni erant momenti et peritissimis dignae viris, sibi agendae erant, qui nihil recte nihilque aut facile aut difficile factu putabant, nisi quod ipsi ignari rerum sentirent; ex quo fiebat, ut plerumque plus sibi eorum imprudentia, quam hostium causa negotii daretur; sed quoniam omnia aequo animo sibi ferenda statuerat pontemque necessario fieri oportere intelligebat, decrevit rursus Mediolanensibus per legatos suos persuadere et preces in omnes descendere, ut res de ponte omnino impetraretur.

Itaque ad eos primo Marcum Attendolum cotoniolanum, ea sola de causa, lega'tum mittit, *c. 569 G 1* quem ubi re in senatum relata, nequicquam proficere cognoscit, alios de integro eodem mittendos legatos designat, Carolum Campobassum et Dulcium de praeclara Ursinorum gente romanum civem, quem anguillariani comitatus honore titulus honestabat; ambos siquidem fortes et rei militaris peritissimos et magnae apud eum auctoritatis viros mittit, qui, frequenti advocata concione, apertius ad Mediolanenses coram loquentes, eorum periculum simul et salutem proponerent, nec posse praeterea civium quorumdam praescripto res bellicas diu ministrari, qui, si quid egregie prospereque gestum erat, aegre ferant suamque apud eorum senatum imperatorisque 'causam multis oppugnare modis studebant; esploratum demum MUR., 424 de placentino bello victoriam in unius pontis confectione versari; facilitatem quoque perficiendi ejus ad diem dictum demonstrarent; ceterum majorem ea de causa dependendae pecuniae partem se daturum pro reipublicae commodo Franciscum pollicerentur. Hac legatione simul et oratione permotis Mediolanensium animis, et faciendi pontis et belli gerendi unius supremi sapientissimique ducis consilio et auctoritate, res tandem omnium consensu decreta est. Qua impetrata materiaque' celeriter undique comparata, nullum Franciscus diurnum *c. 570* nocturnumque tempus remisit, donec ad diem constitutam praeter omnium opinionem super naves in Pado pontem confecerit. Dum autem ei rei dat operam, his crebro palamque verbis utebatur: facta in laudensem agrum ponte transeundi copia, classe ad id, cui intendebat operi, praesidio relicta, quo integra eodem sibi foret redeundi facultas, mox omnibus copiis in hostem ubicumque esset, se iturum. Haec tamen non eo animo pronuntiabat in vulgus, quod a Placentiae obsidione discedendum sibi putaret, sed ut ad hostes cum fama pervenissent, forte suum ex improviso in eos adventum veriti (quod plerumque in bello plurimum sibi profuisse cognoverat) ab oppidi oppugnatione desisterent. Neque eum sua tum fefellit opinio, nam cum primum in hostium castra hic perlatus est rumor, Michaël non exspectandum sibi ratus, ut pons conficeretur, quod iniquo essent Venetorum castra loco posita, trans Lambrum in Laudem Veterem vicum concessit et, si quem peditum deinde numerum noctu Placentiam intromittere posset, naviculis quibusdam per silvas ad ripam Padi deductis, tentare coepit; sed facto saepius periculo, ob dispositas in flumine frequentes custodias' omnes *c. 571 G 2* ejus incassum conatus cecidere. His constitutis rebus, cum per eos dies non obsessa, non oppugnata Placentia fuerit, Franciscus ad eam deinde oppugnandam conversus, inter duas sanctorum Lazari et Raymundi portas, loco idoneo perspecto, tres mirae latitudinis bombardas in murum adigit validumque ibi praesidium ponit, fossis subterraneisque viis cratibus desuper contectis, primam ac secundam urbis fossam ingenti quodam studio adire penetrareque contendit duasque ibi e regione muri turres aedificandas curat; hostes contra omni missilium genere nostros opere occupatos dies atque noctes oppugnare proculque fossa submovere, turres praecipue aedificari coeptas, crebro pilae saxeae ictu frangendo, humi prosternere

---

11. legatum *esp.* — 12-16. cognoscit eodem Carolum Campobassum et Dulcium anguillarianum magnae auctoritatis viros mittit, qui frequenti advocata concione reipublicae periculum — 17. praeterea *esp.* — 18-19. apud.... senatum *esp.* — 19. studeant; demum — 20. facultatem quoque — 21. et *invece di* ceterum — 22. se *esp.* — 29. integra *esp.* — 39. non *esp.* — 40. Placentia fuisset

conantur et adeo acriter percutere coeperunt, ut nullis ibi amplius consistere audentibus,
aedificia brevi corruerent; adversus tormentorum impetum aggerem ab interiore parte triplici
fere urbis muri crassitudine trabe, fasce fimoque contextum instituunt et muro aequare con-
tendunt. Praeterea Thaddaeus, qui et annis et corpore gravis, ad defendendum quam offen-
Mur., 425 dendum aptior peritiorque erat, ut neutram tueri fossam posse animadvertit, tertiam 'sibi
c. 572 ineundam putavit; ripa ter'rena non nimium rapida ab imo fossae ad murum pertinebat; hic
factis in eo muro subterraneis ostiis quibusdam, in ripam erumpitur; aliam ibi fossam quanto
muri ruina patebat spatio patereque posse arbitrabatur, effodiendam duobus circiter cubitis
a muro distantem instituit. At Franciscus, ubi fractas videt dejectasque turres, quas erexerat,
alias de integro instaurandas ac humo et cespite et vimine fasce, qua ad murum spectant,
replendas imperavit. Ceterum in ipso prope oppugnationis initio, rusticus quidam, pannis bar-
baque incultus, sed callido vafroque ingenio, cum in marginem fossae pervenisset intrareque
urbem conaretur, comprehensus ad Franciscum perducitur jussusque effari, unde esset et a
quo missus, quidve in urbem afferret, placentina se patria oriundum ait, a Michaële Vene-
torumque legatis Placentiam ad Thaddaeum Estensem et Gerardum Dandulum cum literis
missum flensque vitam deprecatur. Hunc cum abduci a se laqueoque suspendi Franciscus
jussisset, reversus ad eum Venturas parmensis cohortis praefectus, qui illum eo captivum
adduxerat, miserum hunc dicit: " *Si ei ignosces, ut sit superstes, polliceri omnes tam ex castris*
c. 573 G 3 " *quam ex urbe creditas sibi epistolas et quo volueris et' cui iusseris redditurum, allaturum et*
" *demum quicquid imperaveris integre facturum* „. Qua quidem re audita, Franciscus, cum
id sibi magno usui futurum ad cognoscenda hostium consilia existimaret, quippe qui hactenus
saepius ea cum hostibus esset usus arte magnopereque sibi profuisse cognovisset, hominem
solvi vitaque donatum bono esse animo jubet; huic insuper haud avare pecuniam dat seque
daturum pollicetur, quo magis spe praemii eum sibi obstringeret et quid deinceps fieri velit,
ostendit. Apertis deinde leviter literis, quas tunc deferebat, ut obsignari iisdem rursus muni-
mentis possent interpretatisque magno cum scribarum labore, quorum e numero et ipse fui,
quod ignotis essent figuris variisque nominibus atque dictionibus aliter significantibus conscri-
ptae, quas chifras nuncupant, cognoscit hostes Placentiae obsessos, ut forti essent animo,
cohortari, classem Venetiis summa celeritate parari eamque propediem affuturam affirmare,
cujus auxilio obsidione, qua premebantur, statim liberari posse compertum habeant, et ob id, ne
pons, qui ad Cremonam in Pado erat, illius adventum remoraretur, toto exercitu rescindendi
ejus causa eo proficisci constituisse. Quibus quidem literis nuntio redditis moxque Placen-
c. 574 tiam perlatis, rediit tri'duo post cum responsis tabellarius idem; ex his facile perspectum,
placentinos cives militesque haud graviter adhuc obsidionem pertulisse spondereque urbem
tamdiu adversus obsidentium vires, civibus fidem sancte colentibus, a se defendi posse, quoad
classis, quam propediem expectabant, adventasset; Albertum Scottum praeterea suis literis
proponere nullo unquam humano consilio ad liberandam Placentinorum patriam aut melius
aut salubrius eo tempore occurri posse, quam ut omnibus copiis in eam mediolanensis agri
oram, quam Seprum vocant, signa verterent; esse regionem eam Mediolano proximam
frequentibus vicis aedificiisque refertam et omni cibariorum copia opulentam, unde quod
adhuc bello intacta illaesaque evaserat, magna ex parte mediolanensis populus nutriebatur;'
Mur., 426 qua opportunitate erepta, non passuros Mediolanenses putabat, ut, suo exercitu Placentiam
obsidente, ipsi uno tempore, vastatis undique aedificiis, ab hostibus obsiderentur. Quae pro-
fecto res non mediocrem Francisco metum injecit; nam si hostes id consilii caperent, quod
Albertus regionum peritus suadebat, discedendum omnino inde sibi deserta obsidione intel-
c. 575 G 4 ligebat. Itaque retentis penes se his atque aliis' literis, quae ad hostes deferendae non vi-

10. *primo* et *esp.* - fasce.... spectant *esp.* — 16. flens.... deprecatur *esp.* — 17. turmae praefectus — 18. adduxerat. Hic, inquit, si ei ignosces, pollicetur — 20. quidem *esp.* — 23. haud avare *esp.* — 25-26. rursus sigillis possent — 28. quas.... nuncupant *esp.* - cognoscit duces hostium Placentiae — 35. civibus.... colentibus *esp.* — 37. liberandam Placentiam aut — 42. putabat *esp.* — 46. penes se *esp.*

debantur, cum reliquis nuntium ad Michaëlem dimittit; ad quem cum pervenisset, interrogatus quonam modo per hostium castra incolumis transisset, respondit se sfortiani cujusdam militis, qui sibi multis jam exactis annis herus fuisset, beneficio adjutum, cum eundo redeundoque ducem itineris dedisset seque ejus famulum simulasset, re salva ad eos rediisse dicitque illum pro ea, quam habeat, in Venetos fide, dum res postulet, idem se facturum pollicitum, cum speret aliquando non nihil emolumenti a tanto dominatu consecuturum; ob id credita re, continuo ducentos aureos nummos equiti statuerunt, quos sibi secreto per alium nuntium deferendos jussere. Per hunc modum Franciscus, dum Placentia oppugnatur, quicquid et ipsi in urbe obsessi et in exercitu Michaël et Venetiis ipse senatus vel agebant vel acturi erant, vel si qua etiam inopia laborabant, ita quotidie cognoscebat, ut nihil eum per id temporis illorum consiliorum latuerit. Quod quantum ei in ea oppugnatione commodi attulerit, cum nihil sit utilius in bello militum imperatori, ubi errorem illico poena sequitur, nihil opportunius nihilque magis necessarium, quam hostium consilia habere explorata, non facile aestimari posse, saepe illum dicere solitum, percepimus. Inter haec fit item ex ho- *c. 576* stium castris certior, Michaëlem ex Laudensibus in mediolanensem agrum demigrasse; paulo deinde post e Mediolano ad oppugnandum Melcium oppidum processisse ac, dedentibus sese Melcianis ingenti pavore perculsis, eorum oppido nullo negotio hostes potitos esse cognoscit praesidioque ibi Antonio Vintimiliano, natione siculo, Crotoniatum marchione et a rege Alphonso paucis ante annis domo ejecto cum mille equitibus totidemque peditibus relicto, Adduam per Cassianensium pontem in Cremenses transisse; nec multis etiam post inde diebus ei renunciatur Michaelem, rescindendi pontis causa, toto exercitu Cremonam contendere. Qua re cognita, veritus ne hostes civitatem improvisam nulloque praesidio munitam nacti, initi fierent consilii compotes, extemplo imperat Mannum Barilem neapolitanum et Jacomacium salernitanum, ex veteranis ductoribus equitum et singulari fide et rei militaris scientia praeditos, cum delecta militum manu Cremonam proficisci; ipse vero cum velociter eodem navi delatus appulisset, comperit hostes jam ex arce conspici coepisse et instructa acie ad pontem secus fluminis litus, magno stratorum agmine coacto, maturare', pontis aditum firmo peditum *c. 577 G 5* praesidio communit; quae quidem via ad secundum ferme lapidis jactum attingebat a solo sublimis, fossaque et aggere a latere utroque permunita; galeonem deinde, quem ad pontem forte deligatum conspexerat, tantum armatorum numerum conscendere jubet, quantum pro tempore ad rem gerendam sufficere praefectus judicaret; equitatum praeterea in via altera, qua ab eadem porta ad arcem juxta urbis fossam itur, a laeva' dexteraque item munita cons- MUR., 427 tituit; inter urbem vero atque Padum campus patet equestri pugnae accommodatus. Hac non longe a fluminis litore hostes aciem producunt; committitur statim pedestre praelium, paucis equitibus intermixtis. Quo in praelio Johannellus quidam arianensis oriundus, patria apulus, qui a pueritia apud Franciscum militaribus armis rem egregie navando adoleverat, insigne virtutis suae periculum edidit; equestri autem pugna propter suorum paucitatem abstinuit; qui vero in navi erant juxta ripam adverso flumine navigantes, ita hostium phalange frequenti plumbeae pilulae pilaeque saxeae ictu caedere coeperunt, ut multis vulnere affectis turbaverint disjectamque coepto ab itinere submoverint. At Michaël et veneti simul legati, ubi Franciscum ex insperato eo' advenisse vident, quem tam ex insigni galeae crista *c. 578* quam ex veste et ingenti ejus voce agnoverant, nihilque proficere posse animadvertunt, nullo impetu facto, aversis signis, qua venerant, unis castris in Cremenses remearunt. Admirabantur non parum, fortunamque suam redeundo querebantur, nihil a se tam secreto agi posse, quin statim resciret hostis quotidieque eorum falli consilia, nec a se prospici posse.

His rebus gestis, postridie Franciscus in castra regressus, reperit illo venisse alexan-

---

3. exactis *esp.* — 6. a tanta republica — 7. sibi *esp.* — 11. in ea oppugnatione *esp.* — 12. militum imperatori *esp.* — 17-18. negotio potitum praesidioque — 20-21. nec .... Michaelem *esp.* — 21. mox rescindendi — 23. neapolitanum *esp.* — 24-25. ex veteranis .... praeditos, — 25. vero cum velociter *esp.* — 26. appulisset *esp.* — 35. quidam, oriundus *esp.* — 38-39. hostium acie — 46. His .... gestis *esp.*

drinum quemdam a Raynaldo regio praefecto ad se cum mandatis missum: ab eo intelligit nihil esse, quod Raynaldo eo tempore optabilius contingere posset, quam Franciscum Sfortiam, sicuti hactenus suo regi praecipuo quodam necessitudinis jure affectum acceperat, ita nova mutui foederis accessione habere obstrictum; nec illum dubitare a munificentissimo gratissimoque rege multis magnisque beneficiis ornatum iri, proinde si quod novum foederis argumentum sibi cum eo rege ineundum firmandumque putaverit, sua uteretur opera, quam magnopere sibi profuturam re ipsa facile intelligeret; interim si quid vel consilii vel opis pro regis commodo praestare possit, gratissimum sibi futurum; praeterea Francos, c. 579 Raynaldo' duce, adversus Boscenses castra habere oppidumque enixe oppugnare, nec inde nisi eo aut vi capto, aut per deditionem in potestatem accepto, recessuros ab eodem cognoscit. Huic Franciscus satis sibi esse cum regia Francorum domo amicitiae respondit, quam et servare multis jam annis didicisset et augere integra fide, cujus per omnem aetatem fuisset observantissimus, fixum haberet in animo; neque etiam, quando gravissimum cum Venetorum republica, summis opibus potentissima, pro Mediolanensibus bellum gerat, auxilii quicquam a se Raynaldum sperare eo tempore posse. Sed illud in primis eum amanter edocere volebat, non bono consilio tam paucis copiis in aliena patria, alienis moribus, alienis finibus, procul domo proculque amicis oppidum, muro cinctum et hominum numero adversa sibi factione munitum, obsedisse; abundare Mediolanenses copiis, habere praeter eas, quas in exercitu habeant, alias quamplures multis locis distributas; has facile cogi et adversus suum exercitum immitti posse, nuntio demonstrat; quare Raynaldum admonere, ne committeret ut id oppidum, ubi consedisset, ex eadem calamitate gallicae gentis et interne- Mur., 428 cione' exercitus nomen caperet, qua Alexandrinorum urbs pluribus exactis annis suae etiam' c. 580 aetati memoriam prodidisset; quamobrem optimum Raynaldo fore arbitrari, si, omnibus copiis relicto oppido, in Astensium fines se receperit. Haec Franciscus, quoniam et pro sua consuetudine et pro fidei observantia, sicuti ceteris, quibus aut necessitudinis aut foederis gratia junctus fuisset, ita Mediolanensibus omnia quaecumque sibi vel belli causa agenda erant, vel ab alienis in dies proposita, communicanda videbantur, nota apertaque esse volebat, Aloisino Bossio et Petro Cottae eorum legatis, qui nuper ad eum redierant, enuntianda curavit. Quae cum intellexisset Raynaldus, et superioribus victoriis elatus et, ut sunt natura Galli mobiles, suspicione et superbia agitatus, nihil pensi habuit, inquiens, utrum bono vel malo consilio eo accessisset, nihil ad Franciscum pertinere, qui regiis faveret hostibus, nec quicquam ab eo unquam in regis commodum, nisi simulatum insidiisque plenum, proficisci eo tempore posse. Haec dum apud Placentiam geruntur, durius in dies a Gallis Boscenses obsidebantur; ob id alexandrinis civibus, nisi propediem subsidia ferantur, sese Gallis dedituros nuntiare; quamobrem et ipsi apud Mediolanenses Alexandrini, ut Boscensibus in c. 581 summo discrimine constitutis suppetias mitterent, quotidie ro'gare atque instare, quod eo amisso oppido nihil in alexandrino agro relinquebatur, quin omnia essent in hostium potestate redacta necesseque fore dicerent, ut undique hoste circumsepti, non multo post tempore et ipsi quoque in hostium manus devenirent. Quibus rebus permoti Mediolanenses colligendum parandumque celeriter militem constituunt, quo et sociae civitatis saluti prospicerent et imminenti Boscensium necessitati auxiliarentur; ad Franciscum ea de re partem exercitus petitum mittunt, a quo cum multis de causis id a se minus concedi posse responsum esset, quascumque possunt, aliumde copias cogunt; Viglebiensibus, Salensibus et omnibus trans Ticinum Padumque sibi parentibus populis delectum imperant; Bartholomaeum Collionem deinde ex Mediolanensibus cum mille circiter equitibus et Eustorgium faventinum, Guidonis fratrem, ex Novariensibus cum quingentis in Transpadanos eo imperio proficisci jubent, ut posteaquam Alexandrinis et militum ibi praesidio se adjunxerint, periclitanti jam oppido celeriter subsidio esse maturent. Cum igitur omnes, ut jussi erant, praeter Alexan-

15. amanter *esp.* — 16. volebat *esp.* — 19-20. adversus eum immitti — 44. sibi parentibus *esp.* — 46. eo imperio *esp.* — 47. et .... praesidio *esp.*

drinos ad oppidum Salas convenissent, Collioque et Eustorgius primi expeditionis ejus duces ad quintumdecimum kalendas novembres' diem pugnae dixissent, per patentissimos campos, quod c. 582 Fraschetum Longobardi vocant, in hostem producunt; mittitur ex itinere Eustorgius Alexandria profiscentibus obviam, ut dum se ceteris addiderint, illis praesidio sit. Quorum ad mille et quingentorum hominum arma ferentium, partim civium, partim mercede conductorum peditum et septingentorum equitum omnino erat numerus; pedestribus copiis Bonus Johannes Trottus, aetate jam gravis, sed animo fortis et rei militaris ex longo belli usu peritus, et Angelus Labellus equestribus praeerant. Hi ubi ea se militum phalange in proelium audente stipatos 'vident, non qua Collio versabatur, sed parte alia, uno atque eodem tempore Mur., 429 in hostes impetum facere constituunt. Praeterea Campanella, ex praefectis equitum bello ferox, cum delecta equitum cohorte a Collione Boscum ingredi jussus, qua hostes aberant porta, nullo negotio in oppidum introducitur; moxque simul et oppidani eruptioni se parant, et pugnandi ab iis qui foris erant, initium praestolantur. At Galli, ut de hostium adventu cognoverunt, a media fere nocte in armis atque in acie esse coeperunt; et cum oppido datis obsidibus postero die se potituros non dubitarent, continere se castris eventumque proelii, ubi opus sit, experiri sibi stat animus. Erant autem peditatu Mediolanensibus multo inferiores;' mille circiter pedites, aut paulo amplius, in castris habebant, et eos quidem c. 583 tirones et collectitios quippe, quos paulo ante ex proximis municipiis evocassent: in his Isnardus Malaspina cum ducentis ex Cremolino oppido numerabatur; equitatus vero fere pares. Hi ubi Mediolanensium cohortes appropinquare vident, relicto impedimentis praesidio, bipartito agmine castris educunt; Trottus aliquantisper alexandrinam aciem e conspectu hostis stare jusserat, a Collione committendi proelii signum exspectans. Interim pedestribus turmis, mortem carnemque frequenter conclamantibus, exauditur hic a Francis fremitus. Raynaldus proinde cum Alexandrinos quosdam cives, qui cum eo erant, quid ea vox gallica indicaret lingua percuntatus, cum responsum esset, caedem, mortemque minitari, furibundum extemplo: “ *Et nos item,* inquit, *more gallico in guttura mortem inferendo, cum ho-* “ *stibus rem geramus* „. His dictis primum in eos agmen immittit. Galli, sua consuetudine confertissima acie ingentique impetu atque furore magno cum clamore in Alexandrinam cohortem feruntur. Hi cum ne paululum quidem illorum impetum sustinere potuerint, perturbati primo concursu funduntur disjectique terga vertunt; pars major equitum fuga salutem petit. Hos usque Salas Derthonamque effuso cursu hostes' insecuti, multos ex his c. 584 occidunt; quot enim insequendo capiebant, tot, casside detracta, cultro in gutture infixo, jugulabant et inhumaniter crudeliterque interimebant. Eadem in Alexandrinos peditatumque saevitia utuntur feri sanguinariique homines. Nulli neque precibus neque pretio parcunt, neque vincendo caedi finem faciunt. At Collio et Eustorgius, collectis in unum equitibus, qui ex foeda reliquorum fuga palantes Angelo cohortatore restiterant, alterum Gallorum agmen adoriuntur. Hoc idem ex oppido erumpens, magno clamore sublato, Campanella facit. Pugnatur utrimque et a fronte et a tergo acerrime. Complures Italici generis milites cadunt. Eamdem Gallis qua paulo ante in fugientes nostros usi fuerant atrocitatem exercentibus, ex Gallis autem pauci interficiuntur. Quod qui proeliando intercipiebantur nostri italico militari more tantae crudelitati insueti, et spe consequendi etiam illorum causa emolumenti aliquid ducti, vivum quam mortuum captivum hostem mallebant: non eadem in Gallos, posteaquam cepissent, immanitate, qua ipsi in nostros, utebantur. Raynaldus simul ac se et numero superari, et a parti'bus pluribus premi, nec suos ab hostium Mur., 430 insectatione reverti videt, omnes paulatim in castra redire jubet, ratus cum et vetusto suburbii aggere, et praeacutorum sudium vallo eorum more satis munita essent, tamdiu se tueri posse, quoad alterius equitatus subsidia advenissent. Sed dum' pedem Galli referunt, nostri c. 585

---

16. constituunt *invece di* sibi stat animus — 18. quippe *esp.* — 20. copias *invece di* cohortes — 24. proinde cum *esp.* — 29. potuissent — 32. *già* adacto *invece di* infixo *esp.* — 40-41. qui .... intercipiebantur *esp.* — 43. non .... utebantur *esp.*

acrius enixiusque ingruunt, seque vi inter confertissimam equitum aciem insinuant. Ex quo factum est, ut cum vim nostrorum militum hostes ferre amplius non valerent, equitesque castrorum portam occuparent, et claustra hostibus immixti ingrederentur, Galli se fugae mandarent. Capitur extemplo Raynaldus cum majore suorum parte. Reliqui ad Castellatium oppidum cursu evadunt. Dum haec apud Boscum pugna fortissime atrocissimeque conferitur, Gallis a nostrorum insecutione caedeque redeuntibus renuntiatum est suos jam proelio inclinari, esseque ducem circumventum, et prope jam devictum. Quo nuntio perterriti, arctiusque inter sese conglobati, Castellatium eis proximum sese incolumes receperunt; quod neque ipsi fugientes nostris pugnantibus, neque nostri proelio praedaque impediti, vim ullam inferendam putaverunt. Collio castris impedimentisque Gallorum potitus, gravisque praeda, suos ab insequendis fugientium hostium reliquiis continuit. Haec victoria Mediolanensibus ductoribusque ceteris pergrata quidem extitit et perjucunda, sed multis tamen ex suis injucunda et peracerba. Fuit enim nostrorum temporum memoria apud nostros cruentissima atque luctuosissima. Periere siquidem eo proelio ad quadringenta hominum capita, quorum c. 586 in numero ex faventinis collionianisque equitibus amplius trigin'ta, ex Alexandrinis supra centum fuere. Ceteros ex reliquo peditatu caesos fuisse constat. Hac multis crebrisque et variis referentibus nuntiis Alexandriam clade perlata, maximus continuo exortus est in urbe tumultus. Immensus repente moeror totam civitatem invasit. Urbs tota ingentibus est repleta clamoribus. Ubique lamentationes, ubique luctus fieri coepti. Rumor idem, rumoribus variis auctus, nobiliorem etiam quam esset, eam cladem efficiebat. Ob eam rem accersitus confestim in urbem Petrus Posterla, qui cum pro Mediolanensibus civitati praeesset, eo die cum delectu in hostem exierat, tumultuantem civitatem sedare, civiumque animos factionis studio et inveterato quodam inter sese odio, alterum in alterius perniciem clademque irritatos pacare conciliareque contendit. Sed maiore insequenti die excitato ibidem tumultu, in omnes franci generis captivos saevitum est. Regressi ad multam noctem ex proelio Alexandriam cum praeda milites, qui inde eo mane discesserant, complures etiam ex Gallis equitibus captivos secum adduxerant, quibus spe pretii in ipsa pugnae concertatione de capitis salute fidem dederant; hos alexandrini cives ob suorum caedem ira incensi, singulis militum hospitiis tumultuarie conquisitis, quot ex Francis compererunt, tot e custodum manibus c. 587 Mur., 431 ereptos in forum traxere; deinde', et praeside et ceteris civibus invitis', alios securi percussos trucidant, alios multis illatis vulneribus confodiunt; quisque, ut sibi ultionis ira furorque incesserat, in miseros humano sanguine animum explet. Devicto ac deleto per hunc modum regio exercitu, Galli qui proelio superfuerunt, quos, ut demonstravimus, Castellatium oppidum fugientes exceperat, insequenti nocte, relicto alexandrino agro, in Astensium fines urbemque profugerunt. Quibus rebus territi alexandrini municipes, quos superioribus diebus se Gallis dedisse diximus, nulla cunctatione ad pristinam civium fidem rediere; idem fecere cives Bergolium incolentes, Guaschis, qui oppidi ejus dedendi auctores fuerant, domo patriaque pulsis; praeterea Johannes Galeatius Trottus, quod Castellatium hostibus tradidisset, retentus moxque Mediolanum perductus, in vincula conjicitur.

His rebus feliciter gestis Mediolanenses elati, in Derthonenses continuo animum convertunt, quos quia, ut ostendimus, eorum imperio obtemperare noluerant Franciscique praefectum receperant, gravi odio persequebantur. Itaque cum illorum urbi admovendum victorem exercitum constituissent, Collio quatriduo post proelium factum omnibus copiis in Derthonensium fines proficiscitur; deinde longe lateque eorum agros populatus, castra ad ipsa prope urbis c. 588 moe'nia ponit. At cives nil hostile eo tempore timentes, cum Francisci fidei et auctoritati plurimum confiderent, multis gravibusque omnium poene rerum, quas in agris habebant, detrimentis uno die affecti sunt; deinde cum non minus domi quam foris ex improviso oppressi essent, ingenti pavore perculsi, quid agant quidve in tanto rerum discrimine consilii captent, non satis decernere valent; sed omnibus tandem rebus consilio discussis, ubi se omni mi-

25. etiam *esp.*

litum praesidio destitutos, moenia defensoribus idoneis nuda, quae plurimis locis vetustate et diuturna pace collapsa erant atque armis omnibus, praeterea et munimentis, quibus se defendere possent, carere vident, biduo postquam eo ab hoste ventum est, sese atque urbem Mediolanensium legatis permisere. Confecto alexandrino bello derthonensibusque compositis rebus, Mediolanenses, ne quod supererat autumni tempus remitteretur, pontem, qui in Addua apud Leucum Venetorum praesidio tenebatur, brevi temporis spatio obtineri posse arbitrati, Collionem cum omnibus copiis, quas secum habebat, eo se celeriter conferre jubent. Is traducto per papiensem mediolanensemque agrum exercitu, quem novo peditatu Mediolanenses auxerant, pontem ab utrisque fluminis ripis obsidet ac tormentis oppugnare aggressus, nullum neque diurnum' neque nocturnum opere vacuum tempus remittit. Verum, ubi *c. 589 H 1* Michaël Venetorumque legati de ejus pontis oppugnatione cognoscunt, quamprimum magnam exercitus partem per Bergomenses ac Sancti Martini vallem obsessis subsidio mittunt. Quorum de adventu Collio certior factus, nec sibi amplius ibi manendum ratus, extemplo sublatis machinis obsidionem solvit. Ceterum non facile dixerim quam graviter quamque moleste ea Franciscus tulerit, quae in Derthonensibus' gesta sunt. Perspiciebat enim vir MUR., 432 magnanimus quam petulanter quam insolenter, nulla dignitatis suae meritorumque habita ratione, Mediolanenses urbem sibi amicam suaeque fidei commissam atque deditam ingenti praeda affecerint, obsederint et in potestatem invitis civibus compulerint; cogitabatque praeterea quales eos in pacato et florenti rerum statu erga se futuros sperare posset, qui in novo ac nutanti principatu et in summo adhuc veneti belli furore constituti, haec spreto ejus honore aggredi ausi fuerint; nec etiam poterat secum multis de causis saepius non indignari, quod eorum res a se geri oporteret, quorum perversa erga se voluntas, longa in conficiendis rebus cunctatio, nimia in alendo exercitu avaritia, levis apud milites auctoritas plus sibi negotii, plus animo molestiae afferrent, quam et praesens Placentiae op'pugnatio et *c. 590* ipsi hostes darent. Nam propter pecuniae inopiam Carolus, quem quartis castris praeesse diximus, compositis saepius impedimentis in hiberna discedebat, idemque faciebat Faventinus Picininusque etiam, praeter caeteros longe molestior, quod Flisci, quod Landi, quod Arcelli quamplura sibi post Philippi obitum municipia occupassent, quae Nicolao patri a Philippo per fiscum, uti ostendimus, concessa in placentino agro possidebat, utque sibi relictis Placentiae rebus ad ea recuperanda nunc totis viribus suis, nunc parte sumpta accedere liceret, et importune instare et petulanter contendere non desinebat; interim indicto possessoribus eorumque adjutoribus bello, municipes in hostium numero habebat. Hos autem duces Franciscus suo hortatu, sua opera, sua pecunia, vix atque aegerrime per eam oppugnationem in castris continuit; verumtamen quoniam cum ignobili et ignara plebe, quae magis impetu quam ratione movebatur, cum nonnullis etiam suo nomini infestis civibus, sibi eo tempore agendum erat, ubi nihil esse certi animadvertebat, nisi quod ipsi rem suam fore arbitrarentur, omnia quantumcumque dura pro communi longobardarum rerum incolumitate aequo animo sibi ferenda censuerat, et dissimulanda haec in primis sibi statuit. Jam cum triginta ferme diebus totidemque noctibus' dura obsidione multisque machinationibus Pla- *c. 591 H 2* centiam Franciscus oppugnasset, diruto latissimo spatio muro, duae ingenti altitudine turres magna in fossam ruina novissime conciderant, quarum sublimior altera Corneliae quondam portae, nunc obstrusae, munimento aedificata fuerat, tantumque exinde ruina effecisse apparebat, ut amplius pugnatoribus in aggerem, quem contra eduxisse Thaddaeum praediximus, offerri ascensus, patefactoque deinde aditu facilis in urbem descensus fore videretur. Itaque advocato concilio: “ *Non amplius nobis cunctandum*, Franciscus ait, *quin expugnandae* “ *urbis fortunam experiamur*; *importunam instare hyemem*, *diutius castris militem contineri*

7. quas.... habebat *esp.* — 17-18. ingenti dispendio affecerint — 18. *già* abstulerint *inv. di* compulerint - cogitabat — 18-19. praeterea *esp.* — 21. etiam *esp.* — 24. afferrent *esp.* — 25. afferrent *inv. di* darent — 26. idem — 27. Picininus praeter — 29. per.... ostendimus *esp.* - ut sibi — 30. totis suis copiis, nunc — 34. verum quoniam — 36-37. nisi.... arbitrarentur *esp.* — 39-40. multis machinis — 43. amplius *esp.*

" *non posse, quod adhuc bombardis machinationisbusque ceteris efficere potuimus: satis industria* " *nostra quotidianoque militum labore consecutos arbitror* ". His dictis, postero die, qui fuit ad sextumdecimum kalendas decembres, pugnae decreto, in hunc modum atque ordinem ad turbandos lacessendosque pluribus locis obsessos et ad vincendam urbem copias disposuit: primo ne veneti praesidii placentinique populi in locum unum collatis viribus, difficilior Mur., 433 duriorque pugna' redderetur, a partibus tribus uno atque eodem tempore urbem oppugnandam constituit: deinde Carolum classi praefecit, quam ejus milite compleri ornarique jussit: c. 592 huic, quo' datum sibi munus egregie obeundi sit copia, vermiani insuper equitatus partem attribuit. Hac per Padum et Trebiam classe subvecta, qui forte amnes per eos dies multo imbre ita creverant, ut Fosustae admiscerentur, et navium malis aut superari, aut aequari pluribus locis muri possent, obsessos ab ea parte invadere, murorum propugnacula turresque excelsiores ac munitiores capere easque impositis praesidiis tueri servareque mandavit Faventinum Vermiumque praeterea cum reliquis eorum copiis, per ea, quae inter beati Raymundi ac Sublatae Viae portam spatia intercedunt; militibus, quoad possint, moenia adeuntibus lacessere, provocare infestareque cives praecepit. Sfortianis autem Bracianisque simul militibus, qua prostrata jacerent moenia, machinarumque mole hostes acriter premebantur multoque acrius premendos decreverat, ad faciendum in obsessos impetum vimque urbi inferendam, negotium dedit. Tota ob id, quae secuta est, nocte gregarius quisque miles crastino se proelio accingit et sui tegendi corporis hostisque offendendi arma parat; qui castris aberant, cum fama tum multis per loca dimissis nuntiis de statuto urbanae dimicationis die certiores facti omnes citi frequentesque redeunt; plurimique praeterea ex proximis municipiis aut spe c. 593 H3 praedae aut suis capta urbe auxiliandi causa eodem confluunt. Postea vero quam dies' apparuit, Karolus in primis suos naves conscendere imperat moxque tota classe moenibus appulsa, magno virorum clamore tubarumque concrepitu, ut erat imperatum, sublato proelium committitur; hinc muro scalas admoveri milites que ita ascendere: hinc paratos e navibus portes, qua minor est muri altitudo, aut lassari aut immitti jubetur: hinc defensoribus crebro telorum ictu murum nudari certatur; resistitur contra acriter, ita ut pugnantibus nostris saepius repulsis, in murum prosilire auderet nemo. Faventinus item ac Vermius, ut jussi sunt, faciunt: non pede non equo proelium committitur; fit ab ea parte tantummodo ineundi certaminis species, distinendae pluribus locis multitudinis causa; nec inane fuit in ea re imperatoris consilium. His enim a duabus partibus accensis proeliis, extemplo ingentes excitati sunt in urbe tumultus, ubique trepidatum, cunctos ubique cives, nulla adhuc posteaquam obsideri coepti sunt, oppugnatione tentata, ingens pavor cepit. Intempesta rei novitate Thaddaeus Gerardusque conterriti, communicato celeriter cum primoribus civitatis consilio, urbem defensum iri maturarunt; cives omnes, qui arma ferre valent, muro in circuitu dimenso distributisque inter sese nocturnis diurnisque custodiis constitutum ad locum, capitis poena edicta, c. 594 concurrerunt;' ipsi vero simul et Albertus cum omni equitatu ac peditatu tuendi anguli murorumque ruinae suscepta cura eo convolaverunt; hic equites in acie stare, ac inde eadem poena praeter eos, quos in aggere versari expedierit, neminem abire, donec ad murum atque in armis esset hostis, jussere. Franciscus autem cum eadem de causa aliquanto tardius ad Mur., 434 eum locum venisset, ubi' erat pugnandum equites omnes aetate et corpore graves pedibusque invalidos equo consistere imperavit; ex reliquis vero, quibus integrae erant vires, duas pedestres sfortiano bracianoque immixtas milite cohortes efficit: harum priores milites singulos sinistra fasces ex virgultis singulos, quibus fossam, quam secus urbis murum Thaddaeus, ut praediximus, effondiendam curaverat, repleri volebat, dexteraque hastam deferre jussos pugnam inire mandavit; sagittarium vero ac pilularium quemque militem partim in turribus adversus murum aedificatis et aggere vetustas inter geminas urbis fossas intercedente collo-

---

1. machinisque — 13. praeterea *esp.* — 15. provocare *esp.* — 16. premerentur — 20. statuto oppugnationis die — 28. item *esp.* — 33. Intempesta *esp.* — 34-35. urbem defendere parant — 39. versari utilius erat, neminem — 40. autem *esp.*

cavit, partim in primae fossae ripa multis oppositis ex industria tum tabula tum humo factis propugnaculis sistere indeque hostem caedere edixit.

Quibus constitutis rebus, magno tubarum sonitu virorumque clamore undique exorto, milites non secus ac imperatum, fossas murumque invadunt; at etsi fascem novissimam in fossam quisque importare adnitebatur', tamen cum priores duro ac multo lapide, testis quo- *c. 595 H 4* que et canistris calce et cinere plenis, et ferventi insuper aqua obruerentur oculorumque lumine et spiritu occuparentur, perpauci admodum ad eam cum fasce pervenire potuerunt; satis enim superque omnibus erat, se a continuo veluti imbre telorum ictu, quae ab obsessis ex aggere conjiciebantur, utraque manu tueri. Fit ob id magnus ad fossam armatorum militum globus eamque pauci transire audent; pugnatur utrimque tamen omni missilium genere enixe atque atrociter; vulnerantur a parte utraque oppugnantibus quamplurimi cadebantque permulti; nam in tanto decertationis furore una omnino offerebatur sfortianis militibus via, qua aggerem conscendere possent, et ea quidem perangusta et periculosa, quippe quae vix transeuntes binos capiebat. Forte pons erat quidem, ubi fossa desinebat, quae nostros in aggerem saltu prohibebat, ex quinque tignis junctis simul constructus; is ad aggerem pertinebat haerebatque muri angulo, quod erat turris reliquum Corneliaeque portae proximum; quem quidem pontem non eo consilio Thaddaeus effecerat, ut in reliquas ex aggere fossas transiretur, sed ut qui intus foderent, desuper contecti saxis crebro in fossam conjectis, laedi non possent. Cum eius vero pontis aditum sfortiani milites occupassent et in aggerem ascendere' coepissent, haec Albertum ad Thaddaeum dixisse ferunt: "*Heri nos* *c. 596* "*ipsi hostibus pontem construximus et aditum in urbem paravimus*"; tunc manifeste Thaddaeum animadvertisse, se per superiorem noctem rescindendi pontis oblitum, gravissimum subiisse errorem et ob id evestigio militibus, quos et animi virtute et corporis viribus praestare sciebat, angulum muniisse praecipueque ejus defendendi aditus curae Georgium quendam natione dalmatam ductorem peditum insignem ac fortem praefecisse. At nonnulli ex sfortianis equitibus animo audaces dimicando instandoque acrius in aggerem prosilierant; sed dum progredi conantur et a tergo ab iis, qui post angulum stabant, feriebantur et a fronte acrius repellebantur; quibus ex rebus non succedentibus reliquis terga vertere coacti paulatim retrocedebant. Quorum in numero cum esset Johannellus' aria- MUR., 435 nensis, de quo supra mentionem fecimus, saxo in adversum caput percussus, in fossam exanimis corruit. Quod ubi animadvertit Franciscus, qui eo die posteaquam pugnari coeptum est, armatus sublimique equo vectus, juxta anterioris fossae latus huc atque illuc discurrendo milites in certamen impellere, sagittarios tormentorumque ministros, quo suum quisque munus obiret, hortari admonereque non cessabat, Antonium quendam taurinensem artificem insignem, cui exercendae ma'joris bombardae cura erat, cum rei hujusmodi peritissimus *c. 597 H 5* haberetur, edocet, ut quamdiligentissime posset in muri angulum, cujus munimento se potissimum hostes defenderent, posthac ictus intenderet eosque in primis qui angulo tecti decertabant, vel interemptos vel mortis metu territos loco depellere studeret; deinde voce per milites in aggerem reddita, jubet eos, qui ibi erant parietique ejus haerebant, paulisper pedem referre et corpora humi inclinare. Antonius autem re diligentius perspecta atque dimensa, quod sibi imperatum est, sine aggredientis militis cujusquam detrimento ex imperatoris sententia citius quam putaret, exsequitur. Pila magnae quidem molis summo impetu emissa, quae supra armatorum militum cervices evolans multorum cristas corraserat, primo ictu muri angulus ruens in urbem concidit ac miserabile Georgi corpus inter ceteros tum morte peremptos plura in frusta per aëra spargitur. Quo quidem ictu maximus undique laetitiae clamor extemplo tollitur moxque liberius milites in aggerem prosilientes, ubi tutius consistere posse intuerentur, audacius proelio incumbunt; pugnatur a fronte utrimque hasta enseque cominus fortissime. Dum sic in ipsis moenibus pugna conseritur, Gerardus facto

---

11. oppugnantibus *esp.* — 13. ut quae — 14. caperet — 19. eius *esp.* — 34. quendam *esp.* — 37. posthac *esp.* — 41. aggredientis *esp.* — 45. morte *esp.*

nuper non procul ab eo aggere in murum juxta solum foramine, comportari eo jusserat c. 595 bombardulam quandam, qua mul'titudinem pro fossa stantem submovere posset admoveratque ministros, ut in unum prae omnibus Franciscum, qui facile dignoscebatur, pilas omni studio torquerent. Ipse vero Franciscus ubi rem tandem in angustum deductam videt, quod ad superandum in moenibus hostem expugnandamque urbem facto opus esset, impigre et subministrabat et peragebat; sed dum in margine fossae versatur, ecce inopinanti sibi ex urbis muro adveniente et secundum suram ejus dexteram radente pila uterus equo trajicitur extemploque cum eo simul intacto, videntibus plurimis, equus humi prosternitur. Quo casu, qui proximi erant, flentes accurrunt et praeter ceteros Donatus mediolanensis ex familiaribus domesticis ad eum advolat, multique illum circumsistunt, quem autem mortuum aut lethali vulnere affectum existimabant; ipse autem, summi Dei beneficio, admelior em rerum fortunam servatus, cum pedem equino cruore madefactum extenderet, nihil sibi mali esse inquit confestimque pedibus stetit intrepidus. Deinde quia de eo, quod acciderat, jamprimum ad pugnantes ierat rumor et ob eam rem territi terga dare retroque cedere coeperant, cum equum ascendisset et suos tumultuantes aspexisset, ingenti voce, ut omnes redirent in proelium, clamare coepit nonnullosque, quos crista agnoscebat, nominatim appellans, graviter' Mur. 436 c. 597 increpabat. Militibus vero ducem' ex vivae vocis signo incolumem audientibus, mox in animum redit virtus et in aggerem regredientes acrius quam antea pugnam instaurant. Hostes contra a fronte nemini cedentes fortissime repugnabant; quorum in numero Alexander Siccus caravaginus eximiae fortitudinis operam edebat; verum ubi ex defensoribus quam oppugnatoribus sagitta pilulaque frequenti multo plures conficerentur, languidius se sustentare coeperunt, quod sauciis abeuntibus, integris equo ad murum stantibus perpauci et ii quidem aegre succedebant. Cum ita aliquamdiu aequo certamine pugnatum esset, prodit ante alios juvenis quidam ex Salernitani militibus, natione tuscus, cui Vicino erat nomen, audax in primis pedeque agilis, cestum triplici catena triplicique ferrea pilula munitum ferens; is nihil cunctatus in prioris hostis faciem tanta vi deflexit, ut ille primo ictu obtritus retro in proximum rueret socium et adeo rueret, ut ambo conciderent. Contigit praeterea seu Dei Optimi Maximi consilio, seu quod sic Placentinorum errata ferebant, ut eodem momento tertius quoque adversus oculum telo transfixus laberentur; nam non amplius quam bini aut terni per aggeris latitudinem ire simul poterant. Quibus ad aliorum pedes prostratis, Sfortiani per eorum corpora magno impetu emicantes acrius ingruunt facileque ex c. 600 aggere pulsis hostibus, ad muri de'ambulatorium perveniunt et plane toto in aggere dominantur: quo rerum successu militum multitudo nullis prohibentibus praedae cupiditate eo certatim ascendere incipit et per murorum deambulatoria dextera sinistraque diffunditur. Sed dispositis, ut pugnae initio ostendimus, prope aggerem, ubi planicies erat haud parva, aedificiis vacua, pluribus equitum turmis non tam equestri quam pedestri proelio paratis, nemo erat tam ferox animo, qui in pomerii planicie discendendi initium faceret. Quamobrem omnibus equos equosque iterum e muro conclamantibus, Franciscus qui magnum equitatum intus esse sciebat remque adhuc in periculo versari videbat, mittit velociter qui multitudinem instruant, ut murum turresque passim ab utraque parte caperent captasque tenerent et in proximam Sancti Lazari portam properarent; ipse autem cum nulla tum sibi intromittendi in urbem equestris subsidii facultas esset ejusque rei celeriter conficiendae arderet animus, ad Sancti Lazari portam cum veterano equitatu convolat; ceterum dum eo festinat, cives, quos per moenia dispositos esse diximus, perterriti loco cedere, muros deserere et domum confugere coeperunt, cum crederent miseri se ibi aut tutos fore, aut saltem aliquod suae suorumque saluti consilium facilius invenire posse.

c. 601 Quod ubi conspicatus est Thaddaeus, nullum saluti' locum destitutis passim moenibus actumque de urbe esse judicat; rebus igitur omnino desperatis, communicato cum Gerardo

---

45. coeperunt *esp.*

et Alberto de eorum incolumitate consilio, visum est, ne in tanto tumultu praedae hostibus
essent, in arces confugiendum; itaque instructis cohortibus mediam per urbem transeuntes
in urbiculam foeda fuga se recipiunt, quae ad alterum urbis la'tus Fosustae finitimum erat Mur., 437
sita. Ea fuga conspecta, multitudo inermis levisque armaturae celeriter e muro descendit;
idem faciunt armati milites projectis armis, ut cursu leviores se praestent; ita secunda et
vigesima diei hora jam exacta, urbem undique invadunt et non multo temporis spatio, di-
scursionibus vicatim factis, tota civitas capta atque in praedam versa est. Cum vero ad
portam venisset pandique claustra Franciscus jussisset, paulum pro foribus custodum perti-
nacia retardatur; sed refractis primum claustris valvisque deinde a praefecto sponte rese-
ratis, urbem et ipse ingreditur. Quo etiam tempore Faventinus Vermiusque cum reliquo
equitatu per Viae Sublatae portam introducuntur; at dum Franciscus ad Sancti Antonii arcem
contendit, quo se reduxisse Thaddaeum et Gerardum audierat, videns per urbem cuncta
tumultuarie agi, rapi et clamoribus misceri ac ex Placentinis etiam plerosque, qui simul
cum' reliqua multitudine introierant et sibi flentes occurrerant, omnia humana divinaque c. 602
diripi et profanari cognoscit, indoluit sane infelicem nobilis et antiquae urbis sortem
et miserabilem defectionis insontium calamitatem dimisitque ob eam rem celeriter per
urbem ex suis complures, quos sibi fideles fore non dubitabat, monasteria in singula divino
cultui dicata et in ea praesertim, quae a sacro muliebri sexu colerentur, quo magnum vir-
ginum matronarumque numerum salutis causa confugisse accipiebat, ut ab injuria et male-
ficio inviolatas servari curarent; postea vero quam pervenit ad arcem, cognovit Thaddaeum
cum Gerardo et Alberto exinde paulo ante in urbiculam ei arci proximam concessisse. Qua
quidem arce nulla mora recepta, haec Thaddaeo per tubicinem enunciari jubet, quod cum
se eum in locum jam redactum videret, unde nequaquam esset evasurus, quin suam in pote-
statem propediem deveniret, se sibi atque urbiculam traderet, nec exspectaret, ut vel fame,
vel vi militum, sicuti in urbe devictus, ita in urbicula vinceretur, quia victo semper deterior
in dies conditio fieri soleret. Thaddaeus ad haec cum cibariorum inopia urbe amissa, vix
bidui spatio se tenere posse animadverteret, ita respondit: non videri sibi, tenebris jam
factis, deditionem multorum faciendam, sed postero die et' suo se arbitrio deditiurum et quae- c. 603
cumque imperasset facturum. Inter haec novissimus omnium Carolus, armis in classe relictis,
urbem paene sero ingressus est, qui cum omnia a reliquo exercitu capta occupataque inve-
nisset, et ob eam rem, qui sibi eo die in navali dimicatione socii fuerant, praedae expertes
graviter quererentur, cives ad quingentos, qui forte turris cujusdam munimento adhuc in urbe
se tenerent, amissi lucri loco sibi concedendos deposcit. Qua re audita Franciscus, etsi iidem
jam ad eum cives de deditione miserant eosque ac ceteros captivos libere dimittendos sta-
tuerat, tamen et militum querela et ducis postulatio, quae non aliena a militari usu videbatur,
et quod ejus dicto Carolus audiens semper fuisset, effecerunt ut obsequendum illi esse
putaret; sic igitur re facile concessa ne ob id propter invidiam aliqua inter milites' con- Mur., 438
tentio oriretur, omnes eodem modo captivos cives habendos judicavit. Qualis autem quan-
taque fuerit ejus urbis clades, quae commissa insequenti nocte scelera, quot inter milites
praedae cupiditate illata vulnera, quot caedes in vasta urbe a multis hominum millibus hos-
tibus etiam immixtis facta fuerint, haud facile explicari posset; multa enim ac varia nefanda
per eam noctem facinora non in victos modo, sed in ipsos etiam victores sunt perpetrata;
quisque ut sibi libido incessit,' ullo sine humano divinoque metu sceleratum explevit animum; c. 604
qui praeda vacui erant, facto perditissimorum hominum numero mutataque facie, domos ab
aliis occupatas ferro igneque expugnaverunt, et multo quam priores immitius cum miseris
egerunt; alii alios bonis belli jure partis exuentes, vita insuper spoliaverunt. Post ubi dies
illuxit, Thaddaeus nulla exceptione cum equitatu simul et urbicula sese Francisco permisit

5. laeviores essent — 10. etiam *esp.* — 11. *già* Viae Altae portam — 12. se contulisse — 14. omnia denique humana — 15. cognoscit *esp.* — 22. quod *esp.* — 43. sibi *esp.* - incesserat — 46. Post, dies *esp.* — 47-l. 1 p. 212. permisit. Dum autem inter

et dum autem inter reliquos captivos Gerardum et Albertum prae omnibus diligentius victor inquirit, comperit eos poenas veritos ob eam, qua, ille adversus eum, dum Cremonae superiore anno pro Venetis legationis munere fungeretur, hic adversum Mediolanenses perfidia usi essent, per noctem pedestri itinere Parmam versus fugisse abeundique illis facultatem incustoditos viarum aditus praebuisse, propterea quod omnibus eam noctem intra urbem militibus praedae intentis nullae uspiam vigiliae fierent. Verum Gerardus corporis onere gravior non diu evasit incolumis; comprehensus est enim multo jam die errabundus, incognito habitu a bracianis satellitibus non longe a Florentiola oppido: Albertus vero pedibus aptior, diligentia ducum etiam adhibita, quamvis a multis quaereretur, post biduum in Reginorum fines pervenit. Dum haec aguntur, quae per superiorem noctem scelera in urbe admissa sunt,' *c. 605* multorum querelis Franciscus cognoscit, quae cum molestissima sibi exstitissent, miseranda praecipue mulierum conditione permotus, eas statim seu viris ac parentibus si qui reperirentur, seu hospitibus commiseratione quadam petentibus, quorum magnus, ut demonstravimus, eo confluxerat numerus, reddendas jussit capitisque poenam, qui non paruerit, constituit; sacra ac pia rursus claustralia loca integra atque illaesa eadem poena servari mandavit; ipse praeterea urbem collustrans, perge quot scelestissimorum, qui cum contra jus belli deliquissent, comprehendi poterant, fune illico suspendi jubet; multas quoque ac graves inter milites illatas natasque praedae causa injurias atque seditiones sola vel praesentia vel dicto sedabat et quoniam eadem de causa novae in horas lites oriebantur, ad eas cognoscendas atque dirimendas viros rei militaris peritos et auctoritate graves judices delegit; quorum etiam numero Thaddaeum, veluti bellicae disciplinae scientissimum propter longum belli usum principem adhibuit, qui ea fide et aequitate eaque patientia omnia sibi mandata obivit, ut magnam inde laudem fuerit assecutus, et singularem paene omnium sibi benivolentiam comparaverit. Cum hoc homine Franciscus et veteris hospitii et recentis inter eos familiaritatis ac necessitudinis MUR., 439 *c. 606* memor, praeter libertatem, quousque' apud se fuit, humanissime' egit; quem post suae captivitatis mensem libertati restitutum ad suos equis armisque donatum dimisit. In praesidium quoque militum clementer victoria usus est, quippe quos relictis rebus, quas in ipsa urbis direptione amiserant, libere Laudem proximum ei receptum recto itinere proficisci permisit; eademque ducentis circiter peditibus conditio fuit, qui superiore nocte cum Padum naviculis quibusdam, quas secum ex Laude adduxerant, trajecissent, ubi nullae, ut supra diximus, custodiae fiebant, et ad moenia urbis exorto jam die earum rerum, quae acciderant, ignari pervenissent intercepti armisque exuti fuerant. De his rebus gestis Mediolanenses Francisci legatorumque literis certiores facti, tridui supplicationes decrevere. Post captam Placentiam quadra- MUR., 440 ginta ferme dies ibi toto exercitu permansum. Quo tempore Placentinos non tam pre'tiosa supellectile quam rebus ceteris, quas et ad vitae usum et ad domorum constructionem longo jam tempore comparaverant, spoliatos constat; omnia enim absumpsit magna Pado flumine navigandi opportunitas; quod inter cetera mala, quae tum civitati acciderunt, longe maximo sibi detrimento fuisse Placentini deplorabant; praeterea et Venetorum exercitus ex Cremensium transadduanorumque finibus in civitates, quae trans Olium, Mintium et Athesim *c. 607* amnes sunt, sicuti quotannis facere consueverat, hyematum di'scessit, et classis, quam Venetiis, uti supra memoravimus, ex duobus et triginta galeonibus senatus aedificaverat, ad Casale Majus Pado subvecta appulit, et Franciscus copiis per hiberna in transpadanos distributis, novissime cum duabus cohortibus Cremonam profectus est.

---

9. Regiensium — 14. paruisset — 16. perge *esp.* - *propriamente* tum *inv. di* cum — 20. etiam *esp.* — 27. quippe *esp.*

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER UNDECIMUS

Cum esset Cremonae Franciscus, non minus Pado flumine ea civitas quam terra Mur., 441 multo infestius premebatur, quod cum universus paene ager in hostium esset potestate, ad ipsa prope urbis moenia quotidie incursiones fiebant et dimissis a Venetorum classe biremibus et aptuariis, praedatoriisque naviculis permultis totum id Padi litus, quod ad parmensem placentinamque oram pertinet, unde commeatus sine periculo eo abunde importabantur, crebrius longe lateque vexabatur. At Franciscus, ubi per hyemem his cives angustiis liberare minus posse videt, ne eo aditu perturbato, qui adhuc tutus civitati in Transpadanos relinquebatur, omni ex parte cibariis intercluderetur, magnopere sibi curandum putavit' ut pons, qui ibi, uti demonstravimus, in Pado erat, et c. 608 contra aquae et hostilis classis impetum ita communiretur, ne aut capi, aut interscindi posset. Quamobrem ad firmitudinem tigna ei operi adjunxit; quod propter fluminis latitudinem mille circiter passus complectebatur, et quantum in longitudinem patebat, ab inferiore latere propugnaculis pluteisque frequentibus instruxit et valida ab utraque ripa castella obduxit; ibique magnae latitudinis tormenta collocavit. Praeterea Horolandum Palavicinum, qui pleraque non procul ab eo flumine municipia possidebat, et Philippo, dum in vivis erat, suspectum fuisse sciebat, cum post casalense proelium fortunae cursum secutus, cum Venetis clanculum conspirare coepisset, sibi foedere ascivit et Mediolanenses ad reficiendas naves, quae Papiae erant, classemque instruendam et ad pecuniam comparandam, qua ineunte vere ornari exercitus possit, hortari et admonere literis legationibusque assidue non desistebat. Sed dum haec summa diligentia confici studet, res longe aliter quam cogitarat atque proposuerat, occulte aguntur, quod post Placentiae expugnationem ab iis maxime, quibus eo bello sublevari oportebat, graves in eum insidiae strui coeptae sunt. Picinini enim fratres, qui innata et capitali quadam simultate illum insequebantur, nulli rei magis per id temporis studebant, quam' quemadmodum ad calamitatem et ad internicionem eum redigere possent; accedebant c. 609 J1 ad hanc quoque fratrum perfidiam facinorosaque consilia mediolanensium nonnullorum civium, quorum Arasmus Triultius princeps erat, non assidua modo cohortatio, sed publici etiam consensus pollicitatio; quippe quod et singularis Francisci virtus formidolosa Bracianis semper fuisset, et potentia omnisque rerum accessio Mediolanensium primoribus valde suspecta esse coeperat, cum metuerent, ne aliquando inviti una cum Mediolanensium imperio in

---

4. multo infestius *esp.* — 17-19. possidebat, intentum ad omnes hostium impetus esse iubet ac in eo magnam se spem pontis defendendi ac sublevandae ab inopia frumenti Cremonae habere ostendit et Mediolanenses P — 21. posset — 26. calamitatem et ad *esp.* — 27. quoque *esp.* — 27-28. civium et Arasmi Triultii, qui eorum princeps — 27-30. perfidiam, quod singularis Francisci virtus et potentia omnisque

ejus potestatem corruerent, et ob id nequiquam quod ad Sfortianorum nomen imperatorisque eorum gloriamque pertineret, ne dum pati sed ne audire quidem aequis auribus poterant. Gerardus Dandalus, uti demonstratum est, in Bracianorum erat potestate; hunc adduci ad se Franciscus magnopere cupiebat, cum ab eo de Cremonensium civium quorumdam fide exqui- Mur., 442 rere non'nulla cognoscereque vellet, quod cum a Picininis saepius contendisset, impetrare nequaquam potuit. Hi enim re postulantis neglecta, captivum data libertate cum his mandatis domum remiserunt, ut suo senatui referret, eodem Picininos erga Venetos esse animo, quo erant, cum primum Philippus e vita excessit, eorumque mentem, qualis esset, satis Gentilis leonissani ducis interventu esse cognitam existimare affirmareque se insuper auctoribus c. 610 suaque opera efficere ut Mediolanenses, modo ipsi velint, et' pacem et societatem cum iis contrahent serventque perpetuam, propterea quod major civium optimatium pars non minori odio Franciscus Sfortiam habeat quam ipsi Veneti infenso servent animo; quo quidem autem e medio sublato, aut Longobardia pulso, futurum arbitrabantur ut nihil esset reliqui quin cuncta pro Venetorum nutu per Italiam procederent. His a Gerardo in senatu expositis, non multo post tempore eo per internuntios secreto deventum est, ut Mediolanenses communi postea consensu legatos de ineunda cum Venetis pace Franchinum Castillioneum juriconsultum, cui plurimum fiderent, Oldradum Lampugnanum, Johannem Meltium et Ambrosium Alzatem Bergomum miserint. Quibus paucis post diebus re incomposita redeuntibus, rursus eodem missus est Johannes Meltius cum Christophoro Velate jurisperito firmandae ejus pacis causa. Haec Francisco cum molestissima essent, quod intelligebat quan tum suae suorumque salutis interesset, si ea transigerentur, quae de pace circumferebantur, quandoquidem omnia ad suam suorumque perniciem tenderent, mittit Aloisium Bossium legatum apud se agentem, ut Theodori fratris opera, qui contrarius triultiae erat factioni, quae jam essent de pace decreta interturbaret, scribitque praeterea legatis, quos Mediolani habebat, c. 611 J2 ut idem a necessariis' amicisque dando ac pollicendo agi studerent, apertissimeque deinde omnibus in civitate demonstrarent, eam pacem, cujus petendae gratia missae essent Bergomum legationes, non securum Mediolanensium otium, cum plena sit insidiarum, sed continuum ferme in faucibus visceribusque bellum, non publicae libertatis diuturnitatem, sed servitutem brevi parituram, Laudensibus, Transadduanisque in Venetorum potestate permanentibus: quam quidem ad rem jam cives permulti et ipsi etiam magistratus assentiri videbantur. Quibus ex rebus factum est, ut multos civitatis Theodorus et Georgius Lampugnanus, audaces ambo siquidem atque impigri, quorum apud plebem auctoritas plurimum valebat, in suam belli gerendi sententiam traxerint. Interim legati mediolanenses ita cum Venetorum legatis egerunt, ut parte utraque quod obtineret possidente inter duas respublicas pax esset; idque Mur., 443 cum a Mediolanensibus publico noningentorum civium de'creto probari oporteret, quod ut efficiatur, praeter ceteros cum clientela Arasmus prope dum curabat, tota Comensis porta, quae, uti demonstratum est, sextam urbis partem continet, Theodoro et Georgio auctoribus, commota est. Deinde magna populi multitudine coacta bellum bellumque etiam conclamante, ubi in curiam principum ventum est, a frementi multitudine Arasmus petitur, quod foedae c. 612 perniciosaeque' pacis esset auctor; qui populari tumultu territus, bellum et ipse protinus inclamat, cumque se paulatim multitudine explicasset, domum celeriter confugit. Cum igitur communi consensu Mediolanenses perseverare in bello decrevissent, ex eo die ad bellandi studia conversis omnium animis ad eas res conficiendas, quas multis ante diebus Franciscus in senatu per suos deferri jusserat, propensius enixiusque quam hactenus operam dare coe-

---

1. id nihil quod — 1-2. imperatorisque eorum *esp.* — 2. ne .... quidem *esp.* — 9. affirmareque .... auctoribus *esp.* — 10. sua opera efficere ut *esp.* — 10-11. iis contracturos servaturosque — 11. minore — 13-14. futurum ut cuncta — 16. postea consilio *esp.* - *avanti* a consensu *esp.* — 32. siquidem *esp.* — 34. id — 35-36. oporteret et ut efficeretur — 36. Arasmus Triultius curaret, Francisco quidem amicus, sed amicior libertati, cui obstare illum cernebat, tota P — 40. territus, vi multitudinis cedendum ratus, bellum P — 41. domum se recepit P — 44. quam hactenus *esp.*

perunt; magnam classis partem pro tempore armis, nautis et remige ornatam, Cremonam mittunt; reliquum vero classis, uti in diem instruitur et in aquam deducitur, eodem celeriter proficisci jubent; Antonium Vintimillianum praeterea, quem Meltii praesidio a Venetis relictum diximus, cum esset Mediolani transfuga, mille et quingentorum equitum et peditum quingentorum stipendio conducunt, dataque pecunia, se propere bello paret, contendunt; distribuique item argentum frugaliter in reliquos militum duces, qui Placentinorum praeda abfuerant, magnopere curant; Franciscum vero, Picininos, ac Vermium, Carolo et Faventino praetermissis quippe quod se liberos esse dixerint, et alter in Mantuanos, et alter in Flaminiam omnibus eorum copiis hyematum discessissent, mirum in modum et hortari et orare non cessant, ut pro reipublicae commodo, non exspectato dependendae pecuniae tempore, cujus inopia tunc plurimum laborarent, ex ' hibernis copias educerent, et quantacumque celeritate *c. 613 J 3* fieri possit, Transadduanos aggrederentur; quorum oppida non dubitabant, imparatis celeritateque praeventis hostibus, non multo labore paucis diebus in potestatem redigi posse. At etsi Franciscus, quod ab se tantopere petebatur, non sine magna militum querela atque incommodo fieri posse intelligebat, tamen quoniam Mediolanensium postulatis satisfacere volebat, quo in reliquum tempus obsequentiores in rebus gerendis sibi essent, quaecumque ipsi proposuerint, modo a belli gerendi ratione non discederent, se pro virili facturum respondit probavitque praesentis in Transadduanos profectionis consilium, dummodo propediem pecuniae adessent, sine quibus nihil in bello, quod diuturnum sit, fieri poterat, mitterenturque, item exercitus supplementa, priusquam esset in expeditionem ab hoste proditum.

His rebus constitutis, Franciscus tria inter oppida Pisleonem, Cremam et Castellionem, idoneum tutumque colligendi exercitus locum nactus, huc convenire omnes imperat paucisque diebus contractis undique copiis, singulis aureis nummis rhenensibus militibus singulis distributis et cibariis dierum decem ex publico comparatis, circa kalendas majas Mozanicam primum, deinde Vailatum aggressus obsidet; Trivilium po'stea ducit. Haec oppida Mur., 444 quamquam firmo peditum praesidio a Venetis tenebantur, tamen coactis vi tormentorum ' oppidanis, decem circiter dierum spatio singillatim obtinuit. Quibus in potestatem acceptis *c. 614* praesidiisque Venetorum traditis armis bonisque relictis omnibus ad suos dimissis, Cassiano admovit; quod oppidum, uti initio ostendimus, in mediolanensi est agro, fluminis ad ripam positum atque ex eo ad Transadduanos pons pertinebat; id valido peditum praesidio a Venetis summa cura custodiebatur. Eodemque tempore cum Eustorgius faventinus haud parva militum manu a Mediolanensibus eo missus venisset, expugnato Vico, qui aggere fossaque peregregie circumdabatur, qua ad occidentem spectat solem castra ponere jubet pontemque deinde in Addua pluribus junctis lembis quam celeriter faciendum curat, quo utrique exercitus, facta ultro citroque transeundi potestate, sibi auxilio esse possent et commeatus e Mediolano ad majora castra transportandi foret facultas. Ceterum pariete muri atque aggere receptaculi, quod est pro arce constructum assiduo bombardarum ictu ad solum deleto, vi eadem quoque munitio capitur arxque, quam majore deinde conatu duces aggressi sunt, post diem decimum quam oppugnari Cassianum coeptum est, in potestatem mediolanensis populi per pactionem accepta, veneto praefecto cum peditatu Bergomum incolumi transmisso, devenit; quibus nuntiatis rebus, qui Meltio praesidio erant, metu percul'si, relicto oppido *c. 615 J 4* Laudem profugere. Cassiano igitur cum arce ponteque recepto, Franciscus reliqua Transadduanorum oppida recuperatum pergens, inde movet Ripaltam Siccam adortus circumsistit; quod oppidum cum aliquamdiu oppugnasset et incolis praedae metu impetrata de praesidio salute sese ejus fidei permittentibus, in deditionem accepit et Mediolanensium praesidio munivit; Pandinum deinde obsedit et, ruptis deletisque vi tormentorum aggeribus, quibus miro

8. praetermissis qui se - *secondo* et *esp.* — 9. discesserant — 13. At *esp.* — 14. Franciscus etsi — 19-20. pecuniae exercitusque supplementa — 20. proditum mitterentur — 23. rhenensibus in milites singulos — 27. singillatim *esp.* — 28. Venetorum cum armis - relictis *esp.* — 30. atque *esp.* — 33. peregregie *esp.* — 36. Ceterum muro — 43. inde movet *esp.* — 44. de *esp.*

quodam studio Johannes quidam natione hispanus praesidii praefectus oppidum munierat, expugnavit moxque arcem, qui ei praesidio erant, sese dedentibus recepit.

Dum haec in Transadduanis geruntur, omnia Cremonae turbaverat atque terruerat Venetorum classis et in summum prope discrimen adduxerat. Huic praeerat patritia ex gente veneta Andreas Quirinus. Is cum a casalensi statione solvisset et non longius passibus mille ab ea urbe constitisset, postridie quam eo ventum est, ad lapidis jactum magnam classis partem ponti admovit et, cum ex galeonibus nonnullos magis omnibus arduos delegisset eisque musculis, quos, ut diximus, catos vulgo appellant, singulis singulos adjunxisset et projectis sublatisque saepe anchoris, propius ei operi adegisset, pluribus exinde locis uno tempore omni missilium genere oppugnare pontem coepit et si quam ejus partem aut capere, aut interscin- [c. 616] dere possit, a mane usque ad me'ridiem magnis viribus obstinate obnixeque contendit; nec multum abfuit eo die, quin ponte simul et classe, quam, ut praediximus, milite nudam eo mediolanenses miserant, uno fere momento Veneti potirentur; descensum est enim multo pedite in arenam, ubi forte parvulam quandam per eos dies insulam flumen effecerat. Ibi- [Mur., 445] que' adeo aegre a nostris pedestri proelio pugnatum est, ut ex hostibus alii pontem ascenderint et summo clamore Venetorum signa pinnis infixerint, alii magno impetu columnas succidere et eorum, qui desuper erant, pedum plantas pilorum cuspide ferire coeperint; et qui praeterea in navium pluteis stabant, multis conjectis jaculis atque telis pluribus locis defensoribus iis, qui ex civitatis delectu eo missi fuerant, pontem nudaverint. Quod ubi cognovit Blanca Maria, mulierum praestantissima, non foeminae sed viri atque ducis operam egregie navando, tanta celeritate atque opportunitate cuncta providit, ut tam imminentissimo Cremoniensium periculo fuerit magna eius cum laude repugnatum. Occurrerunt autem suo hortatu atque impulsu et manu forti et animo ingenti ab utroque pontis capite Rogerius Gallus, qui tum ex Pisleone accersitus, in ea prope proelii contentione veloci itinere urbi appulerat, et Bellinciona, acres utrique peditum praefecti, et magna cum strage [c. 617 Js] toto edificio' hostes depulerunt. Magno praeterea ad id adjumento fuit Bartholomaeus Gadius cremonensis, qui per eos dies invalitudinis causa domi remanserat, vir quidem impiger et singuli bellicae machinationis industria praeditus, qui assiduis tormentorum ictibus e castellis utrisque effecit, ut ea pars classis, quae ad pontem propius accesserat, magno hominum naviumque accepto detrimento, vi amota, paulatim recesserit. Salernitanus insuper, quem urbi Franciscus praesidio reliquerat, factis celeriter ex cratibus atque humo scalis, cum delecto milite catafractatis equis recto in insulam descendit, hostiles turmas, quae navibus egressae in arido erant, invadit et primo impetu fudit, multos ex iis occidit multosque, quos scaphae propter multitudinem foedamque fugam recipere nequiverunt, Padus absumpsit. Sic igitur praefectus irrito conatu et gravi insuper incommodo affectus, eo usque regressus est, ubi a tormentorum ictu abditam classem in tuto fore perspexit; nec deinde tamen destitit, quin fere quotidie triremibus naviculisque permultis pontem urbemque infestaret. De his rebus cum esset Franciscus crebris Blancae conjugis literis certior factus, concilium advocat: docet quanto in periculo nedum Cremonenses, sed navales quoque res versentur, quantumque deinde communis salutis intersit, si hostes pontem, cujus munimento [c. 618] inte'grae adhuc res essent, superaverint, cum futurum procul dubio existimari posset, nullas usque Ticinum Padi partes, sicuti per superiora tempora Philippo vita regnoque incolumi evenisse viderat, tantis hostium viribus, Mediolanensium classe amissa, clausas fore; propterea omnibus modis studendum, ne id quod vererentur, aut imperitia aut negligentia ducum accideret optimumque esse censet, si omisso odio atque invidia, recta ratione et intelligentia bellum gereretur, ut toto exercitu quam celeriter Cremonam proficiscerentur classemque de-

---

20. mulierum praestantissima *esp.* — 21-22. imminentissimo Cremonenses periculo magna cum laude liberaverit. Occurrerunt — 23. autem illius — 25-26. magna caede edita hostes — 27. dies aeger domi — 28. et singularum bellicarum machinarum — 31. humo pontibus — 32. catafractis equitibus in — 34. que *esp.* — 35. igitur *esp.* — 45. et intelligentia *esp.* — 46. ut omni exercitu

lecto militum robore complerent et hostilem secundo flumine classem invaderent, quam cum si congressum habuerint, non diffidebat celerem exinde victoriam relaturos quam se in manus iam habere exploratum videbatur, qua vel habita victoria vel ipsa deleta vel fugata classe cum alterum deesse non posset liberatisque periculo Cremonensibus, in Brixianorum agrum mox traducendum exercitum dicit et in' hostium finibus bellum gerendum atque ex ea re Mur., 446 necessario fieri oportere, ut Venetorum exercitus, quem nondum transisse Olium, sed transiturum in Transadduanos propediem intelligebat, permanere in suis finibus compelleretur; quod si diutius in his locis essent, ita novo hostium adventu distinerentur, ut in tuendis oppidis, quae in regione obtineant, reliquum aestatis tempus nequicquam consumerent; in Transad'duanis autem nihil esse reliqui, quod brevi obtinere possent; Caravagium, quod c. 619 oppidum in ea regione hostibus relinquebatur, non videri sibi in eo rerum statu oppugnandum, neque item Laudensium ad urbem commorandum, cujus potiundae incredibili quadam siti Mediolanensium animi arderent, quorum utrumvis si nunc aggredi voluerint, cum nihil Venetis hoc tempore optabilius nihilque, quod magis suis rebus conducat, contingere posse, quam ut circa ea oppida ipsi tempus teramus. Quibus dictis, etsi Picinini propter invidiam a Francisci sententia, quam quidem rem paulo ante ille cum iis communicaverat, dissentire videbantur, quod ea in medium adducere statuerant, quibus profectionem propositam impedire posse confiderent, tamen quoniam non videbant in praesentia, quemadmodum ejus argumentis annuentibus praesertim ceteris contradicere possent, laudarunt et ipsi quoque probaruntque simul cum reliquis ducibus imperatoris consilium, omnibus una voce dicentibus, nec aliter bellum recte geri posse, nisi dedita opera vinci ab hostibus Mediolanenses decrevissent. Legati vero Mediolanensium nequaquam ex his locis injussu suorum principum discedendum dicebant, quos de iis quae in ea consultatione dicta essent, quamprimum suis literis certiores facerent; interim quoniam ita Mediolanensibus placebat', in Lau- c. 620 denses Franciscus ducendum statuit et passus circiter quingentos ab eo ponte, qui in Addua est et ad teli jactum moenia urbis attingit, castra firmat; deinde pontem in superiore fluminis parte, quae mediolanensem spectat agrum, scaphis aedificandum curat; ibi trans id flumen Collionem, qui nuper eo venerat, et Eustorgium stationem habere jubet. Laudensibus praesidio erant equites ad octingentos et pedites amplius mille; cum his quotidie levia ad pontem, quem obtinebant, proelia committebantur; ceterum quod in concilio pudor coram agere Piciniinos deterruerat, id aliena ope ipsi efficere conantur. Per Brocardum Persicum, familiarem suum versuto ingenio virum, quippe qui plus varia quadam vivendi arte calleret, quam ipsi fratres, Arasmo ceterisque suae factionis civibus persuadent, ne exercitum e Laudensium finibus excedere sinant, neu ornatis Francisci verbis simulatisque consiliis credant, qui non Mediolanensium, sed suum quaereret commodum, cum Cremonam ipse possideat et Brixia cum toto agro, quo duci exercitum summopere contenderet, ubicumque a Venetis defecerit, ad eum jure foederis pertineat; magnum praeterea in sinu serpentem Mediolanenses alere, omnem hominis hujus fortunis accessionem eorum imperii diminutionem parere; hoc maxime a Mediola'nensibus animadvertendum dicunt: Laudem postremo facile c. 621 obtineri posse, si trans Ad'duam in eo loco castra locarentur, qui inter flumen et urbana Mur., 447 moenia intercederet, demonstrant. Hac subdola et perniciosa Brocardi oratione re civibus persuasa, quippe qui, quod cuperent, facile credebant, mittuntur magistratus consulto ex optimatibus cives sex in castra legati, quorum Vitalianus Borromaeus domi potens, Oldradus Lampugnanus et Johannes Casates primi erant, qui Franciscum reliquosque exercitus duces ad obsidendam arctius oppugnandamque Laudem hortarentur multaque hominum millia eo Mediolanenses missuros et quaeque oppugnationi ei necessaria subministraturos dicerent.

1-4. invaderent, celerem victoriam relaturi, quam se in manu jam habere exploratum dicebat. Deleta vel fugata classe liberatisque — 12. item *esp.* — 13. quorum .... voluerint — 14. magis illorum rebus — 15-16. oppida Mediolanenses tempus terant. Picinini etsi invidia — 19. *già* argumentis annectentibus *esp.* — 22. vero *esp.* — 31. ipsi *esp.* — 32-33. quippe .... fratres *esp.* — 38. fortunarum — 42. quippe *esp.*

Hos cum in concilio audisset Franciscus, in eadem se esse, qua fuisset hactenus, sententia respondit, neque si perseverare in sua opinione Mediolanenses voluerint, ut diu in his locis exercitus permaneat, se passurum ut Cremona diuturno bello attrita per paucorum invidiam et plurimorum inscitiam in hostium faucibus peritura relinqueretur ostenditque deinde ipso prospectu exercitum, qui citra flumen erat in eum locum, quem designarant premendae Laudis angustius causa sine certissima militum pernicie traduci non posse. Haec etsi legatorum Mur. 445 reditu aperte satis Mediolanenses intelligebant,' nihilo tamen secius et Bracianorum et civium c. 627 eorum, qui cum iis sentiebant, hortatu in priore sententia pervicaciter persistunt. Ob id cum Cremona continenter importuna Venetorum classe infestaretur, Robertum sanctoseverinatem, et Mannum Barrilem cum equitatus delectu eo Franciscus praesidio mittit; ipse vero, cum Mediolanensium pertinaciae non amplius sibi contradicendum putaret, sua patientia omnia dura tolerabat. Interim, dum ad Laudem castra habentur, Collio, qui pluribus ante diebus cum Venetis de suis rebus secreto transegerat, magnis diurnis nocturnisque dimensis itineribus, Bripium omnibus cum suis copiis pervenit atque eo ponte, qui ibi in Addua Venetorum praesidio tenebatur, paucis itinere amissis impedimentis, Bergomensium in fines se recepit. Ejus fuga et Francisci simul hortatu permoti Mediolanenses Guilielmum monferratensem Johannis marchionis fratrem, qui a Venetis per idem forte tempus venia impetrata discesserat, stipendio conducunt, et Collionis loco sufficiunt.

---

13. dimensis *esp.* — 16-17. monferratensem *esp.*

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER DUODECIMUS

Ceterum per eosdem quoque dies qui fuerunt circa kalendas julias, Michaël, qui non prius transire Olium est ausus, donec universas Venetorum copias in unum locum coactas vidit, potentissimo exercitu in flumen trajecit et circa Mozanicam castra posuit; quod oppidum cum per triduum oppugnasset, vi cepit et magna in parte confestim a militibus magnis conflagratum incendiis in praedam vertit. Quas ob res Franciscus, quod his locis ubi erat, propediem sibi discedendum intelligebat, si tueri parta volebat, rursus Mediolanenses tentandos putavit, ut per eorum voluntatem sibi ea belli gerendi consilia capere liceret, quae saluti omnium et dignitati conducere viderentur; mittit propterea Moretum Nazarium, quem supra nominavimus, virum sane fortem et rei bellicae peritum et non infacundum, qui et suis sermonibus privatim factis et oratione publice habita, egregiam eius ducis fidem et optima consilia commemorando, ita biduo Mediolanensium animos commovit, ut ad sanitatem reversi communi consensu decreverint ut deinceps Francisci arbitratu atque ductu res bellicae administrarentur. Quod ubi Franciscus accepit, mirum in modum laetus et gravibus curis levatus, cum in priore de invadenda hostium classe sententia omnino perseverandum' affirmaret, quantis potest copiis exercitum augere contendit atque sic triduo effecit, ut recenti Guilielmi, Karoli et Christophori Taurelli Guidonis filii adventu et multorum undique confluentium aliorum magno militum numero exercitus creverit. Et quoniam de Picininorum Bracianorumque omnium fide, cum pro iis, quae Mediolani contra suam dignitatem in dies conabantur, tum etiam quod eos occulte cum hostibus continenter agere cognoverat, nonnihil subdubitabat, ne quid in castris per dolos in se molirentur, hos, quos diximus, cum Vermio duces, quibus plurimum confidebat, sibi quodam benivolentiae et necessitudinis iure secreto obstringit; idemque egisset cum Eustorgio, ni ille per eos dies accersitus in patriam ad capessendum per Guidonis fratris mortem patrimonium, relictis Vermii curae militibus, in Flaminiam discessisset; praeterea domesticos Pičininis exploratores ponit, ut quid agant, quidve consilii ineant, scire possit; quare ubi se et adversum aemulorum invidiam familiariumque inimicorum perfidiam tutum et hostibus si non superiorem, attamen non inferiorem numero videt, ex Laudensibus movet et per Cremenses trinis castris ad Padi ripam profectus non procul Cremona, ubi ad Mosam dicunt, castra locat. Hostes idem faciunt et paribus fere itineribus juxta Olii ripam locis tutis'

c. 623 Mur., 449

c. 624

---

3. Per eosdem dies circiter kalendas — 4. qui, est *esp.* - postquam *invece di* donec — 6. per *esp.* — 7. a militibus incensum in praedam — 9. parta vellet — 11-13. nominavimus, qui modo singulos, modo in concione universos hortando, docendo egregiam ducis P — 19. filii, quem maxime probabat, adventu P — 30. ubi *esp.* — 31. idem .... et *esp.*

c. 625 nostros servant. Dumque impigre dat operam Franciscus, ut ex toto exercitu et nostrae complendae et venetae adoriendae classis, quae non longius quinque passuum millibus ab eo loco aberat, delectus haberetur, interea renuntiatum est multis nunciis Quirinum, ubi primum de ejus in ea loca adventu certior factus est, veritum ne adverso flumine iniquo Mur. 450 loco dimicare cogeretur, toto suo navali exercitu in veterem apud Casale Majus stationem rediisse. Quae quidem res iniucunda ei fuit et permolesta, quod si loco permansissent hostes, non ea minorem exinde victoriam se reportaturum sperabat, quam Philippi tempore, dum sub eius ductu mereret, iisdem fere locis iisdemque fere aestatis diebus ex potentissima Venetorum classe Nicolao Tarvisino praefecto retulisse meminerat. Itaque ea spe derelictus, mittit quam celeriter ex suis nonnullos rei militaris locorumque peritos, qui omnibus diligenter exploratis, quod invenissent, referrent. Ab his postero die cognoscit, hostilem classem in eo Padi ramo stare, qui penes Casalis oppidi fossam praeterfluebat insulamque efficiebat, ubi insignem illam calamitatem superioribus annis Philippi exercitus acceperat, de c. 626 qua initio mentiones fecimus, atque ejus fossae labro alligatam; esseque ramum ipsum a superiore oppidi parte stipitum in terram demissorum et ex aqua paululum eminentium vallo clausum, vado tantummodo relicto, quo navigiis singulis ingressus exitusque praeberetur; quod ferreis etiam catenis muniebatur, eamque classem oppido castris circumsesso et nostra classe ad rami ostium opposita a duobus lateribus ex continenti facile tormentis offendi delerique posse. Ea re in consilio delata, omnes uno animo eo proficiscendum nihilque inexpertum de expugnanda profligandave hostium classe relinquendum consuluerunt; sed enim Picinini, etsi a reliquorum sententia minime discrepare videbantur, profectionem tamen eam, quoad possunt, variis modis impedire adnituntur; negant praecipue suos milites propter pecuniae inopiam ulterius progredi posse, quin etiam ipsis necesse fore dicunt, nisi propediem stipendia penderentur, Mediolanum versus remigrare. Ubi si pecuniae eos defecerint, cibaria tamen frumentaria, quae Mediolanenses hactenus exercitui dare consueverunt, haud sibi defutura sperabant. Franciscus autem, quod intelligebat quorsum haec a Picininis dicerentur, per hunc modum ejus difficultatis cunctationisque causas illis adimere excogitavit: esse municipia quaedam in hostium manu, qua iter ad classem facturus esset exercitus propo- c. 627 nit; ex his quamquam suae erant ditionis, et quoties vellet, in ejus fidem redirent, unum tamen opulentius ceteris praedae militibus destinabat, quo se a praesenti inopia eximere reficereque possent. Quod cum omnibus perplacuisset, Picinini lucri cupiditate pellecti sententiam mutant et se signa secuturos dicunt, et Castelletum, quod Pontionum Cremonenses appellant, priusquam sit e concilio discessum direptioni dictum. Ut vero e Cremona eo ventum est, municipes continuo per eos cives, qui ibi praedia habebant, ad Franciscum oratum mittunt, ut supplices in fidem atque gratiam reciperet, quibus ipse ob eam, quam Mur. 451 praediximus causam, velut indignabundus paucis respondit, se eos, quod priusquam in eum locum tantus exercitus venisset, ad eum de deditione non misissent, ceteris qui ad hostes defecissent, fore documento statuisse; proinde se intus tenerent fortiterque defenderent; illi autem nequaquam adversus principem suum arma sumpturos se dicunt. Interim militibus locis pluribus ingressis excursionibusque ubique factis, Castelletum diripitur; incolas bonis omnibus spoliatos cum mulieribus atque liberis ab omni injuria et maleficio Franciscus liberos esse jussit; ibi magna vis frumenti magnaque animalium copia inventa; nec ea tamen Picinini praeda contenti videntur quippe quod, etsi earum rerum magna pars in suos per- c. 628 venerat, qui multo ante alios castellum invaserant et, repugnantibus nullis, multa, priusquam reliqua multitudo introiisset, occuparant, rursus tamen cum esset in acie exercitus, signis ad Casale conversis, gravem suorum militum inopiam praedicant, nec eorum memores, quae paulo ante ad Cremonam promiserant, negant, vel invidia vel innata quadam eorum alteri

---

1-3. nostros observant. Interea renunciatur Francisco Quirinum — 6. res admodum ei - et *esp.* — 8. sub eo mereret — 13-14. de qua .... fecimus *esp.* — 26. autem *esp.* — 43. contenti fuere, nam etsi — 43-44. ad eos pervenerat

animi ignavia ducti, eo proficiscendum esse, asseverantes magno ibi cum periculo propinquis hostibus futurum exercitum, ubi et ipsi hostes et navales turmae et oppidani uno tempore in castra pluribus locis impetum facere possent. Ad haec Franciscus et commeatum abunde habiturum exercitum, quem Pado advehendum militibusque distribuendum providisset, et ad Casale non amplius triduo commorandum statuisse dicebat; quo tempore, si qua ad venetae classi vim inferendam potestas fieret, id facile confici posse arbitrabatur; quod si interim hostes suis auxilium ferre conarentur, quod magnopere optabat, nulla iis mora obviam progrediendum censebat. His atque aliis verbis Picinini a sententia removentur, et quod ipse jussisset imperator, se facturos affirmant; nam ea erat Franciscus praeter ceteras animi dotes sapientia et facundia praeditus, ut nihil fere esset in consultandis deliberandisque rebus tamen arduum, quin demonstrando et persuadendo factu facile, aut tam facile, quin durum et perdifficile' redderet, et in suam sententiam traheret, adeo ut legati mediolanenses ejus *c. 629 K1* viri prudentiam atque singularem in rebus bellicis disciplinam admirantes vulgo saepius dicerent et suis interdum scriberent, nullam esse rem, quam cum vellet, Franciscus in conciliis non obtineat, quippe qui res diu cogitatas in concilio deferebat, et cum longe ceteros prudentia, sermone, auctoritate anteiret et omnes in eam, quam volebat, partem adducebat, et si qui contra sentiebant, neque ejus argumentis respondere sciebant, neque si scirent, ejus auctoritati et sapientiae resistere audebant neque poterant. Quae res magnam profecto in eum conflabat invidiam magnunque pariebat odium et Mediolani malivolis magis atque magis suspicionem augebat. Processum igitur cum esset toto agmine Casale, quod non longe ab inde recedebat, a tribus partibus, nam a reliqua, uti ostendimus, flumen prohibebat, ubi classi locus erat, castris circumdat; deinde quatuor a duobus oppidi lateribus tormenta, sicuti ab exploratoribus acceperat, alia ex aliorum regione summa in classem celeritate constituit, quibus die postero hinc atque inde continenter ab utroque' latere naves percutiendas conficien- MUR., 452 dasque studio ingenti contendit; papiensem vero classem ne veteribus exercitus cohortibus minueretur, eo solummodo milite atque hominum delectu, quos e Parmensibus' nuper evo- *c. 630* caverat, compleri et ad rami ostium consistere jubet, ut si forte veneta classis metu territa fugae se mandaret, itinere intercluso, proelio decertare compelleretur; quod nostrae classis praefectus imperium, cum se et navium et militum numero longe hostibus imparem esse diceret, exsequi pertimuit stetitque ob id universa classe eo loco, unde ramus ad Casale defluens discedebat.

Dum haec aguntur, fit frequenter certior Franciscus Michaëlem ad Sanctum Iohannem, qui dicitur ad Crucem, toto exercitu advenisse atque ibi constitisse; quod oppidum minus septem millibus passuum a suis castris distabat. Qua re nuntiata, statim qua hostes eo iter facere possent, ad secundum usque lapidem vias costerni fossasque aequari imperat; speculatores non tam pedites quam equites frequentes ponit, ut quid ipsi agerent hostes assidue velociterque scire posset, eo quidem animo ut, cum primum in sua castra signa convertere intelligeret, in eos, relicto castris praesidio, educeret et pugnam extra oppidanorum aedificia apertis campis consereret; postremo neminem procul castris frumentatum pabulatumve exire edicit. Quibus ex rebus tantus subito timor omnem paene exercitum occupavit, ut non mediocriter ducum animos pertubaret. Accedebat ad id etiam, quod ut ex captivis ac perfugis acceperat, ad octo' armatorum hominum millia in oppido esse, quae partim ex classe ac *c. 631 K2* partim ex praesidio, cui Johannes Pazalia praeerat, partim ex oppidanis conficiebantur, quod

---

1. ducti *esp.* — 15. obtineret — 15-18. Quippe .... poterant *esp.* — 18-19. ei *invece di* in eum — 19. parabat odium — 20-21. augebat. Postquam igitur ventum est Casale, a tribus — 28-29. classis praefectis Blasius Assaretus, qui navali pugna in mari Tyrrheno Alphonsum regem vicerat et cum plerisque aliis principibus ad Philippum perduxerat, cum se: *questa aggiunta è sul margine sinistro del testo, in sostituzione di altra a destra in parte abrasa, relativa allo stesso argomento e di mano dello stesso amanuense* — 30. ob id *esp.* — 33. qui dicitur *esp.* - advenisse .... ibi *esp.* - quod oppidum *esp.* — 34. a nostris castris - distabat *esp.* — 36. ipsi *esp.* — 36-37. assidue velociterque *esp.* — 37. quidem *esp.* — 37-38. cum .... intelligerent *esp.* — 38. extra oppidi — 39-40. exire permittit — 41. etiam *esp.* — 43. partim ex *esp.*

eruptionibus crebris, quae non parvo militum impetu in castra et ad tormentorum munitiones fiebant, non obscure judicabatur. Ex quo crescente magis atque magis singulis horis in exercitu timore, cuncti militum duces praeter Carolum et Taurellum, qui magis odio, quod in Bracianos exercebant, quam virtute a ceteris dissidebat, Franciscum adeunt et quanto omnes in periculo versentur, si ibi diutius morentur, ubi et a fronte et a tergo magno hostium numero facile locis iniquis circumveniri possent, ostendere adnituntur et propterea eodem omnes animo praeter eos duos in ipso etiam meridiani solis ardore abeundum inde et tutum in locum exercitum reducendum censent atque testantur. Franciscus autem, quod tam repentinam animorum mutationem a timore natam videbat, eo duces levare contendens sic inquit: "*Non me adeo rerum imperitum aut temerarium puto, ut si exercitum in tam manifesto discrimine, ut mihi omnes demonstrare conamini, positum esse perspicerem, vos hic amplius manere adhortarer. Nemo certe hic est, hodie, qui plus habeat in aperto amittendae facultatis, quam comes Franciscus* (sic enim se inter loquendum saepius nominare solebat), *cum'* [c. 632] *omnis et uxoris et liberorum et fortunarum mearum omnium salus ex mea solum pendeat* [Mur., 455] *salute; haec* (*sic*) *quis ex vobis sit, qui me volen'tem putet ire perditum, nescio. Nihil profecto est, duces, quare tantopere vobis timendum sit; haec omnia, quae commemorastis, jampridem animadverti atque providi; hostes omnino contemnendos esse non censeo; sed belli ratio et diligentia nostra et singularis nostrorum militum virtus certam nobis victoriam promittere videntur. Tot nobis copiae sunt, tot vires ob Dei benignitatem suppetunt, ut eodem tempore et cum his, qui in classe et oppido sunt, quos tantopere pertimescere videmini, resistere et cum universo Venetorum exercitu haud aegre confligere valeamus; et quemadmodum hostibus, si hi in nos irruperint, si illi eduxerint, repugnandum et obviam eundum congrediendumque nobis fuerit, satis vobis demonstratum existimo. Ceterum exploratam jam de classe victoriam, cujus potissimum causa huc venimus, et in manu habere plane dicere valemus; hanc tantam bene gerendae rei opportunitatem abeundo amittere, infectis rebus, non profectio hinc nostra, sed fuga potius videretur; quod quam detrimentosum mediolanensi populo quamque nobis turpissimum fuerit, facile omnes judicare possitis; quare ma-* [c. 633 K3] *nendum hic in diem posterum, quae perexigua temporis mora est,' censeo. Interim quid in hostilem classem tormentis et classe etiam nostra proficere poterimus, facilius ex rerum successu metiemur; deinde quid nobis expedierit, melius judicare, et quod consilium capiendum fuerit, tutius ac honorificentius ex ipsarum rerum eventu capere poterimus*". Hac oratione duces cum nescirent, quid imperatori responderent, annuerunt et abeuntes e concilio sese ac exercitum suae virtuti, cui magnopere confiderent, committere dixerunt. At Quirinus a Michaële et legatis certior factus, ne eo accedentibus simul cum classe hostibus terreretur, neve loco discederet, sibi quamprimum a tergo infestissima acie illos invadere staret animus, paruit ducis legatorumque jussis et cum posset obsidionis initio re salva abire, ea spe auxilii fretus, ubi principio steterat, praeter omnium opinionem perstitit; sed suis posteaquam putarat opem ferre cunctantibus, eum de discessu cogitare coepisset, pertimuit et munitionibus recedere, nostram classem, quam ex oculis stantem aspiciebat, majore quam esset militum numero ac robore instructam existimans. Sed enim cum a mane usque ad solis occasum assiduis tormentorum ictibus oppugnaretur quatereturque classis, quos nec unde vitare potuerat, major sublimiorum galeonum pars ita est in latera saxeis transfixa atque quassata pilis, [c. 634] ut complures non tam ex nautica turba, quam ex militum' cohorte conciderent, et maxima ubique per navium alveos et tabulata hominum caedes stragesque conspiceretur. Quod cum

---

4. dissidebat et Taurellum, qui de prudentia imperatoris non diffidebat et praeclarum aliquod de sua virtute periculum edere cupiebat, Franciscum P — 7. eos *esp.* — 8. autem *esp.* — 9-10. videbat, convocatis ducibus: Non inquit, adeo rerum imperitus aut temerarius sum, ut si — 12-13. hic est, qui plus et rei et nominis amittere possit, cum P — 19. tot vires.... suppetunt, *esp.* — 24-25. dicere possumus — 26. videbitur — 27. turpissimum sit futurum - iudicare potestis — 28. diem crastinum — 29. proficere possimus — 30. expediat — 30-31. capiendum sit, tutius — 31. capere licebit — 34. legatis admonitus ne — 37-38. suis mox opem — 38. cum de — 38-39. et.... recedere *esp.* — 41-42. quos.... potuerat *esp.*

animadvertissent Bernardus Eustachius cum Philippo fratris filio papiensis classis nostrae praefectus, illico ei additus est adoriendi hostis animus moxque ad rami fauces, Francisco etiam non adhortante modo, sed impellente, descendentes ibi perdenso navium ordine, proris ad hostem versis jactisque anchoris constitit duosque deinde protinus galeones, egregie praeter ceteros omnibus rebus ornatos, contra aquae impetum eo imperio immisit, ut eos ex classe galeones invaderent, qui primo sibi obiicerentur reliquosque acriter missilibus lacesserent, ut quid in proelium auderent, ex navium motu cognosci posset. Hi ut jussi faciunt et primo congressu singuli singulos tormentorum terrore defensoribus destitutos nulla contentione coeperunt et ad classem' versos traxerunt; nec reliqua proinde quicquam veneta Mur., 454 classis sede commota. Quae quidem res tantam universo exercitui laetitiam attulit tantamque omnium animis alacritatem simul cum virtute praebuit, ut sublato timore omnium judicio parta jam de classe victoria videretur laudareturque magnopere summa imperatoris constantia, nempe quod ejus prudentia eo res navalis deducta videretur, ut exercitu incolumi amplissimam inde essent victoriam habituri. Quirinus' autem, tanto navium navaliumque c. 635 K4 sociorum detrimento accepto conterritus, ubi multis signis fumo factis, quibus, quo in periculo veneta classis esset, facile terrestris exercitus intelligere potuerat, neque adhuc exaudiri, neque multis quassatis navibus exituque fluvii occupato, nisi manifesta omnium pernicie discedere posse videt, desperata classis salute, naves omnino deserere et oppido navalis turmae incolumitatem petere constituit, nam nemo erat nautarum praesidiique navalis miles, qui mortis metu iam territus in navibus amplius consistere auderet. Itaque in proximam noctem facta in terram descendendi libertate, omnes cum iis bonis, quae pro tempore humi exponere potuerunt, paucis in galeonibus singulis relictis nautis, sese in oppidum receperunt. Orta autem luce prima, ut rursus crebri tormentorum strepitus audiri et ex continenti contortis lapidibus naves confodi coeptae, papiensisque classis venetae paulatim appropinquare visa est, continuo Quirinus, qui, ut demonstravimus, in oppidum se receperat, excelsiores nonnullas omnibus naves ab iis, quos ibi reliquerat, succendi, praecisisque rudentibus, ut ipsarum incendio ceterae quoque exurerentur, ne integrae in hostium manus devenirent, profluenti devehendas dari, jussit. Ut vero ad classem flammae atrique piceorum fumorum globi ab exercitu conspici coepti sunt, extemplo multitudo inermis, id' quod erat suspicata, c. 636 eo concurrere coepit, et partim scaphis, quas in ripa reperiebant, partim natando nullis prohibentibus naves conscendunt, et quisque praeda gravis factus in terram redire et in stationes arrepta comportare contendit; idem faciunt sumptis naviculis qui nostram classem, quae ignem verita procul steterat, conscenderant. Franciscus id conspicatus, mox armari exercitum et in acie statutis locis consistere jubet; deinde praeter castra, qua in hostem iter straverat, educit. Sed dum haec aguntur, rumore ingenti inter milites de navali praedivite praeda exorto, nemo erat ita dicto audiens, qui non ejus praedae cupiditate, qua permulti saepe mortales ad vetita et foeda quaeque trahuntur, eo abire exardesceret. Ex quo factum est, ut cum permulti clanculum acie ad flumen excessissent aut famulos misissent, ita armatum agmen exinanitum sit, ut non adversus hostem exisse, sed ad diripiendam Venetorum classem totus paene exercitus inermis confluxisse videretur, et omnia in castris concursatione et tumultu permiscerentur. Quod ubi Franciscus animadvertit, dimissis confestim ad classem et in omnem castrorum partem tubicinibus, milites cunctos unum in locum armatos coire, et hostes jam adesse, pugnari jam coeptum pronuntiari locis pluribus conclamarique' imperat, et capitis insuper poenam iis, qui non paruerint, adhibet;' verebatur enim c. 637 K5 non mediocriter, ne si forte hostes, quos magnitudine fumi excitatos in armis esse renun- Mur., 455 tiabatur divisum exercitum praedaque occupatum resciscerent, tantam adoriendi occasionem

---

1-2. animadvertissent Eustachii duo Bernardus et Philippus, qui cum Blaxio Asareto et ipsi classi praeerant, ad rami P — 3. etiam *esp.* — 4. constiterunt — 5. immiserunt — 13. nempe *esp.* — 18. classis *esp.* — 20. iam territus *esp.* — 35-36. praedivite *esp.* — 42. *tra* classem *e* et *per errore eran state inserite le parole della riga 40* "totus poene exercitus inermis"; *queste forse l'amanuense stesso espunse, notando*: vacat

nacti, eo iter arriperent et divisis copiis imparatum offenderent. Sed posteaquam ne id quidem proficere quicquam videt, magnitudine periculi tam propinquis hostibus permotus, misit, qui in omnes Venetorum jam captas naves, quas nondum incensas flammae attigissent, ignem injicerent. Qua ex re ita factum est, ut statim totus exercitus in aciem cogeretur et minus semi horae spatio universa Venetorum classis tanto undique conflagraret incendio, ut nihil superesset ex septuaginta navium numero praeter quatuor ad summum galeones, quorum duos superiore die captos fuisse diximus, alteros vero concursus initio eo mane Bernardus ad suos deduci curaverat, quin ignis absumpserit; constabat namque ea classis ex duobus et triginta, ut praediximus, non exiguae altitudinis galeonibus, triremibus duabus totidemque biremibus. Ceterae vero naves, quae numerum confecerant, actuariae erant et onerariae ex varia et humiliore quadam forma aedificatae, partim ad transvehendos celeriter et in terram
c. 638 exponendos milites, partim ad commeatus et reliqua, quae bello usui erant,' importanda et
Mur., 456 Padi fluminis navigationi accommodatae. Concremata est cum ipsa etiam classe, quae' maximo prope sumptu comparata aestimabatur, ingens paene tum bellicarum tum navalium rerum, tum cibariorum copia, quae vincendi studium cumulatissime congesserat. His rebus triduo prospere confectis, Franciscus, quod paulo ante de mutandis castris dixerat, postridie confecit: nam etsi non recepto oppido invitus inde recedebat, tamen ne suo commodo omnium fere voluntati pertinaciter repugnare videretur, castra movit et in vico, quem Picciorum Turriculam vocant, medio fere itinere inter ipsum oppidum et Cremonam positum consedit. Dum autem haec ad Casale geruntur, hostes de ferenda obsessis ope dies atque noctes conciliis agendis consumpsere, et in his graves prope inter eos contentiones exortae sunt, propterea quod legatis et aliis quibusdam primariis viris placebat, ut in hostes totis copiis iretur et collatis signis dimicaretur; Michaëli vero et majori ducum parti non videbatur, rem tanti momenti fortunae temeritati velut aleae objiciandam fore; nam qui rei militaris disciplinam profitebantur, cum hostium equitatus robur et praestantiam vererentur et prae omnibus rebus summam imperatoris prudentiam, virtutem egregiam singularemque in bello auctoritatem et
c. 639 secundam omni tempore' fortunam plurimi facerent, illius propemodum totis copiis congressum et perhorrebant et fugiebant, et ob id praeter legatorum voluntatem se pugna alia atque alia simulando abstinuere.

---

20. autem *esp.* — 24. fore *esp.* — 25. nostri *inv. di* hostium — 27-28. pugna alia atque alia simulando

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER DECIMUSTERTIUS

NONDUM certus victoriae nuntius ab exercitu Mediolanum pervenerat, cum tota Mur., 457 civitas incertis adhuc rumoribus laetitia ingenti repleta est et nonnulli ex primoribus cives, qui Francisci fortunae semper inviderant, varias jam belli gerendi cogitationes volutare animo variaque inter se colloquia habere coeperunt. Nec multo post allatis cum Francisci de victoria epistolis, tum etiam multorum literis re confirmata, decreta est triduana per urbem supplicatio, ut secundarum rerum auctori in primis Deo et honores et gratiae haberentur; deinde advocato concilio omnium ferme consensu abrogatur ea Francisco potestas, quam ipse superioribus diebus de bellicis rebus suo arbitratu administrandis non sine magno labore et industria impetrarat' rursusque ducendum c. 640 in Transadduanos Caravagii potiundi studio exercitum decernitur, cum hi, qui Francisco infesti erant, eo oppido recepto, Laudem postea facilius premi oppugnarique posse dicerent et ea in potestatem redacta, pacem cum Venetis prorsus faciendam censerent, ne unius maxime bellicosissimi ducis praescriptu rempublicam diu administrare et maximo insuper belli sumptu non tam publicas quam privatas opes consumere cogerentur. Scribitur idcirco legatis, ut, omnibus publicis privatisque rebus postpositis, in Transadduanos cum exercitu maturarent, Caravagium primo adventu obsideri oppugnarique curarent; Mediolanenses molitum decoctumque militibus triticum in pecuniae supplementum, quamdiu ibi fuerint, daturos, nullisque etiam rebus, quae oppugnationi ei necessariae viderentur, defuturos ducibus pollicerentur. Quae cum ex longa legatorum oratione Franciscus intellexit, non sine gravi indignatione animi, ita ad eos locutus est: se non posse vehementer non admirari atque dolere, quod id, quod paulo ante decreto publico de bello gerendo Mediolanenses statuissent, nunc secundis rebus elati ita repente nulla rerum suarum habita ratione retractassent; quae res quantum et honori suo et publicae utilitati detrimenti sit allatura, judicio eorum, qui rei militaris usum probe tenerent, relinquebat. Erat enim ei in animo et pro reipublicae mediolanensis' et c. 641 suo et exercitus commodo in Brixianorum agrum arma signaque convertere et hostes, qui tamdiu in suis finibus bellum gessissent, arte viribusque trans Olium amnem in eorum fines detrudere atque repellere; quod si res integra in sua esset potestate, paucis diebus confici posse sperabat fiebatque ex ea re ut Caravagini simul et Laudenses, undique hostilibus oppidis atque praesidiis circumsepti, non multo tempore neque multo labore ad deditionem coge-

7. allatis cum, tum etiam *esp.* — 8. tridui — 8-9. ut.... haberentur — 10. ea, ipse *esp.* — 11. et industria *esp.* — 16. idcirco *esp.* — 22. animi.... est *esp.* — dolere inquit, quod — 26. relinqueret; sibi enim in animo fuisse et pro - mediolanensis *esp.* — 27. brixiensem — 28. tamdiu agrum mediolanensem depopulentur, arte trans P — 30. sperabat.... re *esp.*

rentur; sed posteaquam Mediolani sic res haberent, ut paucorum magis libidine atque
Mur., 458 impetu quodam animorum quam multorum consilio et ratione agerentur', et sui esset officii, et quod Mediolanenses jussissent, efficiendum curaret, se quocumque voluerint simul cum ceteris iturum; praeterea quoniam Petrum Cottam ex legatis alterum, qui propensiori quodam animo obtrectatorum suorum studia sequebatur, duces singillatim convenisse, iisque, si rem Mediolanensibus gratam efficere cuperent, ne suis consiliis de traducendo ultra Olium exercitu crederent, neve alio quam in Transadduanos proficisci sibi obtemperarent, persuasisse, et multa saepe contra suam dignitatem publice privatimque Mediolanum scripsisse cognoverat, accersitum ad se in plurimorum conspectu quamgravissime increpavit admonuitque deinde pro sua mansuetudine satis amanter, ut deinceps maledicere desineret et dissidia
c. 642 serere,' quae semper multorum causa malorum fuere, abstineret, justitiam coleret et publicam privatae utilitati anteponere meminerit. Haec posteaquam dicta sunt, Franciscus ex Cremonensibus postridie profectus quintis castris quarto kalendas augustas Caravagium pervenit, quod est oppidum Transadduanorum insigne regionisque caput, populo frequens, muro ac fossa egregie munitum constatque mille amplius passibus in ambitum, aquaeductibus fossisque frequentibus paene invium. At ubi nocte priore huc Matthaeum campanum et Ludovicum Malvicium bononiensem cum septingentis circiter equitibus et peditibus octingentis, quibus praeerat Detesalvius bergomensis, ab hostibus praesidio missos renuntiatum est, injucunda quidem et permolesta ea res fuit, quippe quod ob id quam durior quamque diuturnior futura esset oppidi oppugnatio intelligebat, ejecta praesertim inde majore oppidanorum parte, quae Venetorum nomini suspecta haberetur, quod certe praeter opinionem evenerat, cum eos, quos eadem nocte eademque de causa praemisisset, celeritate ab hoste superari nequaquam putaret; praeire enim jusserat cum primum de Campani ab hostium castris discessu cognovit, certos equestri pedestrique manu confertos et his Petrum Johannem camertem, virum fortem belli et locorum peritum, ducem addiderat, qui oppidi ingressu hostem prohi-
c. 643 berent; accedebat ad id etiam, quod pro'pediem tuendi ejus oppidi causa hostes toto exercitu per ea loca futuros compertum haberet. Quas ob res visum est ei, ut ad secundum teli jactum procul moenibus stationes militum ponerentur; itaque circumspecto oppidi situ, loca castrorum inter duces metitus multo jam die erumpentibus saepe portis hostibus per hunc modum Franciscus cingere exercitu Caravagium coepit; ipse suas in primis copias ad eam ipsius oppidi partem stationes facere jubet, quae ad orientem spectat solem et ad vicum, quod Forum Novum appellant, attingebat et qua hostibus brevius expeditiusque ad id oppidum iter fore animadverterat; ad dexteram, quae ad septentrionem pertinebat, qua ad Morengum itur vicum quave item ad obsessos facilem hosti patere aditum prospexerat, bracianam phalangem tendere edicit; ad sinistram vero, quae ad meridiem et ad occidentem vergebat, guilielminas, carolanas taurellanasque deinde et vermianas cohortes locat; quod autem agri inter vermianos bracianosque milites stationibus reliqui fuit, id ita paucis interjectis diebus novo copiarum adventu completur, ut nihil superesset circa oppidum spatii, quin in coronam militum tabernaculis occuparetur. Ex his autem equitum ductoribus, quos eo
Mur., 459 posteaquam ventum est, Fran'ciscus cum suis accersiverat, septem praecipue numerabantur,
c. 644 Franciscus scilicet, Americus' et Barnabos fratres sanctoseverinates, Jacobus Ursinus, Angelus Labellus, Floravantus perusinus, qui sub Philippo Maria duce meruerant; Antonius praeterea vintimilianus novissimus omnium recenti milite exercitui additus est, duabus etiam equestris ordinis cohortibus, quae ex familiari et domestica Philippi militia fuerant, quibus Georgius annonensis praeficiebatur, eodem fere tempore adjunctis; hos omnes praeter vintimilianum peditatum supra quatuor equitum milia duxisse in ea castra affirmabatur. Quo quidem supplemento non tam exercitus numero est auctus, quam militibus additus non

---

4-12. iturum. Haec posteaquam conquestus est, ex — 14. quod est *esp.* — 15. constatque *esp.* — 25. ducem adduxerat — 28. ponerent — 29. dimensus *inv. di* metitus - portis *esp.* — 30. ipse *esp.* — 35. Bracianos tendere — 36. turmas *inv. di* cohortes

mediocriter animus. Firmatis igitur in coronam circa oppidum castris, Franciscus, quod hostes majoribus quam consueverant, itineribus appropinquare finibus intelligebat (nam longius illis per Cremonenses secus Olii ripam quam nostris in transadduanum agrum proficiscentibus iter fuerat) postridie collecto pro tempore propinquis ex oppidis non exiguo fossorum numero, qua inclusi hostes eruptionibus milites faciendis stationibus occupatos turbabant fatigabantque, vias intercidere et materie obstruere, castra item a duobus maxime apertis lateribus, de quibus supra diximus, fossa et aggere magno studio munire aggreditur. Via est a Caravagio recta' ad Forum Novum vicum ducens; inter vicum autem ipsum et novissimas c. 645 pedestris manus stationes pari fere intervallo fossa erat perpetua, tutelae causa quondam circa oppidum facta vetustate et negligentia magna ex parte ad summum aequata; sed forte ibi ad dexteram meridiem versus progrediens, adeo erat veprium plena, ut nisi vadis quibusdam transiri non posset. Hanc Franciscus opportune nactus, quadrigentos circiter in longitudinem passus non multo opere inaccessibilem continuo effecit; deinde via praerupta atque interclusa, quae a latere utroque, praetermissis etiam ad dexteram vici aedificiis, ad silvestria et palustria proxima quaedam loca intransmeabili fossa extruebatur; in ea ipsa, de qua praediximus, fossa, ubi planities erat satis patens, pontem fieri repagulisque ita obstrui jubet, ut pro tempore et claudi et reserari celeriter posset. Haec illa sane munitio fuit, quae postremo non universo modo exercitui summo in discrimine versanti salutem attulit, sed maximam ac memorabilem non solum nostris quidem, sed posteris etiam temporibus paulo momento victoriam praebuit et sfortianae porro domui, cum excellenti illa Francisci virtute conjuncta, quemadmodum ex successu ac serie rerum facile perspici potest, magni principatus' dignitatem atque gloriam peperit. Nec id minus castrorum latus, quod ad septemtrionalem c. 646 vergebat plagam, cum a reliquis partibus proximis ac frequentibus Transadduanorum oppidis tuta redderentur, fossa et aggere munire contendebat. Dum haec summa festinatione apud Caravagium geruntur, fit triduo posteaquam eo ventum est, quod fuit ad kalendas augustas, Franciscus prima luce ab exploratoribus certior factus, hostes copiis omnibus jam ad Morengum, quod a castris quatuor passuum millibus aberat, adventare coepisse. Quae re nuntiata, ar'mato confestim exercitu, relictis pro portis oppidi praesidiis Mur., 460 longo turmarum ordine eo consilio atque animo in hostes educit, ut vel in ipsa castrorum locatione, ubi nullus plerumque pugnandi ordo servari solet, proelio collatis signis decertaret, vel si forte ipsi pugnam renuentes eo se fossae munimento continerent, quae inter Bergomenses Transadduanosque agrorum dividendorum causa longo olim spatio fuerat exstructa, quam et in hodiernum usque diem Bergomensem Fossam appellant, illos suis castris hospitio procul arceret. Sed nondum praecursores ad eam fossam pervenerant, cum ei renuntiaretur, jam Morengum hostes praeterisse et ad fossam eandem primum eorum agmen appulisse. Qua re nec mora nostri pugna pedestri eos lacessere coeperunt; sub'secutis deinde calippis levis armaturae c. 647 equitibus, committitur fossa tenus proelium equestre atrox, quod ex altero fossae labro sagittariis tela conjicientibus nostris acriter caederentur. Ob id nostris equitibus discurrendo defatigatis equisque aut interemptis aut vulnere confectis, duos Franciscus cohortes ex delecto ex singulis totius exercitus turmis equite coactos, quos stationarios nominabant, eo immittit iisque Picininus junior, pugnandi avidus, impetrata precario ab imperatore licentia, adjungitur. Dum sic parva utrimque manu inter virgulta pugnatur, vox frequens per ordines exoritur, quamplures ex hostibus cohortes per Forum Novum iter ad oppidum facere confirmaturque a novissimo agmine venientibus nuntiis, eas illo maturare; Franciscus id veritus, quod nullum munitioni ei, de qua obsidionis initio mentionem fecimus, praesidium reliquisset, cum hostes nequaquam bipartita tam longo intervallo acie dimicaturos existimaret, extemplo alteri Picinino seniori mandat, cui primum ex ducibus eo die cum suis ineundae pugnae munus obvenerat, ut hostes ad suum usque reditum levi proelio distineret; et quoad fieri

8. vicum *esp.* — 11-12. nisi paucis locis transiri posset — 26. factus *esp.* — 36. calippis *esp.* — 39. ordines *invece di* cohortes

posset, citra fossae munimenta aequum in campum trahere conaretur, et quia hominis et virtuti et fidei parum confidere poterat, Dulcium comitem, virum sane fortem, impigrum et *c. 648* belli scientissimum illi socium et pugnantibus modera'torem adhibuit. Deinde dum ad postremum agmen celeriter contendit et si quid ex itinere apud cohortes minus composite et praeter jussa factum videt, acri voce castigat et moderatur; dumque milites forti esse animo hortatur et ad rem strenue, ubi opus sit facto gerendam admonet, plures eodem tempore a Michaële in proeliantes nostros equitum turmae, quas Guido Rango mutinensis ex hostium ducibus non postremus ducebat, immittuntur, quibus alias, pugna paulisper conserta, integras succedere jubebat. Ex quo equites nostri, cum et numero premerentur et longo labore nulla ope subministrata superarentur, ad Franciscum Picininum, qui ad duplicem teli jactum a certamine procul steterat, mittunt petitum auxilium, quod etsi ad proelium paratus stabat exercitus omnis, tamen nemo erat ex instituta a Francisco lege, qui injussus ingredi pugnam auderet. At ille nedum vinci, sed vincere quoque veritus, quod et suam simul cum ceteris MUR., 461 perniciem ac victorem Franciscum, cujus vir'tus et gloria, uti demonstratum est, et semper Bracianis suspecta fuit et formidolosa, propemodum perhorresceret, velle se potius militum numero minui quam augeri proelium per tubicinem laborantibus respondit et ob id sibi *c. 649 L. 1* pugna protinus excederent, mandare. Quo responso Picininus fratrer quam graviter per'turbatus, iterum fratri renuntiari jubet, se hostium multitudine non superari modo, sed obrui et nisi proximum velociter subsidium dimittat neque se sustinere amplius, neque sine detrimento ex confertissima hostium acie dissolvere posse; is nec considerato fratris sociorumque periculo, eandem ei et Dulcio orationem referri imperat. Quod cum ex suis plerique audissent, qui armati hastasque manu ad femur tenentes aderant, rem sane indignam et perpetuae ignominiae notam subire omnes dicere singuli coeperunt, si fratrem frater, si ducem milites ab hostibus ante oculos circumveniri capique paterentur; proinde eum orare, ut sibi ire in proelium et laborantibus succurrere liceat. Nec ob id tamen ille sententiam mutat, quinetiam loco rursus neminem discedere mandat. Dulcius eo praecepto, quod a Francisco proficisci credebat, cum per eum praesertim enuntiaretur, quem ex ipsius tubicinum numero cognoverat, proelium non multo labore languidius ingruentibus hostibus diremit; nam Michaël, cum omnem paene venetam aciem, sicut in locandis castris saepe accidere solet, impedimentis a tergo implicitam intelligeret, quod equitatus in fronte expeditum habuit, id hostibus opposuit et, ne fossa a nostris superetur, summo studio summisque viribus conabatur, et ob id haud longe suos hostem urgendo progredi sinebat. At Franciscus ad novissimum agmen' *c. 650* profectus, quod praetoria nondum tentoria praeterierat, falso de hostibus a tergo conclamatum comperit; Vermioque ibi relicto, cui mandarat, ut si quid ea hostes conarentur, conversis in eos cohortis proximis, acriter confligeret, cum tanto maxime equitatu abundarent, ut et a fronte et a tergo magnis viribus confligere possent, celeriter unde erat digressus, equis pluribus commutatis, revertitur, nam tantum soli a turma postrema usque ad eum locum, ubi pugnari coeptum erat, acie mediocribus inter se disjuncta spatiis, ne proeliando alteri alter impedimento esset, occupabatur, quod tribus amplius passuum millibus contineri aestimabatur et admiranti, cur se absente proelio discessum esset, quod in suo reditu, impetum in hostes facere et fossa, qua se tenerent, si vi transire posset, tentare statuisset, cum haud difficile futurum arbitraretur, quandoquidem eos impedimentis sarcinisque impeditos cognovisset, responsum est Picinini jussu, quem proelio praefecisset, id esse factum, et cum omnibus, se insciente, castra repetentibus plurimum ipse quereretur, quod oblata tam oppurtuni temporis profligandi hostis occasio vano suorum sive metu sive consilio e manibus eriperetur Dulcioque graviter praeter ceteros succenseret, quod trepidantibus et a tergo paene fugatis hostibus se colligendi facultatem dedisset et alieno imperio proelium diremisset et

---

2. parum confidebat, Dulcium - sane fortem — 16. sibi *esp.* — 19. proximum *esp.* - mittat — 21. eadem - orationem *esp.* - ex suis *esp.* — 25. liceret — 26. rursus *esp.* - discedere permittit — 35. turmis *invece di* cohortis — 37. cohorte *invece di* turma

ille admirans' et quasi subiratus, non alieno sed suo jussu invitum pugna excessisse asser- c. 651 L 2 veraret, tum manifesto cognita est Picinini fallacia et im'prudentia nuntii, qui quod sibi a Mur., 462 Francisco jussum non fuerat, pro jussu retulisset. Nam et pugnando et post pugnam ex perfugis compertum est, omnia apud hostes tumultuarie agi et terrore commisceri, omnes non in armis atque viribus, sed in fuga salutem ponere et plerosque jam impedimenta et quod carum haberent trans Olium mittere coepisse et in tanta adeo trepidatione versari, ut si a fronte repulsi paulisper premerentur, actum eo die fuisset de veneto exercitu, cum non multo negotio in fugam territi conjicerentur. Quod cum ita esset et jam multum ad meridiem sol processisset et nisi summa loci et temporis iniquitate redintegrari proelium non posset, redire in stationes copias omnes Franciscus jubet et Picinini ignaviam atque perfidiam, quasi re bene gesta dissimulando, equo fert animo. Hostes autem maximo liberati metu atque periculo, quorum pars arrepta fuga, ut demonstratum est, Olium jam in Brixianos transierat inter Morengum et bergomensem Fossam, ut coeperant, castra locant et ingenti celeritate novo se aggere munire contendunt. Ceterum Franciscus tam propinquis hostibus duo maxime castrorum latera, quae, ut ostendimus, ad septemtrionem' et orientem et ad Veneto- c. 652 rum castra versa erant, munienda prius quam oppugnandum sibi oppidum ratus, magnum ubique fossorum numerum a Mediolanensibus cogendum iudicat et ad se celeriter mittendum deposcit et plurium insuper dierum pabulum, cujus magna per loca erat copia, equites convectum habeant, ne saepius ob eam causam castra nudarentur, edicit; deinde a Foro Novo initium capiens, hoc genus munitionis instituit: fossam juxta id nemus, de quo supra mentionem fecimus, palustre quidem, sed multis pervium locis et hostium castris proximum millia passuum quatuor in circuitu effodiendam et aqua complendam curat, quae duo tantummodo castrorum latera attingebat; huic aggerem pluribus interjectis turribus pedum in altitudinem duodecim addit, ut si fossa trajicerentur, ascensum hostibus tardaret; hunc etiam vallo pluteis pinnisque ligno et cespite factis ita desuper exornat, ut oppidi muri instar videretur. Hoc tantum operis, quod necessario complexus erat, quamquam dies atque noctes operarios ipse fatigabat, tamen propter illorum paucitatem aegrius quam volebat quamque res postulabat, instruebatur et ob id, quo celerius supplementa mitterentur, Mediolanenses solicitare non desinebat; interim ne opus intermitteretur, quamplurimos ex propinquis oppidis fossores quotidiana mercede suo sumptu conducit. Hostes contra, quoad' Mediolanensium c. 653 L 3 castris, propius munimentis fossarum aggerumque oppositis, sua castra pedetentim admovere valeant, ut spem auxilii obsessis praebeant et timorem adversariis incutiant, ne oppugnare oppidum aggrederentur, nullo intermisso tempore concertare coeperunt; magno enim fossorum coacto numero, bergomensi fossa quingentos circiter passus praetermissa, aliam ingenti per noctem celeritate eduxere moxque inter utramque peditatum omnem et equitatus partem praesidio disposuere. Quod ubi Franciscus animadvertit, arbitratus id quod hostibus erat in animo, ne instituta sine controversia sub oculis munitio conficeretur, la'cessere ei operi desti- Mur., 463 natos constituit. Itaque vesperi, Venetorum oculos sole percutiente, proelium committitur utrimque in ea planicie, quae ante novam hostium fossam patebat, acerrimum et prae pilulariorum multitudine, qui nuper e Mediolano venerant, teterrimum; quorum quidem pilulariorum fumi in nubem coacti ita aëra obscurabant, ut pugnantes alter alterum cernere non possent. Qua re multi ex hostibus cecidere, plures vulneribus confecti proelio cessere; sed post, ubi aliquamdiu dubia victoria pugnatum est, venetae cohortes, quas Michaël, Guidone duce, eduxerat, repulsae, plerisque interceptis equitibus, in interiores munitiones sese receperunt, nostris, quos fossa tarda'verat eas insequi non audentibus. Quam quidem fossam c. 654 cum vi sagittariorum, nudato defensoribus aggere, quem ei fossae hostes adjecerant, impetu

1-2. " Non alieno, inquit, sed tuo iussu invitus pugna excessi „, tum — 8. multum *esp.* — 10. in castra copias — 11. autem *esp.* — 12. Brixienses — 15. ac *invece di* et ad — 17. ubique *esp.* - *già* imperandum *inv. di* cogendum; *questo e quello esp. con* iudicat *esp.*; imperandum *fu poi sostituito da* cogendum *e questo pure poi esp.* — — 42-43. sed .... est *esp.* — 43. postremo omnes turmae quas

facto, superassent, continuo est in hostium stationes penetratum; quibus direptis atque incensis, ubi nihil praeter tegmenta inventum est, discursionibusque ad secundas usque castrorum munitiones factis, majus aliud cum his proelium instauratur, qui pro castrorum portis summo robore constiterant. Franciscus autem, posteaquam tenebris jam factis in reliquas munitiones minus irrumpi posse videt, receptui canere jussit copiasque in castra non sine magno hostium detrimento et ignominia ad multam noctem incolumes reduxit; nam in ea pugna, ut ostendimus, magna fuerat in Venetorum milites equitesque caedes facta, multa multis illata vulnera et, eorum spectante armato exercitu, expugnata deletaque munitio. Inter ceteros autem, qui eo die proelio conserendo egregie operam navarunt, Robertus sanctoseverinas et Antonellus cornetanus praecipue iudicati sunt, quippe qui semper primos inter dimicatores pugnando versantes, ille militis et ducis, hic militis munus fortissime obierint, et pilulariorum mediolanensium manus equitibus intermixta ita acriter in hostes contorsit, ut singulare suae virtutis experimentum praebuerit et ingentem hostibus terrorem injecerit.

c. 655 L 4 Veneti hoc novo totque' superioribus acceptis incommodis majore quam antea ad belli studia animo incensi, ita sibi conandum censent, ne cum longe opibus et belli gloria Mediolanenses antecellere existimarentur, iis novo ac prope nutanti adhuc imperio, impensae parcendo caedere viderentur; hortabatur ad id quoque eos illa maxime res, quod intelligebant Mediolanenses ipsos et propter pecuniae inopiam et intestinas inter eos domi dissensiones et militiae inter duces aemulationes atque discordias, neque diutius belli ejus impensam perlaturos, neque exercitum per autumni etiam tempus simul in castris continere posse. Itaque summa celeritate magnum ex Dalmatia sagittariorum numerum accersunt magnamque ex Germania pilulariorum manum conducunt, unde nostra etiam memoria hoc bellici instrumenti habuit initium; praeterea equos, arma undique comparare, in castra militibus distribuenda submittere et fossorum numerum augere die noctuque non desistunt. Brixianis Bergomensibusque praeterea non parvum armatorum numerum hominum delectum imperant, nec quicquam, quod et ad alendum exercitum et ad vincendum pertinere arbitrarentur, praeter' mittunt aut intemptatum relinquunt. Eo proelio facto ac paucis post interjectis diebus, hostes
Mur., 464 rursus fossam aggeremque, quos, ut ostendimus, nostri deleverant, per silentia noctis tanta
c. 656 celeritate et' altitudine instaurant, ut facile paucis defensoribus defendi possent. Quod ubi cognovit Franciscus, haud eo opere pellere hostem posse ratus, aliam contra et ipse fossam atque aggerem quadringentos circiter passus ab ea fossa, quam paulo ante instituerat, faciendam imperat; portam, qua in eam planiciem, de qua supra dictum est, erumpebatur, propugnaculo adjecto, miro artificio aedificandam designat; turrim insuper munitioni ipsi trabe humo fasce tabulatis quinque excitandam addit, quam tantum in altitudinem sursum erexit, ut cuncta fere Venetorum castra uno exinde prospectu detegerentur. Interim, dum haec aguntur, equestria fere quotidie proelia per eos campos conserebantur, qui inter bina castra intercedebant; quae et si levia singula videbantur, gravis tamen inde equorum strages gravisque militum jactura hostibus in dies inferebatur; faciebat enim sfortianorum peditum alacritas eximiaque virtus et pilulariorum multitudo, quorum ope equites dimicando maxime utebantur, ut, veneto equitatu saepe repulso, eorum permulti transfossis equis in terram prolapsi aut caperentur, aut pedibus in castra reverterentur. Ceterum munitione ea, quam instaurasse hostes ostendimus, perfecta, tertiam de integro fossam eodem fere intervallo a secunda distantem ineunt, quo proxima ab priore distabat, et summa festinatione perfici co-
c. 657 L 5 nantur; huic etiam' hostilis e regione, structae munitionis instar, ante portas propugnaculum adjungunt moxque peditatum huc omnem duces admovent equitatumque inter primam et

3. cum his *posposto a* instauratur — 6-7. ut ostendimus, equitesque *esp.* — 9. proelio conserendo *esp.* — 10. laudati sunt quippe quod semper — 11. fortissime functus et — 16. antecellant - existimarentur *esp.* — 18. ipsos *esp.* — 19-20. perferre, neque — 24. Brixiensibus — 25. insuper *invece di* praeterea - numerum *esp.* — 27. aut.... facto *esp.* - hostes *esp.* — 28. quae ut — 34. sursum *esp.* — 35-36. dum.... aguntur *esp.* — 41-42. instaurasse hostes *esp.* — 43. quo.... distabat *esp.* — 43-44. festinatione dies noctesque construunt P

secundam munitionem considere jubent. Quas ob res ita factum est, ut ea ipsa, de qua supra diximus, planicies decem et octingentos passus omnino in latitudinem pateret, quae et ab inferiore parte eodem nemore, de quo mentionem fecimus, et a superiore fossis quibusdam vetustissimis, quas tam nostrae quam hostiles munitiones attingebant, claudebatur. Hic quamquam antea levibus saepe proeliis certabatur, crebrius tamen deinceps et majoribus interdum copiis pugnare utraque acies coepit; nullus enim praeteribat dies, quin ob castrorum propinquitatem aut equestre aut pedestre aliquod proelium iniretur; si qua ab altero exercitus duce e castris cohors ad lacessendum hostem educebatur, pugna ab altero non detrectabatur et ob id dimicabatur utrimque acriter ancipiti proelio; nam ubi alter suam inclinare aciem videbat, integros confestim laxans auxilio laborantibus submittebat, et cum idem faceret adversarius, proelium persaepe majore militum numero, quam ipsi duces vellent, augebatur, et nunc hostes, nunc nostri cedentes ita aliquando premebantur, ut in ipsas prope munitiones repellerentur atque ex aggere turribusque in hostes tela conjicerentur. Ex quo maxima fiebat equorum' caedes, et qui peditatu, quo nostri fere semper praevalebant, inferior *c. 658* erat, is majore incommodo afficiebatur deteriusque habebat; interdiu autem, nam haec, quae demonstravimus, vel mane vel vesperi fieri solebant, pedestris saepe pugna lacessebatur et, Mur., 465 ubi milites pugna defessi erant, induciis factis ad umbram quietis causa consedebant et rursus, pugna indicta, jaculis, hastis telisque eminus contendebant. Quod, etsi venetis legatis minime placebat et hostilia ob id colloquia vetabant, non desistebatur tamen, quin saepissime, depositis armis, hostis hostem adiret, salutaret colloquereturque deinde familiariter, et neminem ferme in Venetorum castris militem esse dicerent, qui Franciscum Sfortiam, velut lumen et optimum militiae patrem, a quoquam superari profligarique vellet pro hujusmodi praesertim rebuspublicis bellum gerente, quae cum neque beneficiis, neque amicitiae memoria moverentur, pro praemiis aut verba, aut terga, aut abeundi potestatem iis dare solent, quorum opera et labore vicissent. Et ad id demum diuturna ac frequens inter duos exercitus contentio deducta est, ut si quis cum hoste telum commutare optabat, ubi in campum prodibat, mox esset suo satisfactum desiderio et, si quis item vel audacia vel inani quadam' ostentatione virtutis, vel odio ex hostibus aliquem singulare in certamen infestis *c. 659* hastis peracutisque cuspidibus ultro provocabat, extemplo inveniretur, qui ei venia a summo impetrata duce, re alacriter responderet animusque, ut plerisque accidit, acceptis illatisque vulneribus utrique expleretur. Interim cum suas uterque exercitus munitiones conficere summa festinatione contenderet, hostes quod magna operariorum copia, ut demonstratum est, abundabant, nostros aedificandi celeritate superabant. Qua re iis, quas instituerant, munitionibus pro voluntate perductis, aliam item fossam a superiore parte, quae ad aquilonem spectabat, inire coeperunt, qua etiam propius Mediolanensium castris appropinquare possent; sed nostris die noctuque prohibentibus, coepto ab opere, quod non sine magna contentione solo aequatum est, destitere. Quo irrito conatu munitiones, quas novissime exstruxerant multis velut urbem bombardulis colubrinisque, quibus hostes longius inde submoveant, communiunt quatuorque praeterea intus molis magnae tormentis loco aedito dispositis intra munitiones nostras quotidie lapides contorquent, atque iis rebus terrere milites, et ab ea parte castra nudare summa vi conantur. Ob id Franciscus, ne munitiones destituerentur stationesque militum' offenderentur, ita providit: aggerem, quem initio contra hostium castra instituerat, *c. 660* multo majorem in altitudinem quam antea esset, omnibus posthabitis operibus educendum curat eique munitioni praeter ceteros, qui singulis diebus et singulis noctibus custodiendae ejus causa imperabantur, certum militum numerum ex omni exercitu delectum praesidio adjungit; huic Moretum ob fidem et solertiam in se perspectam praeficit. Ejus praesidii stationes singulas reliquis, quas in ea castrorum regione milites firmaverant, locis commutatis longoque locorum intervallo abditis aggerum parietibus in longitudinem admoveri perdenso-

2. *già tra* omnino *e* in, *ma esp. dallo stesso amanuense*, castra movet in — 10. laxans *esp.* — 20. deinde *esp.* — 21. erant qui neminem — 44. diebus et singulis *esp.* — 46. in se perspectam *esp.*

que ordine disponi jubet. Dum sic summis utrimque viribus contenditur, multi ex nostris cadebant, quorum in numero Bernardinum urbeveteranum, non obscuro loco natum, moMur., 466 rientem Franciscus vidit, quem cum ab adolescentia apud se multos annos' meruisset, sagittariis praefecerat; at dum infelix hostes novissimam, ut ostendimus, fossam effodere conantes prohibet, in adversam frontem sagitta ictus paucis post diebus vita excessit. Tulit sane ejus viri desiderium Franciscus aegerrime, quippe qui illum ob ejus mite ingenium egregiamque in se fidem unice diligebat et non tam in rebus publicis illius opera quam communicandis consiliis consuetudine familiarissime utebatur. Picininus praeterea minor cum c. 661 se inter confertissimos' hostes valida equitum manu stipatum injecisset ejusque illi fortiter impetum sustinuissent, in latus graviter hasta trajicitur, quo vulnere cum de ejus salute plurimum dubitaretur, Trivilium lectica delatus est. Sed plures tamen ex hostibus perisse in dies comperiebatur, adeo ut plerosque peditum praefectos bis fere iisdem castris milites renovare oportuerit; inter ceteros autem praestantes sfortianae militiae viros, quorum non parvus erat numerus. Id de se Cornetanus, quem supra nominavimus, in his proeliis experimentum praestitit, ut magnam non tam apud nostros, quam apud hostes laudem sibi comparaverit; auxit namque illa res maxime ejus viri famam, quod cum ei a Francisco praecipue indulgeretur, ut praetermissis exercitus institutis in certamen prodiret, is quoties equestri proelio pugnabatur, semper alacris manuque promptus aderat et cum aurata bovis cornua in casside pro crista ferens, huc atque illuc emicaret, primos inter pugnantes conspiciebatur; urgebat caedebatque hostes ita acriter, ut saepe spectantes socii ejus exemplo accensis animis enixius in pugnam concitarentur.

Inter assiduas duorum potentissimorum exercituum contentiones et tot tantosque tumultus et in tanta belli summa, quae tota soli Francisco incumbebat, multa etiam ac varia quotidie occurrebant, quae non mediocriter illius animum exagitabant eique non minus solic. 662 citudinis' quam hostes ipsi afferebant. Erat in primis in Mediolanensium castris ob non soluta diu militibus stipendia gravis omnium fere rerum egestas; quibus rebus exercitus in dies minui, milites quod bello gerendo eorum erat partis languidius agere, praefectorum jussis minus obtemperare, Karolus Gonzaga et Aloisius Vermius et Vintimilianus praecipue quotidianis Franciscum querelis, ut sibi suis copiis ejus voluntate castris excedere liceret, obtundere; aemulationes vero, odia, suspiciones atque dissensiones, quae jam Mediolani inter cives et in exercitu inter duces vigere commemoravimus, majorem in modum excreverant. In Venetorum autem castris contra summa omnium rerum, quae bello usui erant, ubertas; exercitus non minus transfugis, quam conducto ac evocato undique milite augeri, omnes praeceptis audire; ducum summa consensio et quisque sine querela, quo rem laude dignam et senatui veneto gratam efficeret, magno studio contendere; mittebantur praeterea a Mediolanensibus crebrae in castra ad Franciscum legationes, quarum aliae admirari suam civitatem et plurimum dolere dicebant, quod cum tamdiu tantus exercitus ad Caravagium consedisset, nondum oppidum esset oppugnari coeptum; aliae item nimiae eum morae accuMur., 467 c. 663 santes instabant, ut ce'teris postpositis rebus' ad obtinendum id oppidum incumberet, propterea quod mediolanensis populus summa pecuniae inopia pressus, haud multos dies tantos belli sumptus sustinere poterat; neque tanti etiam aderat frumentarii commeatus exercitui suppeditandi facultas. Habebant ad id quoque Mediolanenses Picininos fratres subdola mente incitatores, qui demonstrare secreto legatis innitebantur, non bono Franciscum erga Mediolanenses esse animo, quippe qui longo eos sumptu labefactari et bello diu impeditos distineri studeret, quo facilius in suam aliquando potestatem redigeret: nam si voluisset, oppidum jam recepisset, sed operum simulatione rem ex die in diem ducere conari. Ad haec Franciscus, quae velut absurda et nullo temperamento dicta graviter ejus animum offendebant, ita singulari prudentia et patientia sua satisfaciebat; facile Mediolanenses existimare posse

4. ut ostendimus *esp.* — 6. quem *invece di* quippe qui illum — 28. Gonzaga, Aloisius *esp.*

eo tempore ex amicorum numero esse neminem, qui aut vincere quam ipse magis optet, aut vinci magis timeat, cum plus inde praemii se habiturum speret et multo plus detrimenti accepturum prospiciat; proinde longe eos errare, qui secus vel suaderent vel crederent quam id se conari conaturumque summo studio, ut illud assequi et hoc evitare possit; non visum esse sibi tam finitimis hostibus prius Caravagium oppugnandum quam validis castra fossis aggeribusque, ubi munitione magis egeant, circumvallasset seque, si ea fossorum copia, ut in tanta rei magnitudine oportuerat utque ipse assidue institerat, affuisset, quod de muniendis castris instituerat, confe'cisse oppidumque machinis aggredi coepisse atque ex ea re facile, c. 664 qui recte intelligerent, judicare posse se atque exercitum ea omnino culpa vacare, qua Mediolani inique damnabantur, quin damnantes prius eodem crimine damnandos; ostendebat deinde legatis, cum in castra adveniebant, et operum magnitudinem et hostium vicinitatem ducebatque eos studio, ubi acies certare solebant, et eo usque, ut non solum quae utrimque fiebant, intuerentur, sed et terga nonnumquam dare et se post aggeres abdere sibi esset necesse. Ex quo haud aliter fieri posse, quam Franciscus de munitionibus statuisset, palam praedicabant. Multaque praeterea de gravi exercitus inopia deque nulla seu parva ducum inter sese fide atque in omnibus paene gerendis rebus discordia commemorabat. Quae res etsi perniciosae erant semper in castris, perniciosissimae tamen eo ipso tempore tam propinquis hostibus judicari poterant, cum non minorem sibi laborem atque rebus praesentibus periculum quam hostes afferrent; habere postremo Mediolanenses dicebat plures in eorum castris duces et rebus gestis et belli usu claros; quorum operam atque virtutem, si quis haec pro ipsorum Republica maturius meliusque agere confideret, poterant experiri; cui ne invito quidem animo se et imperandi, quam ipse habeat, potestatem traditurum et cunctis in rebus, etiam si diebus singulis pabulatoribus praesidio esse jusserit, obtemperaturum pollicebatur.

Post quintum et trigesimum' diem, quo eo ventum est, munitionibus ubique perfectis, c. 665 Franciscus Caravagium tormentis quatuor cuniculisque pluribus, 'quibus in fossam irrumpe- Mur., 468 batur, oppugnare summa vi coepit. Interim venetis ducibus, ne id pereat oppidum, consilia quaeque excogitantibus Tibertus Brandolinus, ex iis unus audax in primis et ingenio versutus callensque longo usu, cum omnia praeter ceteros perscrutaretur, ut aliquod inclusorum saluti remedium sua opera praestari possit, hac usus est arte, gregarium se simulat militem et incognita sordidaque veste per id nemoris iter facit, de quo supra saepe mentionem fecimus, et dum vias aditusque per silvam circumspicit, eo usque pervenit, ut non longe a Mozanica abesset, ubi cum multos ex nostris pabulantes reperisset, duos uvarum manipulos facit et ab utroque fustis vertice pampinis pendentes humeris portans, ignotus hostis notos inter hostes velut amicus vadit et castrorum munitiones ingreditur. At cum ad Forum Novum appulisset et haud procul ejus vici aedificia praetergressus, magnifica Francisci tentoria, frequentes sfortianae phalangis stationes et campos, qui ab ea parte erant, ad oppidum usque patere vidisset, deposita sarcina, restitit et, perlustratis circumquaque exploratisque iis, quae negotio conducere videbantur, reversus ita legatis ac ducibus quibusdam refert, invenisse viam, qua facile non obsessis modo pereuntibus succurrere, sed obsidentes' sine c. 666 periculo invadere fugareque possent, occultum liberumque per silvam palustribus quibusdam locis, trabe crateque aequatis, ad Forum usque Novum iter fore; hostiles castrorum munitiones, quae intercederent, vi stratorum facta, hostibus etiam ignorantibus, cum nullae ea custodiae fierent, parvo momento deleri suisque aditum cohortibus aperiri posse. Inter eum autem Vicum et Caravagium nihil esse, quod obstaret; prata primum aequosque deinde campos militum tabernaculis tantummodo occupatos eosque lata ad oppidum via divisos intercedere, nam ea fossa, de qua initio diximus, vepribus prospectum impedientibus non animadversa, quod non vidisset, pro viso referebat. Quod cum intellexissent legati, placuit mirum

---

12. certare consuescerent, et — 29. callensque .... usu *esp.* — 30. hac .... arte *esp.* — 39. ita, quibusdam *esp.*

in modum eis et ducibus, quibus id consilii aperuerat, et spem ferendi Caravaginis auxilii attulit non mediocrem; ceterum non multis interjectis diebus, posteaquam coeptum est oppugnari oppidum, ita sunt vi tormentorum excisa ad solum moenia, ita fossa murorum ruina repleta, ut dubitandum non videretur, quin facile primo impetu expugnari posset. Quare incredibilis poene timor hostium mentes occupat et non minus pugnae eventus Francisci animum quatit, quippe quod obsessi, desperata omni spe subsidii, ne in praedam ruant, veneti duces, ne amisso Caravagio omnis impetus hostium in se convertatur, vehementer timebant, nam ad id utrorumque' exercituum propter vicinitatem res devenerat eaque omnibus erat opinio, ut inde alter sine alterius pernicie discedere non posset. Franciscus, ne si oppidum expugnet, cladem ipse sibimet pariat, plurimum verebatur, quod etsi communicato saepe eadem de causa consilio, ita exercitum dividebat, ut pars expugnationi ei, pars tuendis adversus hostem munitionibus intenderet statuebatque etiam miles quisque praedae particeps fieret, ut ea spe freti, qui defendendis castris destinati essent, 'liberiore constantioreque animo demandatum munus obirent. Tamen cognita imperitae multitudinis imprudentia et insatiabili prope militum avaricia, quod non multis ante diebus apud Casale Majus apertissime cognoverat, expugnationem tentare non audebat, dubitabat enim, ne capto oppido perlatoque de praeda eos inter milites rumore, qui munitionibus praesidio starent, neglecto lucri cupiditate omnium imperio, ab his loca sibi commissa in hostium faucibus deserta relinquerentur; proinde placere sibi magis vel metu obsessos vel obsidione, cum haud diu se sustinere posse arbitraretur, ad deditionem cogere quam armis vincere dicebat. Sed unum illud maxime eum vexabat, quod videre videbatur, si oppidi expugnationem diutius remoretur, se et a Mediolanensibus et a militum vulgo' non tam ignaviae quam perfidiae insimulatum iri. At dum has inter cogitationes difficultatesque versatur, affuit ei ex insperato fortuna; nam quod summopere appetebat, id ei attulit gravis et incognita inclusorum conditio, propterea quod Campanus, ubi se in extremo suae suorumque salutis periculo videt, missis ad Franciscum postulatis, de oppidi deditione agere coepit.

Interea Venetorum legati militumque duces in eam rerum difficultatem redactum esse Caravagium certiores facti, ut propediem in hostium manum esset deventurum, nisi quamprimum a Venetis subsidium afferretur, iniere concilium de ferenda obsessis ope. Quamobrem, cum in longa consultatione variae ac diversae consultantium sententiae in medium relatae essent, communi consilio decretum est, ut quod quisque sentiret, literarum memoriae mandaretur quo venetus senatus de cujusque opinione edoctus, quid gerendum foret, ipse decerneret. Itaque omnium primus Michaël Attendulus, qui, ut ostendimus, universo exercitui imperator praeerat, hujusmodi verbafecit: " *Videtur mihi sane optimum factu, ut hinc* " *Martinengum versus recedamus, ubi inter oppidum* (quod non inde octo amplius passuum " millibus aberat) *et Fossam* (quae ei oppido munimento erat) *castris positis, tam diu manen-* " *dum' sit, donec caravaginae obsidionis exitus videatur*; *quod, si oppidum diripiatur, ita* " *enim jussus erat a Venetis, Campanus, ut non prius id dederet oppidum quam futurum in-* " *telligeret, ut ab hostibus verteretur in praedam, ad non mediocrem accederet mediolanensis* " *exercitus perturbationem, nam praedae gratia is cum diverso genere militibus diversisque* " *animis constet, in eam esset facile dissensionem iturus, ut numquam amplius una futuri essent*; " *nos vero integris viribus instructi et ad pugnam parati facile omnia pro voluntate sumus* " *consecuturi* ". Deinde Ludovicus marchio mantuanus, qui ceteris dignitate praestabat, ita scriptis consuluit: " *Quantum mea fert opinio, ea via, qua sunt hostium castra, nullo* " *pacto possumus Caravagio auxilium ferre*; *via etiam, qua itur Trivillium, quantum oculis* " *datur perspicere, cum nulla nobis ea ex parte sit regionis cognitio, est admodum pericu-* " *losa, tum quia opus est iter facere inter eas hostium munitiones, quae inter Trivillium et Bri-* " *nianum sunt constitutae, tum etiam quod iter ipsum tanta est longitudine, ut cum a nostris*

6. quippe quod *esp.* — 10. oppidum expugnare contendat, cladem — 15. cupiditate *invece di* avaricia — 31-32. sentiret literis Venetias ad senatum perscriberet, quo senatus

“*ordinibus ad eam partem descensum esset, cogeremur castra haec deserere, quae hostis possit* Mur., 470 *pro voluntate a multis lateribus invadere; ex quo fieret, ut venetae rei salus maximo discrimine poneretur, quod Mediolanensibus potius esset relinquendum, quorum ditio et nova est* c. 670 *et male sibi ipsi consentiens. Accedit ad haec etiam quod inter Mediolanenses et comitem Franciscum nulla fides est, nulla fiducia, nec inter ipsos exercitus duces ulla concordia et rei pecuniariae penuria maxima; contra vero, cum senatus noster omni ex parte et antiquitate et opibus et animorum consensu quamoptime sit constitutus, cui et imperator ipse Michaël et ceteri duces milites que omnes non minus libenter parent, quam ipsi inter sese ad rem gerendam omni ex parte consentiunt. Praeterea, si hostes Caravagio etiam potiantur, non tamen tantum Venetorum imperium est ob rem non multi faciundam, tam magno discrimini objiciendum, quandoquidem ob eas, quas commemoravimus difficultates, consentaneum est, hostiles copias una diutius esse non posse. Itaque pro meo judicio castra mutanda sunt Mozanicam versus, quod quidem oppidum, si priusquam hostes senserint, a nobis occupetur, non mediocrem rebus nostris afferet utilitatem. Quae autem causae in id consilii me adducant, hae sunt: tum quod ubi Franciscus id senserit, operam dabit, ut aliquas ex ea parte munitiones faciat; id quod esset in causa, ut Caravagii expugnatio diutius tardaretur nobisque tempus esset ad resistendum; secundo autem loco verebitur hostis, ne ad Cremam copias* c. 671 M2 *traducamus. Quam si munire voluerit, ac firmam Mediolanensibus reddere, opus erit, ut magnum eorum numerum, quos suspectos habent, ex eo oppido ejiciant supra homines mille, qui nunc pro illis sunt. Id autem verisimillimum est, tantam vim prae se ferre, ut Franciscus aliud sit consilium initurus quam expugnationem Caravagii. Demum vero, si Caravagium etiam ipsum venerit in hostium potestatem, non tanti ea res ducenda est, quanti exercitus nostri incolumitas, qui sine maximo periculo hoc in loco manum cum hostibus conserere nunquam possit*„. Bartholomaeus autem Collio in hunc modum suam dixit sententiam: “*Nihil nobis esse magis hoc tempore studendum quam salutem veneti exercitus; quando Mediolanensium ductores non magis inter sese quam canes et feles conveniant, nec fieri ullo pacto posse, ut eorum copiae mensem una esse possint; praesertim cum inter ceterea incommoda ac difficultates ea quoque non minor habenda est, quod singulis diebus singuli panes a Mediolanensibus inter milites singillatim distribuebantur*„. Nicolaus dein Guererius hujusmodi per scripta consilium dedit: castra cum universo exercitu esse ad Trivillium movenda idque tum auctoritatis tum etiam securitatis gratia castrametandumque esse intra Trivillium et Brinianum. c. 672 Quod si fieret, foret et obsessis adjumento et hostili exercitui, ne aut res frumentaria, aut commeatus ullus a Mediolanensibus adveheretur, impedimento non parvo. Postremo Gentilis leonissanus, Robertus bodiensis, Tibertus Brandolinus, Caesar Martinengus, Guido Rango, Carolus Fortebracius Bracii perusini filius, Jacobus gotholanus una cum Christophoro tolentinate, quod essent praeter ceteros maxime studiosi venetae dignitatis a divo Marco evangelista Marciani appellati, una eademque sententia voluerunt, ut Tibertus quid octo ductores ipsi sentirent solus exponeret. Qui et prolixa et ornata oratione suadebat, ut Caravagio auxilium ferretur ejusque saluti vel ob eam potissimum rem consuleretur, ne urbs Mur., 471 Laudis, ob Caravagii captivitatem in desperationem adducta, sese hostibus traderet, quod esset venetae reipublicae non mediocri dedecori atque detrimento addiditque id auxilii facillimum fore, cum haberent iter et excogitatum et tutum non solum ad invadenda hostium castra, sed ad exercitum ipsum penitus delendum. Quae quidem omnium sententiae, cum a venetis legatis, qui duo erant in exercitu, Hermolao Donato, magno animo viro, et Gerardo Dandalo, ad senatum missae essent, ea sola est approbata quae ab octo iis marcianis dicta c. 673 M3 esset. Itaque potestas legatis concessa est, ut eam exsequerentur tempusque ac modum deligerent, quem iidem octo, quibuscum veneti legati, tanquam eorum senatui fidelioribus, privata consilia habebant, daturi essent. Quo circa diem tempusque ad invadendos hostes,

2-3. salus maximum in discrimen adduceretur, quod — 4. etiam *esp.* — 5. nulla fiducia *esp.* — 6. cum *esp.* — 12. movenda *invece di* mutanda — 29. distribuantur

ignorantibus ceteris, inter sese constituunt, ad septimum decimum kalendas octobres, sub octavo quadragesimo quadringentesimo et millesimo Dominicae nativitatis anno, factoque per silvam et palustria loca, quae Tibertus, ut supra diximus, providerat, secreto celeriterque itinere armari exercitum legati jubent. Collionem cum peditatus equitatusque parte, cui quid facturi essent, ostenderant, munitionibus praesidio esse mandant eo imperio, ut quam crebris tormentorum ictibus hostilia castra turbare pugnaque pedestri, qua certari solitum erat, lacessere non desineret; deinde re cum Michaële, Ludovico et ductoribus reliquis, quos adhuc id latuerat consilii communicata, copias omnes praeter eas, quas cum Collione reliquerant, paulo ante meridiem, quae prandii erat hora, e castris educunt et per stratum iter, c. [illegible] instructa acie collatisque signis, Leonissano et Roberto et Tiberto ducibus atque' moderatoribus, ire contendunt. De hoc repentino hostium motu, cum fieret crebris Moreti nuntiis Franciscus certior, mittit Conradum fratrem et Robertum sororis filium cum cohortibus quatuor et toto peditatu, ut Moreto adjuncti munitionibus praesidio sint, jubetque praeterea Bracianos, qui non procul a Moreto ipso tendebant, in armis esse et reliquos per castra equites ephippiatos penes se habere equos et, excepto thorace, cetera induere arma et stationibus ne discedant iussi, quo primo dicto in acie praesto esse possint. At dum multo iam die inter discumbendum de Campani postulatis agit destinatque Cichum Simonetam, cui secreta sua maxime credebat resque grandes conficiendas mandabat, qui cum eo transigeret, ut oppido equisque omnibus, quos posteaquam eo venerat, intercepisset, relictis postero die ceteris suis suorumque rebus incolumibus, ei ad suos liceret abire, ab exploratoribus duobus, qui haud multo temporis spatio ad eum divisim venerant, cognoscit hostem totis castris Mozanicam versus properare. His nuntiis credita re, mittitur statim qui eos revocet, qui in eandem partem pabulatum ierant, et Donato mediolanensi, qui quorsum hostes tendant cognoscat nuntiisque celeriter edoceat.

c. 675 M4 Mur., 472 Interim contendebatur inter' nonnullos ex iis, qui aderant, ducibus, quo consilio du'cti hostes meridiana jam hora moverent; nam alii non expectata Caravagii deditione eos fugere, alii Mozanicam vel oppugnatum, vel circumsessum proficisci arbitrabantur; Franciscus autem longe secus sentiens, neutram se credere dicebat, cum et copiarum partem castris praesidio et immotas suis locis stationes reliquissent. His dictis, armari exercitum atque in acie sistere imperat; ipse dein equum inermis ascendit et dum cum paucis Forum Novum versus petit, ecce, amisso equo, fit ei Donatus obviam et anhelans: " *Quo pergis*, inquit, *imperator ? hostes* " *totis adsunt viribus jamque peditatus totam hanc complevit viam*; *provolaverunt enim per* " *silvam et ad munitiones, ubi ventum est, nullis neque praesidiis neque custodibus repertis, quod* " *nullae ibi fierent propter locorum difficultates custodiae, quandoquidem ab ea parte nulla subes-* " *set de hostibus suspicio, magna celeritate ad solum ingentem aequarunt aggerem viaque pa-* " *tefacta et peditatu praemisso, vici aedificia hastis submissis occuparunt* „. Quibus auditis illico Franciscus, converso equo, celeri cursu castra petit, in quoscumque incidit, jubet armis instruantur et ad repagula velociter contendant, ne hostes patefacto aditu ob paucitatem' c. 675 repugnantium castra invadant, missisque hac illac frequenter per militum stationes nuntiis, omnes iidem facere; Picinino autem, qui in armis sed procul erat, quatuor ex suis ad se cohortibus celeriter accersitis, cum reliquis ne loco discedat; idem Conrado, Roberto Moretoque mandat prae ceteris, qui proximi erant, sumptis armis, nullo in cohortem coëundi ordine servato, eo accurrant mittitque praecipue eodem Alexandrum Sfortiam fratrem, ingenti animo virum et rei militaris scientissimum, qui paucis ante diebus Pisauro ad eum venerat, Carolum Gonzagam, Mannum Barrilem neapolitanum et Flaschum Girasium calabrum, duos ex veteranis praefectis equitum, qui pontem aditumque viribus obnixe servent, ne eo occupato in castra irrumpatur, mittit. Quare dum minutatim equites (nam nulli tum forte

---

1-2. sub.... anno *esp.*; *mano tardiva segnò fra queste parole*: va.... cat — 5-6. ut inde crebis — 12-13. cum turmis quatuor — 16. non discedere - iussi *esp.* — 30. dein *esp.* - versus equitat — 43. mittitque praecipue *esp.* — 45. neapolitanum *esp.* — 45-46. calabrum.... equitum; *altra mano tardiva segnò*: vacat

ibi pedites aderant), ut sors tulerat, eo loci se conferunt, ingens hostium globus armis sole repercussis, miro splendore nitentibus, e vico in eam planiciem prodit, quae inter vicum ipsum et fossam, de qua munitionum initio mentionem fecimus, quamque Tibertum minus praevidisse paulo ante diximus, interjacebat, tanta vi tantoque impetu et clamore, ut illis aequo loco minime resisti posset. Nam qui repagula transierant' Alexander, Carolus et alii admodum c. 677 M5 pauci, cum hostium multitudinem sustinere non possent, repulsi terga dare coguntur tanto cum labore atque periculo, ut vix se intra munitiones recipere potuerint; ex his Carolus ensis cuspide tenus oculo vulneratus, ubi in summo omnium salutem discrimine positam videt, suam et ipse in fuga salutem ponit. Itaque invalitudinis causa ob acceptum vulnus, quod leve erat, discessum simulat moxque cum paucis ex suis per media castra citato equo iter faciens non prius restitit, quam Mediolanum pervenit civitatique aut profligatum eorum exercitum, aut quin profligaretur, evadere non posse renuntiavit; idemque iis dixerat omnibus, qui ei urbem properanti obvii fuerant. Mannus autem 'humi prostratus multitudineque obrutus Mur., 473 capitur et, dum per agmen, cujus postremus ordo anterioribus non progredientibus haud procul castrorum munitionibus recesserat, ad Leonissani tabernaculum, cujus erat captivus, perducitur, a singulis illudebatur turmis; cui et Michaëlem primum et deinde Ludovicum: "*Tui sunt hodie victi fusique, Manne!*", dixisse; illum vero magno animo magnaque voce respondisse ferunt: "*Quin vos potius, quippe qui eum in locum ducti estis, unde nisi diminuto* "*capite, quod cito intelligetis, abire non liceat*". Pugnabatur' igitur ad repagula fossamque c. 678 castrorum, quae nec profunda erat nec lata, utrimque acerrime; operiebat nostros ingens, velut grando, telorum vis e labro fossae conjecta; eques equitem infestis hastis aditu submovere innitebatur; hostes defensoribus aditum nudare et ferro viam aperire magno studio magnoque impetu contendebant; nostri contra inter sese conglobati ne transeant, neve spatii quicquam in ponte occupent, summa vi pertinaciter repugnabant, nec ab ictibus ullis impavidi corpus excutiebant, nec ulla feroces vulnera subire recusabant; sauciis proelio discedentibus integri extemplo succedebant. Nemo erat enim miles qui non apertissime perspiceret, si is destituebatur aditus, e vestigio irrumpentibus hostibus castra simul cum milite praedae ubique fore: inter ceteros eo loco strenue pugnantes Flaschus et campanus quidam, Ruffetus nomine, semper ingenti animo summaque constantia adversus hostem in fronte medii persistebant et singularem virtutis operam edebant. Inter haec Matthaeus campanus, ubi ad arma conclamari et tumultuarie omnia in castris agi et suos ad Forum Novum advenisse et non longe a stationibus hostium abesse videt, Cichum, qui in vestibulo erat portae oppidi, et hosti datas literisque mandatas conditiones, signo, quo Franciscus utebatur, obsignare firmareque parabat, jubet inde' mox abire seque futurae calamitatis nescius ad erumpendum c. 679 M6 accingit. At in tanto hostium impetu rerumque novitate quammulta Francisco erant uno eodemque tempore agenda: milites alii accersendi, alii ad tuenda repagula cohortandi, acies instruenda, inclusorum eruptioni providendum, si quem hostes in fossa reperiant aditum, ne transeant, prohibendum; quarum rerum majorem partem et temporis angustia et inopinata hostium per eum locum invasio impediebant. Itaque inter tot difficultates magnitudo periculi fecit, ut cum ante tentorium armis indueretur, vix thorace indutus, sic ut erat sine brachialibus, sine femoralibus, confestim equo ascenso ingenti spiritu magnoque corporis robore in eum locum advolaret, ubi fortiter ad repagula pugnabatur. Quo ubi venit, dimicantes hortatur ad impetum hostium sustinendum, donec socii advenissent, qui cito adessent; ne aditum desererent, neve inde se repelli sinerent, in quorum virtute omnis omnium spes salutis sita esset, nam si fossam hostes trajiciant, nulla sibi amplius neque resistendi uspiam, neque evadendi quoquam spes reliqua foret; deinde dum hostes per fossae labrum ad dexteram effunduntur ipseque e regioni contendit, agnovit cominus inter confertissimam hostium aciem Robertum bodiensem, armis equoque 'super'bum atque jactabundum et aditum praeter cete- c. 680 Mur., 474

---

1. erant *invece di* aderant — 3. providisse — 8. cuspide circa oculum — 12. idem — 13. autem *esp.* — 24. impavidi *esp.* — 26. enim miles *esp.* — 27. destitueretur — 41. equo arrepto

ros in fossam quaerentem, qui cum dixisset: “ *O comes Francisce, non sine ferventi aqua* “ *hodie hinc es discessurus* „, clara ei voce et ipse respondit: “ *Eo in loco es, Roberte, unde* “ *nisi facta tibi cum caupone epularum supputatione non es abiturus* „; et progrediens duas vidit cohortes ad se citatu cursu venientes, quarum alteri Marianus calaber et Turcus fusiculanus, alteri Blasius serranus praeerant, viri quidem fortes et longo rei militaris usu periti. Horum adventu Franciscus non parva est cura levatus crevitque ei atque elata est in animo virtus mirum quidem in modum. Praefecti, viso duce, alacriter: “ *o imperator*, inquiunt, “ *bono laetoque sis animo, hos hodie superabimus hostes* „. Quibus ipse ait, non milites ducem, sed ducem milites hortari oportere: “ *Sequimini me et quod vobis dixero facitote* „. Cumque eos ad alium quendam ejusdem fossae aditum, qui erat ad dexteram perduxisset, cujus hostes erant ignari, jussit in eos, qui e regione non longe aberant, strenuo atque ingenti animo impetum facerent; jussit etiam uni ex suis iis, qui secum erant, ut idem ceteris militibus, qui minutatim adveniebant, imperaret. Illi igitur in eam equitum alam, quae erat ad *c. 681 M 7* dexteram, fortiter facto impetu, eos pedem referre plurimum coëgere. Quo fa'ctum est, ut multo magis quam antea inter sese conferti hostes minus apti essent ad pugnam; et cum per idem tempus nostri undique non mediocri numero ad repagula advolassent (erant autem hostes ad sinistram militi nostro) pontem transilierunt atque hostem non brevi spatio repulerunt, et ita duobus in locis fortissime pugnabatur. Cumque Franciscus eadem qua venerat, ad repagula reverteretur, quo inde hostes averteret, vidit inter equitandum inter se confligi hostium hastas, quae confertim in se redactae nemoris instar videbantur et inter sese magna concussione turbari, utpote quod tantus hostium numerus loco admodum angusto coactus esset, ut se explicare nullo pacto possent; quod nullam ob aliam rem fieri animadvertit, quam ex animorum inconstantia ac metu, et confestim ad eos conversus, qui penes se erant, hostes superatos victosque esse inquit. Deinde ubi ad repagula ventum est, ut ordines, fossa per pontem superata, in hostilem aciem impetum facerent, jussit. Qua re, cum ii viderent a duobus lateribus se urgeri ac majorem invadentium globum etiam atque etiam increbrescere, nec licere sibi ullo pacto procedere, quod usque adeo loco brevissimo inter sese conferti essent, summo terrore perculsi atque exanimati terga repente vertunt, funduntur fuganturque prae- *c. 682* cipites, adeo ut fugientium pecudum' instar viderentur. Quos nostri magis magisque urgentes pro libidine capiebant, repugnante nemine et anteaquam pervenire fugiendo potuerint ad ea munimenta, quae, ut supra ostendimus, solo aequarant, quo sibi ad invadendum expeditius foret iter, majore ex parte prostrati captique sunt; cum ea loca et angusta admodum essent conglobatimque ipsi fugerent numero peringenti, ex quo alteris alteri erant impedimento. Quibus in locis, quod reliquum erat, ex tanta acie ita in captivitatem est actum, ut ex iis MUR., 475 qui versus Forum Novum fugam arripuissent, vix quampaucissimi eva'serint: inter eos autem capti sunt Gentilis leonissanus, Robertus bodiensis, qui ambo equis descenderant armaque exuerant, quo eis expeditior fuga esset. Qui quidem, ubi ad Franciscum confestim perducti sunt, eos imperator collacrymantes prae dolore intuitus, humanissimis verbis consolatus est et ut bono essent animo hortatus, spem injiciens, fore ut in eos clementia et mansuetudine sua uteretur. Cumque assidue adventarent peditum ordines, qui cum Moreto erant apud castellum, ut antea diximus, sistit imperator in ipso munitionum limine sua signa, uno confertissimo stipata militum ordine jussitque et Alexandro et Guilielmo, ut curam et muni- *c. 683 M 8* tionum et signorum gererent, ne scilicet procederent longius, quo illi hostium ordines' quotquot integri adhuc essent, si forte, resumptis viribus, nostros coepissent urgere, ne iis liceret per eundem locum rursus in castra impetum facere coeptamque interturbare victoriam. Et quoniam plane animadvertebat, hostilem aciem superatam ac victam, alta voce permisit omnibus, ut hostes insequerentur captivosque facerent, ita ut faciebant, rei militaris, vel nullo servato ordine, quem nec antea servare licuerat; jussis tamen Ludovico Vermio, Christo-

---

5. quidem *esp.* — 8-9. non militibus ducem, sed duci milites confirmandos esse: “sequimini — 12. ex iis quos penes se habebat, ut — 14. plurimum *esp.* — 21. utpote *esp.* — 23. ad eos.... erant *esp.*

phoro Taurello et Dulcio anguillariano, ut ipsi etiam subsequerentur et, ne quid nostri temere agerent, providerent.

Post haec autem citato equo perinde ac volans eo fertur, ubi Franciscus Picininus ceterique in armis locati erant pro castelli praesidio adversus hostium castra stabant. Quem in locum ubi venisset Franciscus imperator, Picininus, qui secundis rebus prae animi livore subtristis erat, conversus ait: " *O comes Francisce, nonne ego tibi hodie morem gessi pro tua* " *voluntate? nonne ordines illi mei tempestive tibi affuere?* „ " *Certe!* — hilari vultu respondit " Franciscus adjecitque — *hostes a Fori Novi latere et victi et capti sunt. Quare sine ulla* " *cunctatione nobis eundum est, ut hanc quoque reliquam aciem victoriae perinde atque extre-* " *mam manum addamus, quae ab hoc latere relicta est hostilium castrorum praesidio, ita ut ne* " *quid reliqui hodie veneto sit' imperio* „. Cui Picininus respondit: " *Satis mihi hodie super-* [c. 684] " *que videtur gestum, quare meo judicio quiescendum potius est* „. " *Minime omnium* — inquit " Franciscus — *non enim satis est vicisse, ni victoria ipsa utamur omnino*; *quare sequimini* " *me omnes* „. Quod dicens citato etiam equo procedebat. Itaque ad castelli praesidium relicto Picinino, ceteri eum omnes secuti sunt, Conrado ac Roberto jussis, ut quamprimum hostes invaderent, qui parati in acie, alii extra, alii intra munitiones nostros exspectabant; his autem invadentibus, hostes, qui erant extra munitiones, sese primo intra repagula recepere, dein adversus nostros tanto impetu incubuerunt, ut eos non parvo spatio a munitionibus submoverint. Tum Franciscus his sistere jussis, imperat rursus Conrado et Roberto, ut in hostes cum suis ordinibus fortius irruant, hortatus enim Bracianos, ut eos quoque vehementius insequerentur; quod facientibus nostris, hostes ad repagula usque vertuntur in fugam; at illi rursus receptis animis aguntur in nostros coguntque terga dare. Quod ubi animadvertit Franciscus, non potuit non aliquantulum animo commoveri in Bracianos eosque ignaviae accusare, quos hujusmodi culpae au'ctores animadverteret, quandoquidem ipsi sem- [Mur., 476] per fugae primi initium facerent'. Quare facto iterum in hostes vehementiore impetu, eos [c. 685 M9] intra repagula usque fusos fugatosque abegerunt; ubi cum se clausos munitosque continerent videretque Franciscus haud facile factu fore, ut propter difficultatem munitionum et ingentem peditum manum, qui fossam tuerentur, repagulis potiretur, ut erat vir omni in re prudens et rei bellicae scientissimus, alta voce inquit: " *Quid agitis commilitones? Num scitis hostem* " *ex altero latere et prostratum esse et victum nostrosque castris potitos intra tentoria jam late* " *versari et impedimenta omnia ac tantas hostium opes certatim diripere? Agite igitur, agite,* " *fortius urgete, fundite; vincite hostilem ignaviam; in castra etiam ipsi irruite, ne soli vos* " *sitis tantae praedae et tantarum opum expertes* „. Quibus dictis, mirabile visu fuit, quanta cum animorum tum fiducia tum alacritate noster peditatus sese in fossam hostilem injecerit confestimque aggere ascenso, strenuo saltu intra hostium castra irruperit disjectoque aggere una cum portarum valvis ac prostratis repagulis nostro militi iter patefecerit. Quo factum est, ut eodem paene temporis momento et nostri intra castra irruerent et hostes ipsa fuga dumtaxat salutem peterent. Collio, qui, ut diximus, illis ordinibus ductor praeerat, rebus iam [c. 686] desperatis' atque perditis, cum minime esset repugnare ausus, occultiore quodam calle ei soli et cognito et praeviso fuga celeri Bergomum petit, relictis omnibus et rebus et sociis. Quid multis est opus? Nostri milites castrorum rerumque potiti, tantam hostium manum captivam fecerunt, quantam voluerunt, cum ita essent illi omnes exanimati, ut ne minimum quidem repugnare auderent; offenderunt autem Mannum Barrilem ex captivo et servo, ut antea diximus, et liberum factum et opulentum; cum intra id tentorium non solum quae Gentilis fuerant bona, sed quicquid etiam pretiosius apud alios multos et ductores et milites eo custodiae gratia convectum esset, cum sperarent rerum illarum domini fore, ut Mannus ex iis rebus sese in dominos liberalissimum redderet. Ex altero autem castrorum latere Michaël et Ludovicus

4-5. castra. Tum Picininus — 6-7. pro.... voluntate *esp.* — 12. omnium *esp.* — 13. ipsa, omnino *esp.* — 14. Quod.... procedebat *esp.* — 35. superato *invece di* ascenso — 36. equitatui *invece di* militi — 36-38. patefecerit. Hostes fuga salutem petunt. Collio — 38. ductor, iam *esp.*

mantuanus, quamvis ipsi fusi quoque fugatique essent, constiterant tamen in viam cum non mediocri suorum militum manu erantque militi nostro impedimento, quominus expedite fugientes insequerentur. Sed cum a nostro peditatu, qui ex utroque latere in loca illa paludosa et arboribus consita magna vi lacesserentur, tandem nostris a fronte equitibus audentius invadentibus incumbentibusque, illi permultis equis a peditibus, quos diximus, interemptis, *c. 687 M 10* coacti sunt' post desperatam salutem foedissimae fugae se committere. Inter fugiendum autem, post terga relicto ingenti militum numero, qui quo ipsi tutius evaderent, nostris essent impedimento, incidunt in Hermolaum Donatum, quem hortati sunt, ut se etiam fugiens sequeretur, ne caperetur ab hostibus. Quibus ille respondit, id minime omnium facturum sese, quin malle una cum signis divi Marci captum iri, quam turpiter salvum fieri; scire enim sese, quae esset passurus apud senatum suum, si secus faceret; et ita ut decreverat, una cum MUR. 477 Venetorum signis et captus est et ad Franciscum 'deductus. Idem de altero legato Gerardo Dandulo accidisset, nisi relicto equo pedibus ille sibi salutem quaesivisset, quippe qui a Francisco sibi metueret plurimum, non solum quod in placentina oppugnatione ei ictu bombardae, quo equus transfossus est, molitus necem esset, sed etiam quia cum superiore tempore Cremonae fuisset, eo missus a Venetis, quo urbem illam adversus Philippum tutaretur, insidias tetenderat et, nihil omiserat, ut a Francisco ad Venetos deficeret, ut demonstratum est; nec tamen effugit omnino, quin inter fugiendum non longe a Crema oppido caperetur a Bracianis. Castra igitur hostium sunt omni ex parte in nostrorum deditionem acta direptaque; milites autem alii in castris capti et alii fugientes ita captivi effecti sunt ut ab inse- *c. 688* quentibus nostris quam paucissimi incolumes aufugerint et hi quidem majore ex' parte inermes ac poene nudi, equis prope omnibus amissis; in his vero insignes militum ductores capti sunt cum alii multi, tum Guido Rango et Jacobus gotholanus; in ipsis autem hostilibus castris bombardae ingenti magnitudine sunt repertae numero sex et aliquanto minores ad triginta, quarum assiduis ictibus nostri milites vel in castris ipsis agitabantur laedebanturque ad interitum usque; plaustrorum autem carrorumque incredibilis quidem numerus, vini reique frumentariae et aliarum hujusmodi rerum copia maxima, ut nihil omnino deesse videretur non modo ad victum cultumque humanum, sed ne ad delicias quidem: auri vero argentique et pretiosissimae supellectilis tanta vis, ut incredibile dictu sit. Quid multis? nemo omnino ex nostris militibus est inventus ad ipsos usque calones et lixas, qui ex hostili praeda non redditus fuerit opulentus. Cum tanta autem et tam inaudita rerum omnium praeda ad vesperam nostri in castra redeunt, non minus onusti omnes quam laeti et ita sane hostium spoliis atque opibus onerati, ut incedere vix possent; erant omnia et carminum et ludorum, ut in hujusmodi rebus secundissimis fieri solet usque adeo plena, ut prae nimia laetitia animi relaxati vix compotes sui essent. At Franciscus maiora quaedam animo versans, dispositis excubiis ac procubitoribus non secus ac si hostis integer esset, ut prudentis imperatoris est, diem opperitur, quo cum primum illuxerit, oppidum primo vi potiatur, dein ad *c. 689 M 11* Brixiam exercitum agat; sed nulla vi, nullo impetu opus fuit,' nam simul cum duce ultro sese ei oppidani dediderunt. Erat intus praesidio, ut demonstratum est, Matthaeus campanus; is captivus et actus cum suis omnibus et militibus et rebus non parvi pretii, quas omnes inter eos Franciscus distribuit, qui oppidum, ne qui intus erant, in castra adversus nostros erumperent, obsederant, nec hostilis praedae participes esse potuerant; reliquis peditibus, armis spoliatis missisque factis, Matthaeus solus servatus est. Numerus autem tam peditum quam equitum, qui in utroque exercitu fuere hujusmodi est repertus: in nostris castris pedites ad tria millia, equites ad duodecim millia fuisse exploratissimum est; in hostium autem exercitu pedites ad quinque millia, equites vero ad duodecim millia et quingentos, ex quibus omnibus pedites ad unum usque et capti et spoliati; ex equitibus vero vix quingenti ac

---

9. omnium *esp.* — 13. ille sibi *esp.* — 19. nostrorum potestatem acta — 20. autem, capti et, ita.... ut *esp.* — 21. nostris capti quam - aufugere — 26. quidem *esp.* — 39. Praeerat praesidio — 45. autem *esp.* — 46. vero *esp.*

mille se fuga tutati sunt, quorum 'equi prae nimio labore ac cursu magna ex parte interiere; Mur., 478 qui vero equites in captivitatem venere, hi armis omnes equisque nudati imperatoris jussu dimissi sunt; paucis admodum utrimque desideratis. Existimavit enim Franciscus non esse rem tutam nostro exercitui, ut tanta hostium multitudo inter nostros, qui minore essent numero versarentur, neque etiam tot hominum millibus unum in locum coactis commeatus suppetebat. Itaque illis omnibus abire jussis, soli ductores ipsi ac legati retenti sunt. Jacobus gotholanus, qui sese dediderat Guilielmo montisferratensi, ab eo propter veterem amicitiam, ut clam e castris fugeret, exoravit'; Guido Rango Gerardusque Dandulus, quos Franciscus *c. 690* Picininus captivos haberet, ab eodem ut Mediolanensibus gratificaretur, mittuntur Mediolanum; Gentilis autem et Robertus et cum his Hermolaus Donatus jussu Francisci missi sunt Cremonam, Matthaeo autem campano libere abeundi venia concessa. Fuit haec profecto victoria et tanta et tam illustris, ut ante multa etiam saecula nulla in Italia fuerit audita vel major vel praeclarior; cujus rei gratia, uti par erat, supplicationes Mediolani cum mirabili omnium laetitia et gaudio totum triduum celebratae sunt. Sed cum plerique alii de exercitu ductores eo die et fortiter se gessissent, tum non mediocriter claruit inter pugnandum prudentia atque virtute Taurellus, qui firma atque conferta cum subsidiariorum manu usque uno in loco seorsum a pugnantibus imperatoris jussu sese continebat, iis assidue auxilium ferens, qui a prementibus hostibus pedem referre cogerentur, neque ulla spe praedae ductus, eodem se semper reciperet rursusque nostris fugientibus aut laborantibus subsidio esset in tempore; quae quidem res non parum profuit ad expeditiorem victoriam. Cum omni autem in re summa admiratione digna fuerit semper singularis ac paene divina Francisci virtus, tum maxime eo die', quo tantus, tam firmus tamque munitissimus hostium exercitus eum inopi- *c. 691 M 12* nato esset adortus, neque perterritus est, nec animo commotus, id quod plerisque omnibus usuvenire solet; sed constans et omni ex parte compos sui ea omnia ex tempore incredibili quadam celeritate et providit et obivit, quae a prudentissimo et fortissimo duce et providenda sunt et gerenda. Quo factum est, ut longe majore cum laude et gloria tanta victoria sit potitus, quam si prius omnia et excogitasset et multo consilio providisset. Nec tamen defuere, qui ei victoriam tanta virtute partam falsis criminibus polluere conarentur; repertae enim sunt litterae calumniatorum quorumdam et invidorum hominum, quae nunc ad hos, nunc ad illos per Italiam clam totam pugnae summam ac primam victoriae laudem Picinino ascriberent, et mentientes hae quidem, cum affirmarent, nisi opportune et in extremo discrimine ordines quatuor e suis laboranti Francisco subsidio misisset, actum fuisset eo die et de ipso imperatore et de universo Mediolanensium exercitu, quippe quem nihil hujusmodi opinantem planeque imparatum ac paene nudum hostes adorti essent. Quod ubi Franciscus rescivit, ut erat vir ingenti atque ex'celso animo, subrisit tantum, nec re nec verbo ullum' edi- Mur., 479 *c. 692* dit indignationis ulciscendaeque calumniae argumentum, cum apertissime' constaret, sero eos Mur., 480 ordines et jam fere, parta de hoste victoria, eo loci accessisse.

---

1. mille fugêre, quorum — 4. nostro exercitui *esp.* — 10 e 11. autem *esp.*

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER DECIMUSQUARTUS

At Mediolanenses, profligato penitusque deleto apud Caravagium Venetorum exer- c. 693 N1 MUR., 479 citu castrisque direptis, nihil relictum jam victoribus impedimenti omniaque sibi prona et aperta fore rati, diversa diversi consilia animo agitare coeperunt; mittuntur postridie in castra viri octo ex civitate primarii cum his mandatis tum publice tum privatim datis ad Franciscum legati, ut quod deinceps bellum gerendum esset, id pro suae civitatis voluntate et reipublicae commodo gereretur; quod erat maxime, ut pars major exercitus in Laudenses et reliqua in Bergomenses confestim traduceretur. Ejus legationis Franchinus Castillioneus iuris civilis pontificiique peritus magnique consilii vir, Vitalianus Borromaeus et Theodorus Bossius principes fuere, quippe qui in sua civitate magna tum auctoritate habebantur; hi non minus centurionibus praefectisque militum quam belli ducibus in concionem accersitis, de habita ex hostibus tam ampla tamque insigni atque memorabili apud nostros ceterasque nationes victoria, Franchino dicente, absentibus atque ac praesentibus gratulantur, deinde summis cuiusque virtutem laudibus extollunt' gratiasque Francisco in primis et ceteris ingentes agunt; praeterea ex omnibus singillatim c. 694 in ea prosequenda victoria sententiam exquirunt; itaque alii in Bergomensem, alii in Laudensem, alii, ut erant antea edocti, bipartitis copiis in utrumque agrum ducendum esse exercitum multis argumentis ostendunt. Franciscus autem variantibus eorum qui dixerant sententiis, his verbus usus est. “ *Posteaquam Deo immortali pro sua clementia ita placitum est ut eam quam videtis ex hoste victoriam consecuti simus,* (*nam quanto magis magisque cogito non sine divino consilio id ego factum puto*) *ea deinceps ratione bellum gerendum censeo, ut illud maxime vel negligentiae vel socordiae vel imperitiae crimen, nescire victoria uti, fugisse videamur, quod saepe multis hactenus ascribi solitum meminimus*; *itaque peroptimum mihi videtur, ut bellum quod dehinc mediolanensis populus adversus Venetos gesturus est, ultra Olium amnem intra ipsa hostium praecordia geratur, quod ex ea re multa ac maxima et ad augendum victoriae nomen et ad bellum ipsum conficiendum commoda consequemur*: *exercitus siquidem alienis sumptibus alienisque opibus aletur*; *reliquiae hostium, si quae sunt, fugabuntur*; *populi, qui ad eam oram Venetis parent, dum in trepidatione versantur dumque ve'netae fractae sunt vires, facile in deditionem adducentur. Nec deest nobis animus et* c. 695 N2

4-5. direptis, victoribus omnia prona — 6. castra octo cum — 10. Castillioneus jurisconsultus magnique — 11-15. fuere. Hi centurionibus praefectisque militum ac reliquis ducibus in concionem accersitis de tam ampla atque memorabili victoria gratulantur — 13. *già* equitum *invece di* militum - belli ac reliquis ducibus — 18-22. exercitum censent. Franciscus variantibus sententiis, posteaquam, inquit, ex hoste victoriam consecuti sumus, ea — 29. fugabantur

"*obsidere urbem Brixiam integro exercitu et circumjacentibus oppidis in fidem acceptis, acriter oppugnare; quam si omnes eo animo ad oppugnandam fueritis, quo vos futuros spero, non dubito, quin brevi in potestatem redigamus. Quod si brixianum tantummodo agrum subjugaverimus, quis hodie neget, non tam Laudenses quam Bergomenses undique interclusos, solis dumtaxat epistolis in Mediolanensium manus deventuros? Sed si secus fiat, quid Veneti in* Mur., 480 *bello possint, quam sint eorum facultates amplissimae, quantis affluant pecuniis, quos tota haec Longobardiae provincia superioribus bellis saepe experta est, Mediolanenses vero contra quam sint omnibus poene rebus inferiores et quam diu tantam belli molem laturi sint, nemo est vestrum qui non aperte intelligat. Quibus ex rebus si Brixiam veneti belli sedem cum adjacentibus populis a praesentis belli impetu liberam servaverint, eos propediem non minus refecturos quam coacturos exercitum, et non minus Laudem quam Bergomum magnis auxiliis in fide contenturos ante oculos proponere debetis*". Facto dicendi fine, Vermius primo, deinde Carolus et Taurellus subsecuti non modo comprobant Francisci consilium, sed magno c. 695 etiam opere laudant; idem faciunt insurgentes plerique alii, quos et praedae cupiditas' et imperatoris auctoritas et oratio a priore sententia revocarat. Sed quoniam Brixia cum universo ejus agro ex foedere, ut initio ostendimus, Francisco debebatur, si quo pacto durante ejus cum Mediolanensibus stipendio e Venetorum manibus eriperetur, Picininus et qui suae parti favebant, ab Arasmo praesertim doli auctore et aliis quibusdam civibus edocti, qui permoleste ferrent, si ea urbs in Francisci potestatem perveniret, brixianum bellum, quibus possunt, rationibus impugnare contendunt; verum advocato rursus in proximum diem concilio, post multas ac varias sermonum concertationes, vicit tandem Francisci sententia. Itaque decretum est, ut omnis exercitus in brixiensem agrum deducatur, praeter Vintimilianum et Sanctoseverinates cum suis aliisque perpaucis copiis, quibus laudensis belli summa tradita est. Dum haec apud Caravagium aguntur, quod tridui post proelium novissime factum mora fuit, permulti ex brixianis municipibus ad Franciscum veniunt, sese ei municipiaque atque oppida dedentes; admirantur deinde tantum exercitum, fugatis dissipatisque hostibus, tam diu iisdem castris cunctari, damnant majorem in modum eam tarditatem, hortantur rogantque ut, omni sublata mora, se cum exercitu in suos fines transferat; res venetas magna in trepi- c. 697 N 3 datione atque tumultu versari, Brixiae, tam celebris' tamque praeclarae urbis, potiundae occasionem et hoc tempore oblatam haud esse praetermittendam demonstrant, cujus oppugnandae atque obtinendae gratia se cunctis in rebus adjumento futuros ingenti quodam animi fervore pollicentur. Horum frequens hominum concursus singularisque erga Franciscum voluntas non modo illius judicium confirmavit, verum etiam plurimum auxit. His igitur rebus per hunc modum constitutis, Franciscus a Caravagio movet et unis castris in Brixia- Mur., 481 norum fines traducit. Picininus autem suis apud Trivillium relictis,' Mediolanum proficiscitur; ejus profectionis causam esse pro componendis suis cum Mediolanensibus negotiis proque pecuniis expetendis simulat. Is dum ibi moratur, privatim civibus nonnullis ex primatibus persuadet, ne Franciscum Sfortiam majoribus quam esset viribus atque opibus in Longobardia augeri patiantur; quod si permiserint, eos ipsos suae libertati excidium parare animadverterent proindeque caverent praecipue in praesentia, ne Brixiam praesenti Venetorum clade territam obtineat; videri sibi nunc expetitae jamdiu pacis cum Venetis eius ineundae tempus venisse, quam si vellent, facile eos honestis conditionibus a victis impetraturos nihil dubitabat. Quod etsi Arasmo et civibus iis, qui cum eo sentiebant, mirum in modum c. 698 placebat, tamen, gibellina adversante' factione, eam rem neque in consilio deferre, neque in vulgus recenti victoria erectum disseminare audebant. Picinini tamen fratres ad Venetos secreto nuntium mittunt, qui Nicolai Guerrerii interventu senatui referat, se eodem erga

---

3. brixiensem — 17-19. Picininus qui permoleste — 19. ferret - brixiense - quibus potest — 20. contendit — 21. sermonum *esp.* — 25. brixiensibus — 33-34. His .... Franciscus *esp.* - igitur movet — 34-35. in Brixiae fines — 35. autem *esp.* — 39-40. excidium paraturos, proinde cavendum praecipue — 41-42. eius ineundae eos *esp.* — 43. nihil dubitabat *esp.* — 45. tamen *esp.* — 46. senatui *esp.*

venetam rempublicam esse animo, quo fuisse saepe intellexerunt, et quamquam Mediolanenses nunc victores nihil de pace cogitare videbantur, tamen si pacisci cum iis voluerint, se non dubitare, quin a se facile et ad pacem firmandam et ad foedus percutiendum adducerentur. Hi post haec, etsi natu major se copiis omnibus in exercitum propediem rediturum promiserat, tamen expetentibus ipsis cum a Mediolanensibus laudensi bello praeficerentur, se in Laudenses urbis oppugnandae causa contulerunt. Ea de re Franciscus certior factus, vehementer animo commotus est, quod etsi satis antea Picininorum perversa erga se voluntas sibi erat ***, tamen non credebat de iis, quae ad Caravagium communi omnium consensu decreta fuissent, Mediolanenses quicquam se vel invito vel inscio mutaturos. Eodem quoque tempore allatae sunt ei literae ad Arasmo ad Vitalianum scriptae, humi dum forte excidissent, repertae, in quibus erat scriptum: ita cum ducibus ageret, ut exercitus omnino plures in partes divideretur, ne Fran'ciscus eo diviso Brixiam aggredi auderet. Quibus ex rebus etsi manifestius *c. 699 N4*
Picininorum perfidiam cognoscebat et Mediolanensium mens quorsum intenderet animadvertebat, nihilo tamen secius coepto in itinere pergit et haec, quantumcumque dura, haud sibi molesta esse simulat omniaque sua incommoda pro Mediolanensium commmodo aequo se animo laturum. Interim, Salernitano cum duabus cohortibus praemisso, omnes non tam bergomensis et cremonensis quam brixiensis agri municipes, qui Benacum usque lacum et Mincium amnem incolunt et Venetorum parent imperio, oppidis arcibusque praeter Asulam et Lonadi arcem receptis, quatuor dierum mora in deditionem accepit; quorum urbes et propter agrorum magnitudinem ac fertilitatem et populorum multitudinem et rerum opulentiam singulae singulas magnasque provincias continere videntur. Eo igitur tam felici et incredibili rerum successu Franciscus majore animo ad suscipiendam Brixiae oppugnationem confirmatus, ad duo passuum millia procul urbis moenibus castra locat, perspectoque deinde eius urbis situ, biduo post propius admovet et a duabus tantummodo partibus, quae in plano sunt, ob ambitus magnitudinem' circumsedet; a reliquis vero partibus, interclusis undique Mur., 482
aditibus, millibus passuum tribus ab Episcopi porta montanisque arci'bus, ne quid eo vel *c. 700*
commeatus importetur, vel auxilii mittatur, excubitores praesidiaque ponit. Cum esset autem Jacobus gotholanus cum quingentis circiter equitibus ex iis, qui a caravagiensi clade Venetis superfuerant, et peditibus mille ei urbi praesidio relictus, levia raro interdiu, saepius vero noctu proelia committebantur. At dum ea, quae munitissimae urbis oppugnationi necessaria videntur, Franciscus magno studio conquirit, non tam Picininorum quam Mediolanensium dolos multo etiam apertius cognoscit; nam cum amicorum legatorumque suorum literis, quos Mediolani Ferrariaeque apud Leonellum Estensem habebat, tum etiam certis quorundam ex hostibus nuntiis certior fiebat, Mediolanenses ad praefectos primariosque obsessae urbis cives literas dedisse, quibus illos ne se Francisco dedant, neve timeant, sed in pristina Venetorum fide persistant, adhortabantur, quod de pace cum Venetis ipsis agerent essentque propediem praesenti eos obsidione liberaturi, cum exercitum aut in hiberna, confecta pace, aut, si in bello persequi perseveraverint, alio transferendum constituissent. Accessit ad id quoque inopinatus in castra Antonii Porri mediolanensis legati adventus, qui explicabat, quod cogitantibus saepe numero Mediolanensibus de bellicis rebus, quibus gravi et intolerabili prope sumptu' premerentur, non videbatur sibi eam urbem nisi longa obsidione subigi vincique *c. 701 N5*
posse, cum et loci natura et fossa, insuper muro, milite et populo superioribus bellis armis laboribusque assueto omni ex parte esset permunitissima et commeatu etiam refertissima, ex quo fieret, ut frustra exercitus ibi foret in menses; quare castra mutanda et copias ultra Mincium in Veronensium fines traducendas esse Mediolanenses judicare dicebat; quod ut

---

2. videantur — 3. *primo* se *esp.* - adducantur, *già* adducerentur — 7. erga se voluntatem animadverterat — 13-14. animadvertebat *invece di* satis perspiciebat — 15. omnia — 16. turmis *invece di* cohortibus — 19-21. quorum..... videntur *esp.* — 23. procul urbis *esp.* - a moenibus — 23-24. deinde eius *esp.* — 25. vero *esp.* — 27. cum esset autem *esp.* — 28. Caravagina — 30. committebat — 36. ipsis *esp.* — 41. sibl *esp.* — 43. esset quammunitissima — 44. ibi esset plures etiam menses futurus; quare

efficeretur, instare non cessabat, cum maxime progrediendo Brixia suis etiam incolis undique circumsessa post terga relinqueretur et nutantibus Venetorum rebus Veronenses, qui moleste illorum dominationem ferre videbantur, jugo venetae servitutis excusso, ad eum defecturos sperari posset; praeterea Gulielmum reliquosque singillatim Mediolanensium ductores secreto admonebat, ut suos paulatim milites in Laudenses transmitterent causamque transmittendi hanc esse palam praedicarent, quod pecuniae inopia in castris amplius perseverare non possent, haec pro reipublicae mediolanensis commodo ni faciant, stipendia iis in posterum minus penderentur.

Quibus auditis, Franciscus quae de Mediolanensibus adversum se quotidie sibi enunciabantur dissimulans, legato sic respondit, se Brixiam omni ex parte permunitam non diffiteri, sed si Mediolanenses quemadmodum et jure foederis obstringebantur et paulo ante per c. 702 suos' legatos ad Caravagium confirmarant, concessas sibi copias, si non omnes, saltem eas, quae in praesentia secum erant, ad Brixiae oppugnationem militare voluerint, non dubitare Mur., 483 omnibus obsessis itineribus' omnibusque ad oppugnandum rebus comparatis, quin haud multo tempore vel voluntaria deditione, vel metu, vel vi tandem ea urbe potiretur; nec in Veronenses trajiciendum censere, Brixia post terga in hostium potestate relicta, quae adeo deditícios solicitare et infestare quotidie armis posset, ut rursum in Venetorum fidem redire cogerentur: esse praeterea omnia adhuc circa Mincium oppida partim in Venetorum, partim in Ludovici mantuani principis manu, qui nisi secum sentiat commeatuque exercitum juvet, nihil in regione ea proficere posset, cum redeundi duo inter flumina, itineribus undique interclusis, nullus exercitui aditus pateret. Interea Veneti post acceptam caravagiensem cladem, nihil earum rerum omittere constituunt, quae ammissarum urbium saluti conducerent quibusque praesertim Brixiae laborantis periculo maturius occurri posse arbitrarentur; quare confestim Pasqualem Maripetrum, qui postea eorum reipublicae princeps fuit, et Jacobum Antonium Marcellum in Veronenses ad colligendum resarciendumque exercitum legatos mittunt. Hi Pischeriam profecti, quod est oppidum Veronensium in ipso prope Benaci lacus' c. 703 ostio situm, unde Mincius amnis initium facit, et id quidem munitissimum belloque gerendo in regione peropportunum, ubi jam Michaël cum paucis constiterat, copias omnes ita ut erant, inermes eodem convenire jubent; has ingenti celeritate Veneti, velut in summo rerum suarum discrimine constituti, nullis parcendo impendiis reficere ex integro contendunt: triremes quatuor, quas in eo loco exaedificatas habebant, summa festinatione instruunt; quibus frequenti navigationum cursu castella, quae circa lacum eundem adhuc in fide perstiterant, in officio continebant et quae ad hostes defecerant praedae metu, ni in pristinam Venetorum fidem redeant, territabant; quemcumque militum numerum, modo ex usu sit suo, omni ex parte conducunt; magnum civitatibus, quas ultra Atesim obtinent, delectum imperant et quantas possunt pedestres copias undique cogunt; ad Florentinos praeterea, et propter veteris amicitiae officia et propter societatis jura mittunt imploratum auxilium. Qui forte sub idem tempus eo bello, quod sibi Alphonsus rex per annum jam exactum terra marique intulerat, liberati, tribus armatorum hominum millibus eos juvare constituunt; nam profligato, ut demonstratum est, apud Casale Majus Philippi exercitu, Alphonsus ex campano agro movens, Tibur per hyemem cum paucis copiis venerat eo quidem consilio, ut vere primo' c. 704 contracto exercitu ad ferendam laboranti Philippo opem se accingeret et quamquam eo usque discessum moratus erat, ut prius e vita Philippus emigraret, quam romano agro, quam Campaniam vocant, excessisset, tamen arma conataque adversus Florentinos exercere perficereque constituit. Itaque, cum in Senenses per autumni tempus magnis copiis pervenisset moxque Florentinorum fines invasisset, depopulatus ab ea parte agros cuncta ad ipsam usque

7. iis *esp.* — 8. habituros *invece di* penderentur — 17-18. cogeret — 19. nisi consentiat — 20. profici posse — 22. obsessarum urbium — 29. Veneti *esp.* — 30. constituti *esp.* — 33-34. continebant et quae defecerant, in pristinam fidem revocabant; quemcumque — 38. sibi *esp.* — 43-44. quam Campaniam vocant *esp.* — 44. arma *esp.* - conata - exercere *esp.* — 44-45. perficere

Florentiam militibus longe lateque pervagantibus praeda, igne, ferro, devastavit ac tumultu terroreque ingenti involvit. Florentini autem, quod eos potentissimus hostis imparatos adortus esset, cum nihil hostile mortuo Philippo vererentur, Frederici feretrani urbi'natium co- Mur., 484 mitis primum, paulo deinde post Sigismundi Malatestae, qui per idem tempus ab eo rege desciverat, adventu, se per eam hyemem aegre tutati sunt. In proximum vero annum, facta jam in campis pabuli copia, rex e Senensibus, ubi hyemarat, eduxit confestimque Plumbinum, oppidum sane insigne et bello gerendo accommodatum terra marique in numero paene exercitu circumsedit spe brevi, seu per oppugnationem, seu per obsessionem ejus potiundi; hac potissimum ductus causa, ut in ea ora maritima stationem portumque suis aliquem ex utriusque Siciliae, citerioris Hispaniae et Sardiniae regnis ad eum navigantibus pararet, quo tuto flectere commeatusque ad alendum exerci'tum deferre exponereque possent. At cum totam c. 705 ibi aestatem oppidum summa vi tormentorum oppugnando, pluribus tentatis saepe pugnis, devicta etiam hostium classe consumpsisset, exercitu prope gravi tabe et summa pabuli inopia confecto, obsidionem tandem solvit; et qua venerat discedens, Sigismundo et Frederico ducibus infesto exercitu agmen a tergo lacessentibus, in Senenses se recepit moxque mari delatus in suum proximae Siciliae regnum, velut Etruria pulsus victusque, rediit; idem postea copiae terrestri itinere minutatim fecere. Soluti igitur eo bello, ut praediximus, Florentini recuperatisque iis omnibus fere oppidis, quae hostis superiore anno occupaverat, Sigismundum cum duobus equitum millibus et Gregorium anglarensem cum peditibus mille, magna celeritate Venetis auxilio misere. Itaque Michaël ac legati, resumptis paulatim viribus, per montes pedestribus copiis nullo intermisso tempore obsessis auxilium ferre contendunt, Ludronensibus violata factae nuper deditionis fide secum conspirantibus. Ceterum Pasqualis Maripetrus, alter ex legatis, cum ob per superiora tempora cum Francisco inchoatam amicitiam, quamvis tum esset suae patriae hostis, nonnihil tamen mutua benivolentia ab eo impetrari posse confideret, eidem, Angeli Simonetae usus opera, qui apud eum gratia et auctoritate plurimum poterat, ut in anti'quam Venetorum amicitiam redeat, multa pro ejus commodo c. 706 atque gloria proponendo ac pollicendo, multa quoque de Mediolanensium in eum perfidia demonstrando, persuadere conatur. Haec Francisco saepe animo volutanti multa etiam veniebant in mentem multaque quotidie occurrebant, quae non modo eum adhortabantur, ut suae suorumque saluti prospicere maturaret, verum etiam plurimum incitabant atque impellebant quod Mediolanenses, mortuo Philippo, illius imperium, quod ad se jure optimo pertineret, temerario quodam impetu occupassent, cum memoria teneret vigesimo jam anno exacto, dum apud eundem Philippum mereret, ultro se ab eo adoptatum, Blanca filia unica sibi in matrimonium data, quod non multo anteaquam ex humanis emigrasset, universum, quod in Longobardia possidebat, imperium ita ab eo publicis documentis sibi concessum constaret, ut post ejus e vita decessum donationis jure succederet, quamvis in ipso prope mortis furore, sicuti principio demonstravimus, aliter suis rebus disposuisse diceretur, variis varia circumferentibus; quod plane animadvertebat Mediolanenses eam, quam sibi per Philippi obitum libertatem vindicarant, tum propter incredibile odium graves intestinasque dissensiones, quae' quotidie inter eos oriebantur, tum etiam propter regendi administran- Mur., 485 dique imperitiam non diu' retenturos esse et exinde tam celebre imperium tandem in Veneto- c. 707 rum manus, nisi quis obstaret, deventurum; quodque etiam, dum in his cogitationibus difficultatibusque versatur, factus esset multis modis certior, summa festinatione inter Mediolanenses Venetosque de pace secreto agi et petentibus Venetis Picininos, simulata in castra profectione, cum his mandatis venturos, ut deinde si voluntarie obsidionem solvere recusaret, Brixiam ingressi circumsessis civibus praesidio pro Venetis essent; accedebat ad haec praeterea et

8. per obsidionem eius — 16-17. idem.... fecere *esp.* — 17. ut praediximus *esp.* — 18. recuperatis - iis *esp.* — 23. cum ob superiore tempore — 24. quamvis.... hostis *esp.* - tamen *esp.* — 28-29. etiam.... multaque *esp.* — 30. prospiceret - maturaret *esp.* — 41. esse *esp.* - ac *invece di* et exinde — 42. quodque etiam *esp.* — 42-43. difficultatibusque *esp.* — 43. fit *invece di* factus esset — 46-l. 1 p. 248. praeterea et gravis *esp.*

gravis liberorum amor et cura et non injustus dolor et assidua Blancae conjugis querimonia his eum verbis tum coram tum literis saepe solicitantis paternas opes adeo injuste a multis direptas atque possessas sibi ipsis et posteris jure debitas, ejus virtutis esse et officii ab injuria vindicare, domum Vicecomitum prostratam atque paene extinctam sublevare, paternum regnum ab interitu eripere, nec pati eo sese et filios ullo pacto defraudari, postremo nunquam se animo laetari aut conquiescere posse, donec se patria extorrem et paternis bonis spoliatam videat restitutam. His rebus diu multumque cogitatis, non amplius sibi cunctandum putavit tam imminenti et suae suorumque vitae et fortunarum omnium discrimini occurrere; itaque per eundem Angelum Simonetam, virum quidem prudentem, cum Venetis, Pasqualis c. 708 eorum legati interventu, de' quo supra mentionem fecimus quoque, posteaquam Pischeriam venerat nunquam eum suo senatui reconciliare destiterat, de pace ac foedere agere coepit. Qui, etsi cum Mediolanensibus de componendis inter sese rebus assidue tractabatur, tamen cum plurimum vel voluntariam Brixianorum defectionem, vel proditionem timerent, praesertim cum quod in primis de Picininis sibi praestari petierant, ob Mediolanensium cunctationem, qui nisi Laude recepta, militem nullum ab ea obsidione abire statuissent, pro temporis angustia minime confici posse viderent, ad eam sane cum Francisco concordiam, quando maxime in lucro esset, propensioribus animis devenerunt.

Summa autem pacis initae percussique foederis haec fuit: ut pax primum et amicitia inter Venetos et Franciscum Sfortiam perpetua sit; captivi utrimque in libertatem reddantur; universa tam brixiani quam bergomensis agri oppida, quae Franciscus eo bello cepisset, Venetis restituat; Crema et cetera Transadduanorum oppida praeter Pandinum, quod laudensis esset agri et Sanctoseverinates jure possiderent, Venetorum; reliqua vero oppida atque urbes, quas Philippus in ipso ejus obitu possidebat, Francisci sint, utque eas facilius assequi valeat, quatuor equitum et duo peditum millia suo sumptu Veneti intra mensem post ictum c. 709 foedus ei auxilio transmittant,' tria et decem insuper aureûm nummûum millia quot mensibus dependant; quae quidem auxilia tamdiu Veneti Francisco praestare debeant, quoad urbe Mediolano potiatur; deinde vero in amicitia et societate inter sese vivant societasque eo jure maneat, ut alter alterius hostes in hostium et amicos in amicorum numero habeant; Veneti Franciscum Franciscusque Venetos, ut rerum postularet conditio, pace ac bello juvent. His rebus per hunc modum compositis atque firmatis, quae solis Alexandro ac Dulcio et MUR., 486 perpaucis quibusdam cognitae erant, operae pretium' fore Franciscus existimavit, ut rem omnem exercitui aperiret; quare omnibus in campestrem planitiem convocatis, ita ex equo locutus est: " *Arbitramus, duces optimi et vos ceteri commilitones, futuros nonnullos, qui non* " *sine admiratione audiant, quae nunc in medium referemus, perinde ac rem novam et inopi-* " *natam. Sed ubi causas atque rationes diligentius cum mente versaverint, non modo desinent* " *mirari, sed potius damnabunt nimiam cunctationem ac patientiam nostram, qui tamdiu cun-* " *ctantes Mediolanensium insidias atque perfidiam aequo animo pertulerimus, de quibus optime* " *meriti sumus; non enim vos latet, quo in statu eorum res essent, quo tempore mortuo Phi-* c. 710 " *lippo duce, patre soceroque nostro ex Picentibus in Galliam Cisalpinam revertimus, cum' Ve-* " *neti, occupatis finitimis et opulentissimis urbibus Placentia ac Laude captisque universis paene* " *municipiis et oppidis mediolanensis agri, ita urbem ipsam undique fere clausam tenerent,* " *ut vix tuto cuiquam portas egredi liceret. Nec estis obliti, quanto cum labore Mediolanensium* " *copias, quae sub Philippo meruerant, minutatim circumquaque dispersas et ob confertissimos* " *hostium exercitus ita territas, ut necubi consistere auderent, unum in locum coegerimus, et* " *eo firmaverimus robore, ut non modo hosti resisterent, sed terrori essent ingenti, ut qui jam* " *plurima pro libidine occuparant facilioraque reliqua sibi omnia ac prona fore putabant,* " *in rerum suarum venire dubitationem coeperint: Parma ex ipso itinere nostro Mediolanen-*

9. virum .... prudentem *esp.* — 10-11. quo .... destiterat *esp.* — 13. Brixiae *invece di* Brixianorum — 22. vero *esp.* — 25. *già* aureorum nummorum - quot *esp.* — 30. His *esp.* — 31. ut *esp.* — 32. aperire - in campum convocatis — 37. eorum *invece di* Mediolanensium — 38. Mediolanensium *invece di* eorum — 45. ingenti *esp.*

“ *sibus societate et amicitia conjuncta est, Sanctum Columbanum citato agmine omnium primum recepimus, deinde Placentiam circumsedimus in maximis rerum omnium, ut nostis, difficultatibus, urbem sane non peditatu modo et equitatu, sed rebus iis omnibus munitissimam, quae non tam ad repugnandum quam ad oppugnandum satis essent superque futurae. Quanto autem cum capitis nostri periculo et vos omnes et nos ipsi in ea oppugnatione expugnationeque fuerimus egregie meministis, cum ex nostris militibus non pauci ceciderint et bombardulae' ictus, quem insidebamus, equum repente transfoderit parumque a nostra nece defuerit.* c. 711 *Expugnavimus pro divina clementia urbem munitissimam opulentissimamque, et Venetorum cunctis viribus, quae ei praesidio erant, superatis, in praedam actis ingenti omnium nostrorum lucro diripuimus. Qua quidem una victoria tantum terrorem veneto militi injecimus, ut consistere eo anno nusquam auderet; cum vero tantam urbem cum universo ejus agro Mediolanensium ditioni adjecerimus, qua illi in nos gratia sunt usi, ea fuit, quod insidiari nobis et clam alia atque alia tentare cum Venetis in perniciem nostram nunquam desierunt. Loquimur autem et querimur non de universa mediolanensi civitate, sed de nonnullis et perpaucis civibus, qui cum semper et nomini nostro infesti fuerint et fortunae nostrae inviderint, ipsis auctoribus, cum multitudo principum consilia sequi soleat, has in nos instructas, quas intelligitis, insidias apertissime cognovimus. Quae autem hoc anno deinde a nobis gesta sunt, universa cognovit Italia; nam quibus stipendiis quibusve commeatibus aciem primo ex hibernis in transadduanos eduximus, nemo est vestrum, qui ignoret, cum per Mediolanenses nummos aureos rhenenses militibus singulis singulos tantummodo dare licuerit; reliqua impensa nostra fuit, quantamcumque praestare valuimus et quo autem studio quibusque innixi viribus praeter' Caravagium totam eam mediolanensi populo regionem recupe'ravimus, vos* c. 712 MUR., 487 *ipsi testes estis, qui laborum socii semper mecum fuistis. Post haec ingentem ac potentissimam Venetorum classem, quae universam prope, ut ita dixerim, cisalpinam transpadanamque regionem infestabat vastabatque ad Casale Majus mirabili nostra industria, invitis fere omnibus, non fudimus solum sed concremavimus, et ne id quidem sine maximo nostrorum civium Cremonensium detrimento; obsedimus postremo Caravagium eorum jussu, et re frumentaria et militum praesidio et rebus omnibus munitissimum et ita obsedimus, ut nos ipsi quoque illorum negligentia et avaritia, quemadmodum vidistis, non minore periculo quam obsessi laboraremus, cum e conspectu hostes castra sua multo quam nostra rebus omnibus munitiora atque formidabiliora firmassent; sed nostra tandem diligentia, labore atque tolerantia, vobis adjutoribus fortissimeque pugnantibus, et hostium exercitum delevimus et Caravagium deditionem facere coëgimus. Hanc ob tanta beneficia, inquam, nobis gratiam homines omnium ingratissimi retulerunt, ut scelus scelere in nostram calamitatem accumularent, obliti in rebus Venetorum secundissimis et suis aerumnosissimis, nostra opera et industria, quin etiam impensa rem prope perditam ad salutem' restituisse et transpadana oppida atque urbes sibi stipen-* c. 713 O r *diarias fecisse; pacisci enim usque adeo cum Venetis studuerunt, ut erepta nobis Cremona et Papia, non modo nos e Longobardia pellerent, sed, quoad ab eis fieri posset, e medio quoque tollerent; pepigeramus autem cum Mediolanensibus, ut Brixia, quam obsedimus, nostra foret, ubi venisset in deditionem, cujus obsidendae gratia, profligatis ad Caravagium hostibus, reliqui universi exercitus milites nobiscum perseverarent, excepto uno dumtaxat Antonio Crothonensium marchione, qui cum suis et aliis perpaucis copiis ad Laudem obsidendam mittendus erat; nos vero cum in brixianum agrum urbem hanc oppugnaturi proficisceremur, Franciscum Picininum, qui nos sequi debebat, ab expeditione nostra averterunt et, ut Laudem peteret, jusserunt; cumque intelligerent propediem brixiani cives in nostram venturos potestatem, clam literas dederunt ad Antonium Martinengum et ad Petrum Advocatum et ad nonnullos primarios cives, quibus eos monebant, ut reliquos cives adhortarentur, ne quid foe-*

8. munitissimam *esp.* - opulentissimam — 9-10. praedam ingenti virtute diripuimus — 21. et *esp.* — 33. inquam *esp.* — 36. ad salutem *esp.* — 41. reliqui, uno *esp.* — 42. Crotonis — 43. brixiensem — 45. brixienses — 46. et *esp.*

“ *deris nobiscum inirent, sed in Venetorum fide persisterent, quod brevi inter Venetos et sese*
“ *non pax modo futura esset, verumetiam societas et perpetua amicitia idque ut facilius effi-*
c. 714 “ *cerent, miserunt nuper ad nos,' ut vidistis Antonium Porrum legatum, qui ineptis quibusdam*
“ *ac puerilibus mandatis nobiscum ageret, ut Brixiae relicta obsidione, in Veronenses copias*
“ *traduceremus, cum urbe Verona, quod facile potitu esse cavillarentur, in deditionem recepta*
“ *nullus foret reliquus de Brixia potiunda labor; nec legatus ipse, quemadmodum scitis, vos*
“ *duces, unquam cessavit vobiscum agere, ut paulatim missis trans Adduam militibus in agrum*
“ *laudensem, nos tandem omnes solos desereretis, quo ita destituti omnino copias hinc adducere*
“ *cogeremur. His igitur cognitis atque patefactis Mediolanensium dolis et insidiis, cum aper-*
“ *tissime perspiceremus, eos nihil aliud quam perniciem et exitium nostrum cogitare, rebus*
“ *nostris prospicere non amplius nobis cunctandum putavimus. Habuimus necessariam et*
“ *honestissimam salutis nostrae rationem, nam ne ipsi vobiscum unaque cum uxoribus, liberis*
“ *et fortunis omnibus per illorum scelus atque perfidiam periremus, ita nuper cum Venetorum*
Mur., 488 “ *senatu pacisci coacti sumus, ut perpetua invicem pace so'cietateque et amicitia firmata, nobis*
“ *auxilio sint futuri ad vindicandum nobis Longobardiae imperium, quod Plilippo duci in ipso*
“ *ejus obitu paruerat, quod nobis hereditario jure debetur. Et ut intelligatis rem non fictam*
c. 715 O 2 “ *esse aut simulatam, omnium' primum urbs Laudis, quae nunc a Mediolanensibus obsidetur*
“ *atque oppugnatur, cum eo pervenerimus, aut miserimus subsidio ex nostris aliquos, nostra*
“ *continuo erit. Itaque ut bono laetoque animo nobiscum sitis, vos etiam atque etiam hortamur,*
“ *si vultis tot tantorumque laborum et periculorum, quae frustra pro Mediolanensibus subistis,*
“ *digna a nobis praemia recipere, quanto enim ampliores erunt facultates nostrae, tanto in*
“ *vos esse benigniores munificentioresque poterimus, id quod tum nostro ingenio quamliben-*
“ *tissime facturi simus, tum etiam pro tot tantisque difficultatibus, quas nobiscum una pertulistis* „.

Hac autem oratione cum maxima singulari quadam ac plane imperatoria et vocis et vultus dignitate habita, tantus repente et tam laetus omnium clamor sublatus est, ut nemini prorsus ex tanta multitudine quicquam respondere licuerit, sed omnes confusis vocibus rogare, ut confestim se novae expeditioni adversus fidefragos et ingratos Mediolanenses accingeret, cum dicerent eum fecisse quamoptime et pro jure atque aequitate, ne diutius in tanto suorum beneficiorum cumulo tantam hominum ingratitudinem pateretur, quod tot tantaque pericula, quae Mediolanensium causa subissent, longe ea libentius pro tanto imperatore forent toleraturi, in cujus salute ac fortuna sua et salus omnis et res secundae positae'
c. 716 essent. Facto dicendi fine, Petrus Cotta legatus, qui paulo ante cum Aloysio Bossio collega haec eadem planius a Francisco cognoverat, Mediolanum celeriter profectus, quae nuper in castris facta essent, civitati renuntiavit. Postridie autem Franciscus Sfortia castra ab eo loco movet et, relictis Brixianorum finibus, toto exercitu magnaque omnium alacritate per Soncinates Mediolanum versus ire contendit; in itinere Ludovicum Vermium, Carolum, Guilielmum Taurellum et reliquos Mediolanensium ductores, quos ad Brixiam socios habuerat, sibi asciscere et, multis per Alexandrum fratrem singillatim propositis praemiis, jurejurando obstringere curat. Interim Mediolanenses Laudem, contra quam complures dies, ut ostendimus, cum magna sui populi multitudine castra habuerant, facta civium deditione in potestatem cum arce acceperant. Eodem tempore Franciscus Picininus, Jacobo fratre cum suarum copiarum parte trans Padum in Placentinos misso, ipse cognito Francisci motu et repentino adversus Mediolanenses adventu, cum residuo copiarum Laudem ingressus, Adduam, ne ab hoste superaretur, custodiri tuerique conabatur. Haec Laudensium rerum in ipso prope suscepti belli initio Brixiaque recessu, commutatio, quamquam Francisci animum primo nuntio graviter per-
c. 717 O 3 tur'barat, quod eam urbem, uti demonstratum est, Veneti, missis cum mandatis jam nuntiis,

---

1-2. brevi cum Venetis non — 5. quod .... cavillarentur *esp.* — 6-7. vos duces *esp.* — 9. Mediolanensium *esp.* — 24. autem, maxima *esp.* — 27. Mediolanenses *esp.* — 29. Tot enim *invece di* quod tot — 35. Brixiae finibus — 39. nititur *invece di* curat — 39-40. contra .... habuerant *esp.* — 41. et *invece di* eodem tempore — 42. ipse *esp.*

ubi eo vel ipse vel ex suis aliqui venissent, ei tradi jussissent (quae res et ad superandum flumen Adduam et ad invadendos terrendosque ea parte primo impetu Mediolanenses plurimum profuisset) tamen mutato trajiciendi fluminis et ineundi belli consilio, haud longe a Castello Leone castra ponit militibusque nonnullis, quos ingenio callido et regionis peritos noverat,' celeriter mandat, ut fluminis ripas diligentius specularentur locumque, ubi pons Mur., 489 secreto construi possit, deligerent delectumque confestim referrent; praeterea Marco Leoni, ex praefectis peditum viro forti atque impigro, dat negotium, ut naves interim, quae faciendi pontis causa Cremonae erant paratae, locum ad quendam non procul ab eo flumine carris noctu deveherentur. Dum haec aguntur, sex a Mediolanensibus cives missi ad eum legati veniunt, quorum primi Bartholomaeus Moronus et Jacobus Cusanus jureconsulti fuere; hi data loquendi copia haec suae reipublicae nomine verba fecere: " *Ut primum ex Petri Cottae legati reditu populus mediolanensis te a sua amicitia discessisse tantosque motus ita repente et inopinato a te agitari simulque causas cur id feceris teque deinde ad inferen'dum sibi bellum properare intellexit, quantam omnium animis admirationem quantumve do-* c. 718 *lorem is injucundus insperatusque nuntius attulerit, haud facile verbis exprimere possemus, cum tota mediolanensis civitas, quae paulo ante ob res, te auctore atque duce, prospere gestas, in summa felicitate atque laetitia erat, hoc tam acerbo nuntio ita gravi vulnere affecta est, ut ex maximo gaudio in summum moerorem et lacrymas conversa sit. Proinde nos ad te celeri itinere hortatum, oratum deprecatumque missi sumus, ut hanc, quam in nostram rempublicam videris suscepisse indignationem, ex animo deponas et optimam multorum erga te voluntatem et non paucorum (si qui sunt) peccatum metiri velis, cum affirmare se posse civitas nostra dicat, nihil earum rerum in te commisisse, de quibus te quamgraviter queri ex tuo legato nuper audivit; propterea te oramus et quanto majore possumus studio obsecramus, ut nullam velis populo mediolanensi injuriam nullumque maleficium inferre; arma non in eos, qui tui sunt, sed in communes hostes exerceas et si quid a Mediolanensibus velis, tuum erit postulare, quia nulla in re, quoad fieri possit, civitas nostra tibi deerit. Quod atqui, si ita tibi omnino in animum induxisti, ut conata contra Mediolanenses per'ficere in-* c. 719 O4 *tendas, te rogamus, ut nostris saltem ducibus nostrisque copiis, quae in tua sunt potestate, Mediolanum redire libere permittas* ". Quibus Franciscus ita respondit: " *Si Mediolanenses, vel potius qui reipublicae summam tenent vosque huc miserunt, recte memoria repetissent, quomodo mecum egerint, posteaquam in Longobardiam ex Picentibus redivimus, sane neque hanc rerum novitatem tantopere admirarentur, neque hos motus ita, ut exposuistis indignos censerent, et si dolebant, se non immerito dolere judicarent, cum quemque malefactorum conscientiam accusare aliquando et deflere oporteat; nam si quid Mediolanensibus adversi accidit, non id aliena sed eorum culpa accidisse, quisque justus rerum aestimator intelliget; quin etiam comperiet Francisco non tam de illis querendi quam dolendi coram Deo immortali atque hominibus, de illis graviter querendi et suae suorumque saluti consulendi causam jamdiu fuisse justissimam* ". Quod ut apertius ostenderet, eadem a se in Mediolanenses collata beneficia easdemque sibi illatas a Mediolanensibus injurias memoriter recensuit, quas paulo ante ad Brixiam exercitui commemoraverat, adjecitque ne hoc quidem Mediolanensibus esse mirandum, si a vulgi inscitia, si a multitudinis ingratitudi'ne, si a civium nonnul- Mur., 490 lorum ex civitatis primoribus perfidia, qui suae perniciei semper studuerant,' se eripuerit, c. 720 quorum Vitalianum Borromaeum, Arasmum Triultium, Innocentium Cottam et Antonium Sextum, bracianarum partium suis saepe sermonibus principes designabat; quam quidem rem non sponte, sed invitus necessarioque coactus fecerat; addiditque praeterea oppida atque urbes universas, quibus imperasset Philippus, tum donationis tum hereditario jure ad sese

5. celeriter *esp.* — 14. sibl *esp.* — 19. celeri . . .'. deprecatunque *esp.* — 26. quod *esp.* — 33. dolent — 36-37. non tam . . . . hominibus, *esp.* — 37. de illis graviter querendi *esp.* — 39. memoriter *esp.* — 42-44. eripuerit, quo tum principes bracianarum partium fautores suis saepe sermonibus nominabat; quam quidem P

conjugemque Blancam et liberos suos, nec ad alios spectare. Quae quidem omnia jure sibi debita, si sibi nunc armis, quando aliter nequeat, vindicare conetur, se nemini injuriam facere; duces autem et copias eorum, quae apud se essent, in castris ulla vi teneri, cum iis Mediolanum vel alio si se conferre voluerint, liceret; postremo, etsi injurias ulciscendi tempus facultasque adesset, tamen se eas, quaecumque essent, oblivioni mandaturum, et laeniorem quam opinarentur in Mediolanenses futurum, cum ea esset sibi omnino voluntas, multis potius ignoscere, quam de paucis vindicare et malle omnes quam partem amplecti. Interim exsequentibus imperata missis, Hernestes et Honofrius fratres ex nobili Aquobiba familia, sed diu Verona patria exules, Machasturnam arcem Francisco se tradituros peramice ac peropportune pollicentur; quam quidem arcem a Philippo dudum dono datam trans Adduam in c. 721 v5 ipsa fluminis ripa' sitam possidebant, locum sane cum ad necessitatem, tum ad securitatem construendi in eo flumine pontis aptissimum. Ea autem re nuntiata, Franciscus gravi transeundi fluminis sollicitudine levatus, statim Salernitano mandat, ut sumptis iis equitum peditumque cohortibus, quas usui sibi fore putaret, eo advolaret, schaphisque trajecto amne, in arcem praesidium imponeret; deinde adductis navibus, pontem in Addua aedificandum castellisque ab utraque ripa muniendum summa diligentia celeritateque duraret. Post haec Hermolaum Donatum, Gentilem leonissanum, Robertum bodiensem ac ceteros captivos, qui, uti supra ostendimus, in cremonensi arce custodiebantur, ad se adduci jubet eosque benigne et perhumaniter exceptos armisque et equis condonatos ad Venetos missos facit. Ceterum sub eosdem dies Carolus Gonzaga cum ducentis et mille circiter equitibus quingentisque peditibus ab exercitu per noctis silentia, ignorantibus ceteris, discedit, quod paulo longius a reliquis stationes fecerat et per Cremonenses, ad municipia quaedam, quae in agro cremonensi Olio propinqua et mantuano agro finitima possidebat, concitatis calcaribus equis, sese recepit. Duo haec adversa et Laudis amissio et Caroli fuga, cum eodem fere tempore et in ipso c. 722 nuper suscepti' belli initio accidissent, permultorum in castris virorum insignium animos perturbarunt et moeror non mediocris omnem paene exercitum occupavit. Suspicabantur enim qui Francisci praesertim commoda cupiebant, ne ceteri qui sub Mediolanensibus meruerant, Caroli sequerentur exemplum; at Franciscus animo semper infracto omnes, ut bono sint animo, hortatur, cum neque se dubitare multis de causis affirmaret, quin tandem justitiae Mur., 491 favente Deo, coeptum jam bellum eum esset finem' habiturum, quem ipsi optarent. Haec et hujusmodi incommoda, quae haud nunc primum sustinere didicerant, fructus esse demonstrat, quos saepe solet et fortunae acerbitas et varii bellorum casus afferre; sed eos invicto Mur., 492 esse' animo perferendos, nec decere viros fortes in bello ulla quavis adversa fortuna deterreri aut frangi, cum nihil sit aut tam arduum aut tam durum, quin virtute et tolerantia superari possit.

---

1. Blancam, nec ad alios *esp.* — 7. paucis vindicare et malle — 8. Bibaqua *invece di* Aquobiba — 19-20. donatos ad Venetos remittit. Per eosdem — 21-22. a reliquis tendebat et ad municipia — 25. nuper *esp.* — 33. quavis *esp.*

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER DECIMUSQUINTUS

His rebus peractis ponteque ex sententia in Addua confecto, Franciscus toto Mur., 491 exercitu, non ut hostis, sed ut' amicus in Laudensium fines transit atque, apertis c. 723 undique belli gerendi itineribus, ea solertia omnia peragit, ut nihil quod ad res conficiendas attineret, memoria, consilio, animo omittere videretur: primum omnium Mediolanensium ducibus atque praefectis secretos custodes ponit, ut quid agant quidve loquantur, ab his quotidie cognoscat; trans Padum certos mittit nuntios Johannem Anguissolam comitem ex praefectis equitum, Antonellum Ruffum et Jacobum Palmanum Placentia oriundos, familiares suos, qui Placentinos, quos Mediolanensium dominationem aegre ferre sciebat, ad deditionem solicitarent; classis insuper partem, quae Papiae, ut ostendimus, asservabatur, celeriter armari jubet, flumen Padum custodiri, hostes ultro citroque transitu prohiberi et magnam commeatuum copiam ad alendum exercitum Papiae comparari. Post haec Aloysium Bossium Mediolanensium legatum, qui nondum ab exercitu abierat, cum sibi haud licere diceret, nisi a sua republica jussus, inde discedere, humaniter admonet, ne post hac in suo exercitu pergeret immorari hortaturque praecipue, ut cum Mediolani esset, Theodoro fratri propositis praemiis suaderet, ut ejus necessarios partium suarum faceret optimatiumque deinde civium voluntatem sibi, quoad possint, reconciliarent, civitatis utilitatem privatis affectionibus' anteponerent, publicis rebus praetermissis, domesticis com- c. 724 modis prospicerent, et quod erat maximum, id re omnium incolumi sponte facere maturarent, quod vitare non possent quodque tandem, si bello et armis contendere velint, magnis omnium incommodis magnisque sumptibus vi essent facturi; se interim Mediolanensibus nullum maleficium inferri passurum; quod si in eorum fucatae libertatis tuendae pertinacia persistere et bello secum decertare maluerint, ne mirarentur, neve dolerent Mediolanenses, si aliter in eos statueret, quod certe invitus faceret. Haec autem omnia Christophoro Bravo parmensi legato communicat, qui paulo ante in castra venerat a Parmensibus missus, ut quo ipse animo in posterum erga eos futurus esset, ab eo cognosceret. Parmenses proinde hortatur, ut Mediolanensium partes posthac relinquant: sese sibi veteris amicitiae memores amico amici jungant; sed si qua honesta causa in praesentia id sibi minus facere videretur, ne interim se bello implicent, neve ulla re Mediolanenses, ad versus quos bellum gesturus esset, juvent; in pace cum possint vivant, familiariter admonet. Praeterea quoniam ad alienam opem' nutriendi exercitus causa sibi confugiendum erat, quandoquidem suae vires fa- Mur., 492 cultatesque diuturnis multiplicibusque' attritae sumptibus nequaquam tales essent, ut tanto c. 725

---

3. His.... peractis *esp.* - ponte — 6. omitteret - videretur *esp.* — 19. affectibus - rebus non domesticis — 24. conquerentur *invece di* dolerent — 25. autem *esp.* - ab eo *esp.* — 28. proinde *esp.*

exercitui necessaria suppeditare posset, cum hactenus magis veteranum exercitum benevolentia quam opum beneficio in officio continuerit, neque novum milites spe futuri commodi diu in fide retinere posse confideret, ad Florentinos et ad Cosmum Medicem, omnium in Italia ea tempestate ditissimum et magnae in sua patria auctoritatis civem, deinde ad Genuenses, quibus per id temporis Janus Fregosus, magni animi vir, primus erat in ea republica princeps, cui superiore anno Drusianam filiam ex concubina susceptam desponderat, item et ad Leonellum Estensem haec eadem ipsa nuntiatum mittit petitque ab iis pro conjunctionis et antiquae amicitiae jure longo usu inter eos servatae, ut se in tanto bello juste necessarioque suscepto aut pecunia aut copiis juvent beneficiumque, quod ab iis accepisset, nunquam intermoriturum demonstrat. Ad Venetorum postremo legatos, qui Brixiam jam redierant proficisci iubet qui apud eos instaret, ut promissae destinataeque ex foedere auxiliares copiae ad se celeriter mitterentur. His rebus constitutis, Franciscus biduo, posteaquam flumen trajecerat ad Casale Posterlengum vicum profectus, ibi castra firmat, ut ex eo loco placentinis
c. 726 rebus, quas, solicitantibus nuntiis,' magno motu teneri audiebat, deditioni faciendae adjumento esset. Ceterum, dum haec geruntur, Jacobus Picininus, qui Burgonovo paucis ante diebus se incluserat, cognito Francisci in Laudenses transitu, omnibus copiis ingredi Placentiam statuit, trepidam ac factionibus variis laborantem civitatem in potestatem acceptam, facile in fide continere et milites ibi alieno sumptu per hyemem alere posse arbitratus; itaque instructo agmine citatoque gradu eo proficiscitur urbemque introire multis artibus contendit. At cives id maxime veriti, quod Jacobo jam erat in animo, cunctas urbis portas claudunt atque ei introire conanti, qui ad Latae Viae portam mane appulerat, respondent, nequaquam se illum tot armatum stipatumque copiis introducturos. Quod ubi Jacobus praeter spem evenisse videt, relicto Burgonovo, Florentiolam, quae tunc oppida in Picininorum erant potestate, ad multam noctem se recepit. Postridie vero ejus diei, quo eo venerat, Franciscus, cum ad visendam classem, quae nuper Philippo Eustachio praefecto e Papia solverat et e regione Placentiae in Pado ad anchoras steterat, cum paucis se contulisset, fit ex ea urbe fre-
c. 727 quenter certior, totam civitatem jam metu liberatam rerumque novarum cupidam' in armis
Mur., 493 atque tumultu versari, civibusque primariis amissis' diu multumque solicitatis reconciliatisque omnium fere animis, rem esse jam ad recipiendum eum inclinatam. Quare nec multo post, cum ibi adhuc esset, ad urbem accersitur; qui etsi sibi a plerisque haud tuto consilio ei se genti militem praesertim inermem committere posse praedicebatur, quam superiore anno tam insigni et memorabili calamitate affecisset, tamen eorum civium fide fretus, qui ad id eum hortabantur, quorum inter ceteros primi erant Johannes Anguissola, de quo ante mentionem fecimus, et comes Manfredus Landus, utrique suae Anguissolae et Landae factionis principes, de quibus maxime multis de causis benemeritus esset, mox flumine galeonibus trajecto, urbem magno omnium consensu et laetitia ingreditur atque in forum usque perductus, qua venerat, eo consilio mox regreditur, ut postero die eo rediret et ita cum paucis inermibus eodem postridie reversus majore civium municipumque numero majoreque plausu et laetitia excipitur atque consalutatur. Quo facto divique Antonii arce cum urbicula recepta, cives pro more exhibitis portarum clavibus, nullis petitis conditionibus, sese ei atque
c. 728 urbem dedidere. His confectis rebus, Franciscus,' posteaquam Thomam Tebaldum bononiensem civitati et Salernitanum cum equitibus sexcentis militum praesidio praefecit, in castra jam sero remigravit. Placentinis rebus per hunc modum bidui spatio compositis, ne in iis locis exercitus per cibariorum inopiam Laudensibus in hostium potestate constitutis diminueretur, ita Papiam visum est Francisco propius accedere, ut inde commeatus sine periculo abunde in castra importari possent. Ob eam rem inter papiensem mediolanensemque agrum ad Lardiracum vicum ducit, Papiae terga, Mediolano frontem vertens. Ceterum ex

5. primus *esp.* — 6. item *esp.* — 8. usu .... eos *esp.* — 10-11. redierant mittit ut — 12. Franciscus *esp.* — 15. Ceterum *esp.* — 24. vero *esp.* — 24. quo .... venerat *esp.* — 30. sibi *esp.* — 33-34. de .... fecimus *esp.* — 34. utrique suae *esp.* — 35. multis .... causis *esp.* — 43. vespere *invece di* sero

itinere fratres tres Sanctoseverinates, liberis uxoribusque Mediolani relictis, cum octingentis circiter equitibus ad eum velut futurum Mediolanensium ducem et principem, nullis neque impetratis neque postulatis rebus, deflectunt, cui libero sese animo permittentes, brevem hanc publice orationem habuere: se non spe praemii, sed veteri a parentibus inchoata necessitudine ductos, conjugibus, natis bonisque omnibus in hostium manu dimissis, ad eum venisse, cum non post partam de Mediolanensibus victoriam, quam Deo propitio haud ei defuturam sperarent, secundis rebus et in magna opum affluentia ad eum confugere, sed dum ipse in laboribus periculisque versetur, suo beneficio, si quid erat, adjuvare et secum utramque for- *c. 729* tunam experiri constituerint. Quibus Franciscus acceptis, gratias habuit gratissimumque sibi esse et eo maxime tempore jucundissimum eorum adventum demonstravit, contraque beneficii ita adeo se gratum ac memorem futurum, ut optime id collocasse re ipsa intelligerent. Et quoniam guilielmiana vermianaque res nondum erat jurejurando et scriptis firmata legibus, quod Guilielmus, nisi impetrata Alexandria, quae res erat Francisco admodum' ingrata, ne- MUR., 494 gotium suum scriptis transigi nolebat, quodque Vermius, quamquam se eidem morem gesturum et quaecumque vellet sine pretio facturum affirmabat, tamen id, quo minus scripto exstaret foedere, rem ex die in diem ducebat, decrevit duobus his ducibus Franciscus, priusquam in Mediolanensium fines progrederetur, causam suam modeste aperire hortarique eos, ut id a se vellent, quod esset et illis petentibus honestum et sibi non difficile concessu donanti; quem semper essent, re praesertim mediolanensi parta, et liberalem et munificum benemerentes habituri ac eo quidem munificentiorem, quo sese sibi aequior secundiorque fortuna ostenderet. Quare Vermius, deditis eo maxime tempore' Placentinis, in quorum finibus multa *c. 730* praedia et castella possidebat, quae eum res potissimum adhuc suspensum tenuerat, omnibus praetermissis conditionibus, sese libere Francisci arbitrio permisit. Sola re stipendii lege sancita, uno hoc tantummodo addito facileque impetrato, ut Antonia, unica ejus filia, Sfortiae Francisci filio ex matre eadem, qua Drusianam habuerat, suscepto, nubilibus advenientibus, annis, matrimonio jungeretur; itaque et Vermii et Guilielmi res Alexandria sibi per feudum, ut vocant, concessa uno atque eodem tempore composita est. Et ob id Franciscus maxima cura liberatus, liberiusque procedere posse ratus, circa kalendas novembres ad Casolatum vicum movit.

Jam hyems maturescere et continuus exercitum imber labefactare graviter coeperat. Quamobrem Franciscus, qui nulli rei magis in bello, quam quod posset non solum a ceteris incommodis, verum et ab hyemis imbriumque calamitate milites servare studebat, non tentoriis aut factis ex tela tegminibus, sed tecto deinde uti constituit, cum id praesertim habita a regionum peritis agrorum ratione, qua maxime sibi eundum putabat, facile fieri posse intelligeret. Nam regionem eam omnem, quam veteres Insubriam appellaverunt quamque ab una parte' Alpes, quibus a Theutonis et Transalpinis Gallis Italia sejungitur, et tres inclyti amnes *c. 731* Padus, Addua et Ticinus a tribus reliquis partibus claudunt, vicis, villis tuguriisque frequentibus et feracibus insuper agris refertissimam reperiebat et usque adeo iis omnibus rebus munitissimam, quae ad hominum jumentorumque usum pertinent, ut non mediocri admiratione teneretur. Et quod saepe dicere solitus esset, memoria repetens, cum a Messanae freto ad Taurinos usque montes universam prope Italiam tum pace, tum bello peragrasset, nullam aliam mediolanensi patriae Laudensium Papiensiumque inter eos amnes adjunctis finibus conferendam vel vidisse vel audivisse asseveraret. Nam si quae erant aliae in Italia provinciae agrorum feracitate insignes, non omnibus iis tamen rebus, quibus ipsam abundare constabat. Quo fiebat, ut ea ipsa Insubriae provincia et agri ubertate et aedificiorum frequentia et populorum multitudine inclyta, jure meritoque cum ad ceteras res, tum maxime ad alendos exercitus longe reliquas antecellere judicari posset. Totis igitur cohortibus per

9. gratias egit — 11. ita *esp.* — 21. *avanti a* Placentinis *era scritto* Florentinis, *che l'amanuense stesso espunse* — 26. sibi *esp.* — 27. ut vocant *esp.* — 36. quibus a Germania et Gallia Italia — 43-47. Nam.... cohortibus *esp.* — 47. Copiis igitur per

proxima aedificia dispositis, quae et frumenti et cetororum cibariorum plena erant, cum parum seu nihil suarum rerum Mediolanenses in loca tuta pro temporis angustia conferre potuis- c. 732 Mur., 495 sent,' Rosatum, Binaschum et Clarella, permittentibus sese pri'mo adventu municipibus, a Mediolanensibus desciscunt et, vagantibus deinde per patentissimos campos longe lateque militibus, omnia in praedam agi ac tumultu et pavore ingenti misceri coeptum est. Quod ubi animadvertit Franciscus pro ejus prudentia atque mansuetudine, regionem praesertim improvisam adortus, alia ratione vincendi quam impetu et belli immanitate in Mediolanenses uti constituit; proinde edici tubarum praeconio jubet, ut nemo miles neque mediolanensem civem, neque municipem, neque villicum agrive cultorem, neque pecus ullum caperet, neque aedificia incenderet, et si quid esset in praedam abductum, mox dimitteretur; huic edicto suspendii poenam constituit, eo consilio et humanitatis artibus contra multorum sententiam tentandum prius censebat, an sibi reconciliare nobilium mentes et plebem allicere posset. Postero autem die, quo haec gesta sunt, Binaschi arce in Mediolanensium fide permanente, Franciscus, relictis in stationibus impedimentis, sic eo loci cum exercitu proficiscitur, ut vel metu, vel vi, vel oppugnatione, arcem, quo celerius possit, in potestatem redigat. Non videtur c. 733 P1 rem ridiculam et joco dignam, quae hoc contigit,' silentio praeterire. Priusquam a Francisco toto agmine Binaschum ventum est, magna equitum peditumque levis armaturae multitudo praecesserat arcemque circumdederat illiusque defensores permulti ita acriter sunt interminati, ut si quod telum dejecerint quemquamve percusserint, graves poenas gravesque cruciatus essent daturi. Itaque quamquam arcem altissimus murus, altissima fossa altissimaque aqua cingebat et praesidio cibariisque satis abunde a Mediolanensibus provisum fuerat, tamen, ut erat praefectus bellicae artis ignarus, sic iis auditis vocibus et per campos tot armatorum hominum millibus prospectis, obstupuit simulque animo defecit et protinus suos a telorum conjectu prohibuit. Quod cum intueretur Franciscus propius ad fossae marginem accessit et sic homini inquit: " *Nisi hanc mihi, arcem nunc, praefecte, tradideris, nulla mora* " *erit, quin eam hastis ensibusque omissis, tormentis, quae non longe structa sunt, praecidamus* " *expugnemusque, in qua nunc tibi tam tutus videris eminere et quanto nunc sis excelsior,* " *tanto fies inferior, simulque isti, qui tecum sunt, omnes in fossam praecipites concident* „. Quo " dicto praefectus et praesentia imperatoris et vultu perterritus, Jacobum Lonatem, ex pro- c. 734 pinquitate agri sibi familiarem,' vocat eoque deprecatore usus, orare obtestarique coepit honoris causa tantum sibi temporis dari, quo haec Mediolanensibus nuntiare responsumque ad diem posterum exspectare possit. At Franciscus, ubi hominem ita attonitum perterritumque videt, multo se quam prius acriorem iratioremque ostendit et clara rursus inquit voce: " *Quid tempore, quid Mediolanensibus ad haec opus est? Si nunc, nunc inquam, arcem* " *non dedideris, nemo te hodie praeter Optimum Deum meis e manibus eripiet* „. Ita bonus ille vir his verbis fere exanimatus inclinavit arcemque continuo tradidit. Qua recepta et praesidio imposito, mox receptui cani jussum et in castra reditum est. Quibus confectis rebus, quatuor mediolanenses cives Jacobus Cusanus, Georgius Lampugnanus jurisperiti, Petrus Cotta et Paulus Amico, sua in civitate viri primarii, impetrata fide publica cum iisdem fere' Mur., 496 mandatis in posterum diem ad Franciscum legati veniunt, cum quibus ad Castellum Leonem legati priores venerant; nam facta exponendi potestate, duo priori tantummodo legationi addiderunt: unum quod mediolanensis populus, quamquam de ejus in Laudenses transitu audierat, nequaquam tamen suum' exercitus imperatorem tam aperte bellum sibi illaturum c. 735 P2 credere potuerat, nisi post recentem Placentinorum' et proximam Mediolanensium municipum ad eum defectionem; quamobrem, cum ipsum ex defensore apertissimum sibi hostem factum Mediolanenses viderent, maximo in moerore atque fletu totam civitatem versari di-

---

5. misceri coepta. Quod — 14. loci *esp.* — 15. vi et oppugnatione - quo celerius possit *esp.* — 15-16. Non videtur.... praeterire *esp.* — 25. accedens - et sic homini *esp.* - inquit *posposto a* mihi — 29. et comminatione perterritus — 33. inquit *esp.* — 38. quatuor.... cives *esp.* — 39. sua in civitate *esp.* - nobiles *invece di* primarii — 41. et *invece di* nam

cebant; proinde rogare ab inferenda Mediolanensibus injuria desisteret infensumque in ipsos, quem habeat, animum deponeret et, si quid eos vellet, re publica incolumi peteret, quod facile esset impetraturus; alterum, si nulla amplius spes paci, si precibus nullus omnino apud eum locus relictus esset, Mediolanensium copias, quas secum adhuc ducebat, missas Mediolanum faceret. Ei legationi Franciscus per eandem quoque orationem respondit, per quam priori responderat legationi, seque nemini injuriam facere dixit, si id quod jure suum esset, ab occupantium manibus eripere conaretur et a nonnullorum praesertim tyrannide, qui suo nomini suaeque dignitati inimicissimi semper fuissent semperque suae et suorum perniciei minus merito studuissent; copias autem, quas etiam suas Mediolanenses appellabant, nulla vi, nulla arte suo in exercitu teneri, nam sic iis, qui in castris remanserant, Mediolanum redire, si vellent, licebat, quemadmodum ceteris licuerat, qui jam, ut viderant, eo incolumes redissent ejusque rei Georgium' annonensem praefectum esse testem, qui, ubi de suo ad Mediolanenses *c. 736* reditu sermonem fecit, statim sibi duabusque simul cohortibus discedendi e castris potestatem fecisset. Haec etsi satis Mediolanensibus ex legatorum reditu nota fore arbitrabatur, tamen placere ei dixit Mediolanum quoque legatum suum mittere, qui populo quod legationi utrique non tam responderat, quam demonstrarat atque proposuerat, ipse coram referret. His responsis Mediolanum legatis redeuntibus, plerique de exercitu milites, cupiditate praedae inducti, obvii fiunt eosque bonis omnibus exuunt. Quod ubi Franciscus accepit quam graviter rei indignitate commotus, quod in suo maxime prope conspectu facinus tam indignum contra jus gentium, contra fidem publicam in legatos homines perditi admisissent, eo loci celeriter equo defertur et quot ex iis comprehendi possunt, ad se perduci jubet; quorum auctoribus fune suspensis, reliquos legatorum precibus vita condonat; deinde legatis ipsis, quod ex amissis rebus repertum est, restitui, quod defuit, de suo resarciri mandat. Eo Mediolanum legatorum reditu quamquam nonnulli cives, qui tum in republica plurimum poterant, quorum principes supra nominavimus, ardentissimo Franciscum odio insequebantur nobilitatemque ac plebem miro studio in eum quo'tidie concitare non cessabant; tamen cognita *c. 737 P 3* in civitate, tum in omnes, tum praecipue in Mediolanenses, principis liberalitate atque mansuetudine et ingenti virtutum suarum nomine, ita pro repentina rerum novitate pars major nobilita'tis plebisque in eum reconciliata videbatur, ut non ingrata civitati ejus dominatio, ubi de *MUR., 497* dedenda urbe ageretur, futura putaretur. Qua quidem in re Benedicti Reguardati, ut paulo ante ostendimus, legati eo a Francisco missi, oratio disertissima, quam in ducali aula ad populum habuerat, plurimorum mentes confirmarat. At Georgius Lampugnanus, quem supra in legatorum numero fuisse diximus, summae audaciae et temeritatis homo id repente suggestum ascendit, unde Benedictus descenderat, et temeraria ac perniciosa oratione ita disseruit, ut omnia perturbaverit mutaveritque et omnium voluntates paulo momento a Francisco averterit, nam inter reliqua dictu nefanda, quae nunc honestius silentio praeterire constituimus, his verbis vultu voceque vehementi usus est: praestare hoc tempore Mediolanensibus pro comuni libertatis salute omnia dura, omnia extrema pati, quam in hominis huius teterrimi, mediolanensis patriae hostis, potestatem devenire, ipsum uxoremque, quos foedis saepe nominibus' appellabat, tanti principatus fastigio indignissimos esse; multos Franciscum *c. 738* habere fratres, plures filios, complures utrimque propinquitate affinitateque conjunctos; horum quemque dominum sibi futurum, quorum tyrannide insatiabilique avaritia multis variisque sumptibus populum mediolanensem continenter fatigari et varias in partes distrahi foret necesse; liberos non parentum, non cognatorum arbitrio, sed eorum praescriptu nutui tradi oportere, nuptas innuptasque in stupra, in adulteria trahi, rapi; civium bona aut jure aut injuria auferri, publicari; praeterea dirutam et ad solum eversam Jovis portae arcem publico

1. proinde *esp.* — 4-5. ducebat, remitteret. Ei — 13. turmis *invece di* cohortibus — 14. impetrasset *invece di* fecisset — 15. placere ei dixit *esp.* - mittere constituit qui — 19. quam graviter *esp.* — 22. strangulatis *invece di* suspensis — 25. quorum .... nominavimus *esp.* — 27. Francisci *invece di* principis — 36-37. quae .... constituimus *esp.* — 37. praestare inquit hoc — 38-39. huius, mediolanensis .... hostis *esp.*

sumptu atque sanguine instaurari, quin etiam uxores filiosque ulciscendae injuriae causa ad cementa lapidesque importandos cogi.

Quibus dictis multitudo ignara, quae natura magis impetu quam ratione movetur, mox ira furoreque incensa, multa per urbem insolenter ac temere dicta jactare coepit; nam alii per contumeliam in Franciscum graviter invehunt, alii alia per longa mendacia fingentes multa ei vitio tribuunt, et adeo multis irarum ministris intemperantes animos concitantibus in eum exarserunt ut, quamvis antea, ut demonstratum est, optima de ipso in civitate opinio *c. 739 P 4* haberetur, nemo tamen illum postea ausus' sit, nisi per ignominiam appellare. Deinde ad rei bellicae studia conversis omnium animis, magistratus, qui reipublicae summam tenebant, Franciscum Picininum in urbem cum copiis introducunt, item Carolum Gonzagam, qui sese eis auxilio affuturum pollicitus erat, accersunt populoque universo ducem moderatoremque praeficiunt: milites tam ex perfugis quam ex popularibus, quod aliunde conducendi facultas erat nulla, mercede conducunt; Vintimilianum Moguntiam praesidio mittunt, Abiatem, Bustum Arsitium et Canturium, quae sunt oppida circa Mediolanum posita, urbem etiam Comum ac Novariam, quo majore possunt militum ac pilulariorum numero, quorum Mediolani infinita erat paene multitudo, muniunt; praeterea ad Fredericum tertium, Romanorum eo tempore regem, qui postea, Romam profectus, Imperator appellatus est, ad Alphonsum regem, MUR., 498 ad Ludovicum, Sabaudianorum ducem, implorandae opis causa legatos mittunt; ad' Carolum vero Francorum regem, ad Ludovicum vero, ejus primogenitum, Delphinum viennensem, et ad Philippum Burgundionum ducem literas exarant, quibus de eo bello, quod sibi a Fran- *c. 740* cisco inferebatur, certiores faciebant et multa regibus, velut' ab oris Italiae longo intervallo remotis, Petro Candido viglebiense dictante, per impuram ac nefariam rerum narrationem summi viri dignitatem polluere multorumque criminum falso incusare conabantur; nam Mediolanenses, qui tunc maxime rempublicam gubernabant, dum non tam nostrorum quam externorum principum animos suae partis facerent et ad praestanda sibi belli auxilia adducerent et in Franciscum omnium odia concitarent ejusque nomen, ubique gentium celebre, conviciis et calumniis obscurarent, pro veris falsa in vulgus disseminare, literis nuntiisque mandare non pudebat. Haec ubi tot tantaque ignobilium publicanorumque maledicta Franciscus cum ex multis e Mediolano venientibus, tum ex literis eisdem, quae interceptae et ad eum mox delatae fuerant, rescivit, nihil pensi habuit eumque illorum esse morem dixit, qui in bello viribus diffisi, ad maledicendi artes fictosque dolos plerumque confugiunt; quas ob res aperto deinde Marte Mediolanenses undique urgere premereque constituit. His rebus constitutis, Abiatem primo circumsedit, quod, ut praediximus, oppidum valido Mediolanensium praesidio tenebatur; id tormentis adortus magnaque in muros triduo patefacta *c. 741 P 5* ruina, oppidanos de' deditione tentare coepit. Quibus nequicquam respondentibus, quamquam suapte natura miserorum omnium et illorum praesertim calamitatem, quibus ipse ac posteri essent imperaturi, invitus videbat, tamen quia ea se celeriter obsidione solvere cupiebat et in novo bello milites aliquo praedae emolumento reficere opportunum judicabat, oppidum expugnare diripereque constituit. At, dum haec geruntur, Blanca conjux, quae Papiam nuper venerat, obsessos frequentibus nuntiis commendat non vulgariter. Commendationis causa haec fuit, quod ab ipsa infantia cum matre Agnete eo usque ibi educata fuerat, quo viro tradita est; diligebat propterea Abiatenses et veteris consuetudinis et familiaritatis memor non mediocriter. Quare Franciscus, uxoris precibus facile indulgens, sententiam expugnandi oppidi mutat servandosque omnino miseros ac inscitiae ignoscendum dicit; proinde admoneri rursus de deditione oppidanos mandat, ne oppidi expugnationem expectare, neve militum saevitiam experiri velint. At illi rei bellicae ignari in sua pertinacia ac temeritate persistentes, velle se Mediolanensibus fidem servare dicunt. Quo responso audito, illico

---

13. Modoetiam *invece di* Moguntia - Abiatum *invece di* Ablatem — 14. posita *esp.* — 19. *secondo* vero *esp.* — 32-33. His .... constitutis *esp.* — 33. Et Abiatum — 39. dum .... geruntur *esp.* — 40. non vulgariter *esp.* — 43. facile indulgens *esp.* — 44. miseros *esp.* — 47. audito *esp.*

exercitus omnis fervere et omnes oppidi aviditate praedam praedamque conclamantes' ardere c. 742 coeperunt; concurrit ob id Francisci injussu eo loci, ubi in oppidum patebant aditus, ingens gregariorum militum multitudo. Qua re animadversa, mittit Franciscus eo quam celerrime Dulcium comitem, qui cunctos inde milites submoveat; sperabat enim Abiatenses, perspecto quanto in periculo versarentur, sese suae fidei extemplo permissuros. At Dulcii adventu cum per inducias a telorum conjectu desitum esset, clamat de muro oppidanus quidam ad alteram esse oppidi partem eundum, qua maxime tumultus aberat; ibi adesse, qui de deditio'ne MUR., 499 conveniant. Qua voce dum eo Franciscus proficisci maturat, ita mediolanensis quidam e muro in eum pilulam contorsit ut, si posset, euntem vita spoliaret. Quod sceleratam pilularii mentem haud fefellisset, nisi forte venabulum pilulae ictum excepisset, quod lato ferro miles quidam circa ipsum pedes inter ceteros sedulo gradiens, cui Johanni Grandi nomen cognomenque erat, gestabat. Quare magis atque magis irritatis militum animis, ad periclitantium praedam frequentius conclamatur; Franciscus autem impavidus eo ire, quo coeperat, pergens, non nunc sibi moriendum fuisse ait; qui, cum ad destinatum locum pervenisset neminemque comperisset, molestius' id sane sibi esse dixit quam quod modo pilularius egis- c. 743 set: cum irridere eum homines perditi et dementes ac ex die in diem oppidi deditionem ducere viderentur. Haec Franciscus, etsi nonnihil detrimenti atque ignominiae sibi afferre videbantur, tamen conjugis causa aequo animo ferebat; jubet proinde rursus neminem oppidi moenibus appropinquare Abiatensibusque praedici, se non posse plurimum non admirari, quod in tanta adhuc etiam insania perseverarent, cum, ut facile animadvertere potuissent, nisi ipse milites prohibuisset, jam in oppidum nullo labore irruissent et omnia intus in praedam vertissent, et ob id vellent quam celerrime eorum saluti consulere; quod si diutius in sua pertinacia permanserint, postridie prima luce in eos esset exercitui potestatem facturus. His oppidani tandem verbis permoti ac in se reversi, postero die ante lucem primam sese atque oppidum dedidere; arx quoque tormentorum metu post biduum nullo negotio a praefectis tradita.

Dum haec ad Abiatem geruntur, Franciscus, cui non minori cetera erant curae, quae bello gerendo sibi incumbebant, quam praesens oppidi oppugnatio, eum, ruptis pluribus locis aggeribus, fluvium a suo decursu avertendum curavit, qui ex Ticino amne tractus' manu c. 744 alveo facto Mediolanum influit. Avertendi fluvii causa fuit, ut earum potissimum devehendarum rerum facultas Mediolanensibus adimeretur, quae maxime ad vitae usum pertinerent; nam ea omnibus erat opinio ut, sublato fluvii ejus decursu, ad summam propediem cibariorum inopiam multidudo redigeretur. Quod etsi difficultatem civitati non parvam afferebat magnumque omnium animis ipso rumore atque aspectu pavorem incutiebat, tamen hominum ingenia ita effecerunt, ut longe aliter evenerit, quam fuisset plurimorum exspectatio; nam, cum magistratus imminentissimis prope difficultatibus celeriter occurrisset, facilius quam et ipsi etiam putarant, fluvii incommoda perferebant. Perquisitis enim civium singulorum horreis, in quibus magna frumenti vis inventa est, quicquid ab ejus, cuius erat, usu superesse reperiebatur, ut emendi indigentibus foret facultas, in forum statuto pretio vendendum deferri jubebant; praeterea avulsis ex monumentis murisque urbanis molaribus silicibus, tot per urbem pistrina constructa sunt, ut satis praesenti molendi usui necessitatique provisum videretur. Per hunc modum magistratus a tumultu et querelis multitudinem continere ac spe futuri auxilii in dies nutrire cona'bantur. Sub idem tempus Jacobus Antonius Marcellus, c. 745 MUR., 500 Venetorum legatus, cum duobus peditum millibus exercitui se adjunxit, his cum mandatis suo a senatu missus, ut copiae, quas secum duceret et quae submitterentur, ejus imperio parerent, ipse vero Francisci imperata faceret; paulo deinde postea duo alii ab eo senatu Pasqualis Maripetrus, de quo supra diximus, et Ludovicus Lauredanus, viri sane utrique patricii et in sua civitate primarii, ad Franciscum legati mittuntur, qui de rebus inter sese sancitis

1. oppidi aviditate *esp.* — 13. autem *esp.* — 32. ut *esp.* — 33. inopiam urbem deventuram. Quod

feliciterque ab eo deinde gestis secum gratularentur et conventa coram confirmarent. Sub eosdem fere dies Matthaeus campanus, ex auxiliaribus venetis ducibus unus, cum quingentis equitibus per Placentinos Papiensesque iter faciens, quod Marcellus paulo ante fecerat, in finitimos Novariensibus agros pervenit ac per ea loca considere jussus plerisque aliis auctus copiis et Lumellinae partes a crebris hostium incursionibus tuebatur et bellum Novariensibus ipsis acriter inferebat. His rebus peractis Mediolanumque omnibus iis, qui Abiati oppido et arci praesidio fuerant, remissis, quos tutelae gratia Franciscus ipse duo passuum millia c. 746 castris eduxerat, ad Lignanum vicum ducit hospitiisque per' proxima aedificia cohortibus singillatim dispertitis, castra locat. Postridie vero cum paucis Bustensium munitiones, quorum oppidum non longe aberat, exploratum proficiscitur, qui naturam situmque loci conspicatus eo animo in castra regreditur, ut in proximum diem toto exercitu ad expugnandum oppidum reverteretur. Quod etsi nullo negotio eo cum venisset, capi posse perspexisset, cum neque muro neque fossa, sed solo vallo et eo quidem pertenui et vetustate collapso muniretur, ea tamen quae insecuta est nocte, oppidani summo periculo excitati atque territi, missis in castra ad Franciscum nuntiis, salutem misericordiamque suppliciter exorant. Franciscus enim, qui suo ingenio magis ad clementiam et mansuetudinem quam ad crudelitatem propensior erat, re facile a se multis maxime deprecatoribus impetrata, eos ad deditionem accepit. Quo recepto oppido, magnus fuit non tam municipum quam nobilium sese dedentium concursus: ex his Philippus Maria Vicecomes, Gasparis filius, primum et item ceteri ex Vicecomitum familia, qui municipia et arces in ea regione permultas obtinent, et Castillionei cum arce ac Varisini sese Francisci fidei ultro permisere. Canturio deinde admotum est, c. 747 quod cum in editiore sit regione' positum, a peditatu circumsederi Franciscus jussit, stationibus equitatui ad collis radices distributis: et quamquam id oppidum et muro et non invalido militum praesidio defendebatur, tamen triduo peracto, dirutis tormentorum impetu ab uno latere moenibus, pactione obtinuit. Interim, impedito circa Canturium exercitu, Franciscus Picininus, qui, ut demonstratum est, Mediolani se continebat, papiensem agrum ab ea parte, quae Mediolanum spectat Campaniamque vocant, invadere consilium inivit, accessum eo regressumque tutissimum sibi futurum arbitratus, diem noctemque unam Mediolano abesse Mur., 501 posse providisset, prius'quam adoriri eum hostes possent. Vintimiliano igitur cum equitatu sibi addito, per noctem Mediolano discedit et ad eum locum extra parcum ante solis ortum pervenit, quem ad duas portas appellant, millia passuum duo ab urbe Papia distantem. Hac portis apertis parcum ingressus, magnum inde pecorum numerum abegit, quem eo Papienses, ubi nihil hostile futurum putabant, paulo ante contulerant. Picininus praeda gravi Mediolanum rediens, Clarellam deflexit castellumque ex improviso adortus, summa vi expugnare contendit; sed resistentibus fortiter incolis, cum praesertim a Conrado Foliano, qui Binaschi' c. 748 cum praesidio relictus fuerat, a tergo lacesseretur, timore perculsus, ne propinquus hostis majoribus copiis augeretur, de media nocte, relicta castelli oppugnatione, ad Claraevallis monasterium, ubi se tutum fore sciebat, divertit.

Per eosdem dies Briancini, qui Briancium montem inhabitant, et omnes qui circa Larium lacum usque Comum incolunt, missis legationibus sese Francisco et fortunas suas omnes praeter Leucenses communi omnium consilio et praecipua quadam benivolentia dediderunt; idem fecere Franchinus Ruscha, Luganenses et qui Verbanum lacum, quem vulgo Maiorem appellant, circumsedent, praeter Aronenses, Anglerienses et ceteros, qui Vitaliano parebant, Comenses item et Bellincionenses, qui omnes potius belli difficultates pro Mediolanensium

---

1. secum *esp.* - congratularentur — 3. iter faciens *esp.* — 8. copils *invece di* cohortibus — 9. vero *esp.* - 10. et *invece di* qui — 19. filius eius qui olim apud Philippum potentissimus fuerat et omnibus consiliis praefuerat, primum P — 22. loco *invece di* regione — 27. parte campestri, quae, *altra mano cancellò* campestri - Campaniamque vocant *esp.* — 31. parcum quem vocant ante, *altra mano tagliò l'aggiunta* — 38. sciebat, celeriter ex itinere sese convertit, *altra mano cancellò la correzione* — 42-43. quem .... appellant *esp.* — 44. praeterque Comenses - item *esp.*

republica perferre, quam Francisci imperium subire constituerant. Lanzalotus Vicecomes praeterea, qui municipia quaedam cum arce non ignobili trans Ticinum in Novariensibus possidebat, facta deditione, hoc idem facere vicinis persuadet. Itaque ejus exemplo atque hortatu Olegini, Gelatenses, Tricatenses et Ceranenses, qui non longe ab ejus fluminis ripa consedent, ad Franciscum de oppidorum traditione legatos miserunt. Dum haec aguntur, Alexander ex' Alexandria familia eques florentinus, qui in sua patria et nobilitate et auctoritate c. 749 post Cosmum praestabat, ad Franciscum legatus suae reipublicae fuit; hic primum ei de tanta ad suam gloriam suasque fortunas rerum accessione gratulatur, deinde refert, quod, si populo licuisset florentino, praestitisset utique ei id, quod necessitudinis inter utrumque diuturno usu continuatae jus postulabat, quandoquidem ipsum suae universae civitati non minus copiis quam pecunia, uti petierat, juvare mirum in modum placeret. Verum tamen recens ac periculosum Alphonsi regis bellum, quod florentina respublica biennio fere perpessa fuerat, ut gravibus attrita sumptibus et non mediocriter insuper aere alieno pressa, ne dum amicitia conjunctis et de se benemeritis, sed ne sociis quidem de publico quicquam praestare posset; sed quod sponte in praesentia poterat, quae res ceteris praeclarior erit existimanda, suum erga eum optimum animum pollicebatur seque ea de causa ita ad illum esse missum, ut nunquam, quoad liceret, ab ejus exercitu discederet, donec Lombardiae imperio potiretur. Ut florentini etiam populi legati praesentia susceptum adversus Mediolanenses bellum non tam probaretur, quam conficeretur,' Franciscus vero, qui Florentinos c. 750 ti'nos et cosmianam praesertim factionem, quae in civitate principatum obtinebat, in maximi Mur., 502 peculii loco semper habuerat et illorum amicitiam et auctoritatem eo maxime tempore plurimi faciebat et sibi conjunctam servare magnopere cupiebat, legatum perbenigne suscepit seque non dati auxilii excusationem bono animo accipere ostendit. Hoc successu rerum Franciscus majora bello gerendo negotia agitare animo coepit et, cum ex iis locis propediem sibi discedendum esset exercitusque aut in Comenses aut in Novarienses ducendus videretur, quorum urbes, uti demonstravimus, non exiguis hostium copiis tenebantur, utraque potius eo tempore sibi obsidenda esset, cum suis Venetorumque belli ducibus communicat. Ac re diu multumque in concilio discussa, eadem omnibus tandem sententia fuit, ut in Novarienses primum exercitus traduceretur, quod Comenses adeo undique interclusi relinquebantur, ut ad victoriam deesse non possent; Novariensibus vero, quorum urbem Amadeus sabaudianus, Ludovici ducis pater, summo studio occupare conabatur, plures patebant aditus. Quare Franciscus dat Bartholomaeo Gadio cremonensi viro impigro negotium, ut in Ticino navibus, quas e Papia' subvexerat, pontem aedificandum curet, quo celeriter confecto, exercitum c. 751 traducit Novariamque profectus ac, suburbiis primo impetu expugnatis, urbem a partibus pluribus obsidione circumvallat, cives de deditione continuo admonet, quod nisi ante diem posterum fecerint, se eos postea oppugnaturum, neque nisi capta urbe milites a proelio et expugnatione revocaturum dicit, quot afferat detrimenta direptio, quot mala exinde in urbe praesertim nobili et opulenta proveniant paucis ostendit, proximam Placentinorum cladem commemorans. At illi quoniam de communi omnium salute agebatur, rem inter se consultaturos ejusque voluntati satisfacturos perhumaniter responderunt; qui cum se omni auxilio destitutos viderunt et urbem imparatam, fossis repletis moenibusque undique fere et vetustate et negligentia collapsis atque dirutis, a tanto hostium impetu tueri posse diffiderent, emissis biduo, posteaquam eo ventum est, legatis, sese atque urbem Bartholomaeo Vicecomite praesule, praecipuo deditionis auctore, Francisci fidei permisere, qui nec multo post urbiculam et arcem et universa novariensis agri municipia atque oppida partim civium opera, partim metu in potestatem accepit praeter Romanianum, quod oppidum Taurinensium Sabaudianorumque delectus, qui ad tria hominum millia conficiebat, Lodovici jussu c. 752 paucis ante diebus occupaverat. Horum praefectis Franciscus per tubicinem enuntiari

5. sunt *invece di* consedent — 7. suae reipublicae *esp.* - venit *invece di* fuit — 12. tamen *esp.* — 17-18. Longobardiae — 19. vero *esp.* — 20. in *esp.* — 41. viderent — 46. Romagnanum

jubet, quamprimum oppido abire maturarent; cives novarienses, quos per injuriam comprehensos in vincula conjecissent, libertati restituerent; deinde, ut ipse universis sui exercitus militibus praeceperat, ne ullam trans Siccidam Vercellensibus Taurinensibusque injuriam nullumve maleficium inferrent, ita et ipsi erga Novarienses reliquosque suos citra eum amnem facerent, cum de iis maxime rebus, quas Philippus dux in ipso ejus obitu possidebat, Mur., 503 nequicquam ad Ludovicum ullo jure pertineret; Siccidam utriusque fines longo usu dividere, quem quidem amnem, si vicinitas, si amicitia inter sese servanda erat, quam ipse non modo inviolate sancteque servare, sed augere etiam constituerat, nisi amice transire liceret nemini; haec si neglexerint, se nulla mora exercitum in eos missurum. At cum oppido excedere Sabaudiani recusassent et, ut natura Gallorum est, superbe nimium respondissent, Franciscus, qui et pro rerum suarum salute periculosum judicabat et pro sua dignitate c. 753 D sibi ferendum non putabat, ut gentis ejus nomen, eo oppido occupato, in suis finibus inveterasceret, Ludovicum Vermium cum parte exercitus eo confestim proficisci jubet. Is, ubi ab locum ventum est, oppidum circumquaque aggreditur et summa vi summaque celeritate expugnare contendit. Hostes primum Vermii impetum ingenti animo sustinent, sed ingruentibus a fronte non minore animo sfortianis militibus, ita ut nullum resipiscendi illis tempus daretur, languescere animis atque aegre resistere coeperunt. Itaque vi nostri oppido potiti, bona mox diripiunt, paucis utrimque desideratis; Sabaudiani vero simul cum oppidanis in captivitatem abducti, non multo tempore tanta se pecunia redemerunt, ut non mediocri universo fere exercitui emolumento fuerint. Dum haec in Novariensibus geruntur, Derthonenses, orta inter eos dissensione, duas in factiones dividebantur, cum alteri Francisci Mur., 504 Sfortiae, alteri Mediolanensium partes sequerentur; ob id plerique ex primatibus sfortianae factionis cives, conjuratione inter sese facta, ad Franciscum rogatum mittunt, ut si suam urbem eius dicionis aliquando facere instituerat, si civium eius nominis dignitatisque amantissimorum c. 754 salus sibi curae erat, non cunctaretur praefectum de exercitu aliquem haud magna manu in suos fines transmittere. Quod illius ope urbem jamdiu sui amantissimam e perditorum quorumdam adversae factionis manibus facile liberari posse et in ejus potestatem continuo transferri confiderent. Qua re a Francisco cognita, mittitur eo confestim Moretus Nazarius cum equitibus quingentis, qui ab amicis nulla cunctatione introductos, facta ubique per regiones sfortiani nominis conclamatione, urbem paucis resistentibus obtinuit, nec multo etiam labore urbiculam et arcem paucos intra dies adjutoribus civibus recepit. Viglebienses item, ejecto ex oppido Taurinensium praesidio, quod non multis ante diebus accersiverant, ultro sese dediderunt; quorum exemplum mox Salenses secuti, missis in castra legatis, Francisci imperium subiere. Alexandrini praeterea, quorum ad urbem Scevam Curtem legatum adhortatoremque Franciscus miserat, sese Guilielmo cum toto agro, invita tamen factione gelpha, subjecerunt praeter Boscenses, qui Franciscum saepius precati, ut se atque oppidum in sua fidem reciperet et non alienae traderet potestati, aliquamdiu pertinaciter obstiterunt, sed cum certa ratione a Francisco repudiarentur, diuturno bello defatigati tandem paruerunt.

23-24. ut si eam urbem cuperet, si civium — 24-25. dignitatisque Sfortianae amantissimorum — 36. Guelpha — 38-39. sed .... paruerunt *esp.*; *a lato altra mano scrisse*: vacat

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER DECIMUSSEXTUS

FIT' inter haec Franciscus a Petro Maria Rubro parmensi certior, qui rubrae Mur., 505 c. 755 Q 2 factionis in sua civitate princeps erat et veteris amicitiae et novi stipendii iure sibi conjunctus atque obstrictus, se cum parmensis urbiculae praefectis, qui de Garimberta familia et de sua erant factione, ita egisse ut, si ad obtinendam urbem copiae mitterentur, liberum essent aditum in eam habiturae. Quod ubi rescivit Franciscus, mox ad eam rem conficiendam Alexandrum fratrem delegit. Is fraterno parens imperio, posteaquam navi per Padum in Parmenses ad Petri Mariae municipia delatus est, Salernitanum, qui in Placentinis erat, ad se confestim venire jubet. Franciscus autem ea re, quod magni esset momenti, cum Jacobo Antonio Marcello veneto legato communicata, sic cum eo efficiendum curat, ut ex auxiliaribus copiis, quas Veneti submissuri essent, Bertoldus Estensis, Thaddaei filius adolescens, et Jacobus gotholanus cum octingentis, Christophorus tolentinas cum totidem et Johannes Comes romanus cum quingentis equitibus ex brixiano agro ad Alexandrum celeriter proficiscerentur. Sed fortuna, quae humana consilia in iis maxime rebus,' quae in bello per proditionem aguntur, fallere plerumque solet, negotii *c. 756* eventum negavit, nam, dum Marcellus ea de re venetum senatum certiorem reddit, interceptae sunt in itinere ab hostibus literae seu dolo, seu temere tabellario commissae et Mediolanum perlatae et inde statim ad Parmenses transmissae. Quibus re magistratui patefacta, extemplo comprehendi praefectos et in eos animadverti decernitur; sed illi per amicos clam edocti, ad Petrum Mariam profugerunt. Ea re per hunc modum prodita, Alexander, spe urbis proposita via potiundae derelictus, Fillinum concessit copiasque eo undique ad inferendum aperte Parmensibus bellum convenire studebat. His de causis Parmenses suae amittendae libertatis timore permoti, ad Jacobum Picininum, qui, uti ostendimus, Florentiolae se continebat, quo sibi auxilio futurus sit, rogatum mittunt. Is Parmensium rerum novitate laetus, non modo nuntiis pro eorum reipublicae salute omnia se facturum respondet, sed etiam hostem, ubicumque esset, adoriendum Parmensibusque finibus expellendum magnopere hortatur seque ad eam rem conficiendam totis viribus, cum vellent, affuturum. Parmenses, consilio Picinini probato, Carolum Campobassum, qui, impetrata a Francisco ad Apulos, Alphonsi regis jussu, redeundi facul'tate, discesserat, ex itinere avertunt mercedeque conductum *c. 757 Q 3* populo ceterisque militibus, quos in urbe habebant, praeficiunt aliosque insuper stipendio conducere et intra moenia accersere die noctuque non cessant. Dum haec autem geruntur

3-5. Inter haec Petrus Maria Ruber et vetere amicitia et novo stipendii iure Francisco obstrictus, ad eum scribit se P; *nel testo già* Petro Maria Ruffo — 8-9. fraterno .... parens *esp.* — 15. brixiensi — 19. Quibus *esp.* — 23. suae *esp.* — 24. permoti *esp.* — 25. quo sibi, futurus sit *esp.* — 32. autem *esp.*

Picininus alter, quem ad Clarae Vallis monasterium se contulisse diximus, quoniam hostem, devictis Novariensibus transpadanisque rebus pacatis, in Mediolanenses propediem rediturum existimabat, Melenianum omnibus copiis se reduxit, ut quod adhuc sibi Mediolanenses negaverant, inde Laudis ingrediendae urbis modum tentaret opportunitatemque nactus arriperet: cum neque in eo loco, unde discesserat, amplius consistere auderet, neque si in urbem [Mur., 597] reverteretur,' diu ibi manere posse putaret, veritus ne propter frumenti omniumque ferme rerum inopiam tot in dies per urbem a suis rapinae committerentur, ut in eos populi tumultum aliquando concitarent. Carolus vero, cum Mediolani esset ac trepidare vacillareque civitatem videret, ad vindicandum sibi urbis dominatum consilium init, non quod eam adversus tantas hostium vires diu tueri ac in potestate retinere posse confideret, sed quod pro ejus commutatione se aut Cremonam, aut aliquod dignum a Francisco praemium consecuturum [c. 758] speraret; itaque perpaucorum civium opera' magnam plebis partem et nobiles nonnullos ita sibi conciliarat, magnis ad liberandam bello patriam auxiliis magnisque praemiis propositis, ut nihil fere deesset ad capessendam urbis dominationem, nisi ut eam percurreret ejusque nomen invocaretur et palam consalutaretur jamque ob id supellectilem sibi cariorem domo efferri ac suscipiendorum amicorum causa epulum parari jusserat. Atqui, ubi Theodorus Bossius et Georgius Lampugnanus intellexerunt, qui non tam patriae, quam sua causa eos semper acriter oderant, quos in civitate novis rebus studere audiebant, omnia per urbem perturbare civiumque animos ad communem libertatem servandam tuendamque confirmare conantur. Quamobrem Carolus capitali eos deinceps simultate insecutus, non prius destitit, quam non modo suam, sed multorum etiam civium injuriam ultus est. Summa eo tempore reipublicae penes nobilitatem gibellinae praesertim factionis erat. Sic igitur Carolus secreto egit, ut in guelfae factionis cives principatus et rerum publicarum administratio deduceretur, nam qui sibi obstiterant, gibellinae tantummodo partis erant; deinde Theodorum et Georgium proditionis insimulat. Quae cum animadvertissent gibellinorum [c. 759 C4] principes, conjuratio'nem inter sese iniere, quorum primi Vitalianus, Theodorus et Georgius fuere; hi, communicato saepe inter se clanculum consilio, omnia prius tentare atque experiri constituerunt quam pati, ut vel in popularium manus devenirent et fortunarum simul et vitae discrimen subirent, vel a reipublicae administratione omnino abdicati in exilium mitterentur, aut patria pulsi extorres per alienas sedes vagari cogerentur. Summa autem conjurationis fuit, ut si fieri posset, urbs civibus assentientibus Francisco traderetur, iis ab eo conditionibus impetratis, quae reipublicae usui essent, cum ipsis praesertim tribus et aliis perpaucis civibus data esset publico decreto potestas, ea omnia inquirendi atque agendi, quae libertate incolumi rebus publicis salutaria viderentur; sin vero ob varias multiplicesque hominum voluntates id minus effici posset, in urbem per Novam Portam, quae in eorum erat potestate, introduceretur. Itaque haec per nuntium secreto Theodorus Francisco significandi negotium suscipit persuadetque ei, ut propius quam celerrime urbi appropinquet, Landrianum Vicum castris idoneum locum docet, Vintimilianum praeterea, quem ejus dignitatis et fortunae [Mur., 607] studiosum invenisset, stipendii foedere sibi obstrin'gere hortatur. Quibus cognitis rebus,' [c. 760] Franciscus, negotio Vintimiliani ex Theodori sententia composito, e Novariensibus in mediolanensem agrum trajecit et ad Landrianum castra disposuit. In itinere autem Vintimilianus, qui, uti constitutum erat, e Moguntia cum quingentis circiter equitibus quadringentisque peditibus discesserat, Mediolanum se accersitum simulans, exercitui factus est obvius et magna omnium laetitia exceptus se agmini inseruit. Posteaquam in Mediolanenses reditum est et copiis paulo minus quatuor passuum millibus ad Picinini hiberna propius accessum, plerique ex braciano equitatu ad Franciscum transfugere coeperunt, quorum inter reliquos Andreas Landrianus mediolanensis equestri turma stipatus advenit. Ejus frater Antonius paulo ante, Picinino invito, ducentis cum equitibus Mediolanum redierat, neque inde ad eum

15. *già* consultaretur — 16. At — 41. posuit

amplius reversurus, neque suis jussis obtemperaturus. His destitutus fratribus Picininus, quibus ob praecipuam et antiquam eorum et Francisci fratris in Bracianos fidem, vivo Philippo, multa et ardua credere atque committere saepe solebat, magna suspicione teneri magnoque urgeri metu coepit, ne a militibus ceteris paulatim desereretur, nam praeter quod de suorum fuga dubitabat multis de causis tam' propinquis hostibus summum in periculum *c. 761 Q5* se deductum videbat, quod frumenti inopia premeretur et in dies magis pressum iri perspiceret; quod ubi erat non sine manifesto omnium discrimine, manere diutius posset, quod locum, quo se reciperet, praeter Mediolanum habebat nullum et eo, ut demonstratum est, per hyemem redire nolebat, sed pro ingenii calliditate per hunc modum his se difficultatibus liberare excogitavit: ad hostem eo consilio transire confugereque constituit ut, exacta hyeme, rursus ad Mediolanenses reverteret. Qua quidem re cum his, qui summam reipublicae privatim eo tempore in civitate obtinebant, communicata, de pace atque foedere secreto cum Francisco agere coepit: multam se operam vel de adducendis ad voluntariam deditionem Mediolanensibus, apud quos et auctoritate et gratia plurimum se posse ajebat, navaturum, vel armis in potestatem redigendis conaturum pollicitus. Quae cum accepisset Franciscus, etsi antiquo credendum hosti omnino non judicabat, cujus anteactae vitae mores voluntatemque, qualis erga se esset, multis argumentis satis perspectam habebat, tamen ad subjugandos Parmenses et ad terrendos coërcendosque undique pro sententia Mediolanenses, magno sibi usui futurum' existimabat, si Picininus uterque a Mediolanensibus desciscentes sibi adjun- *c. 762* gerentur. Itaque ea re in consilio deducta facileque ab omnibus probata, Picininos certis stipendio legibus sibi obstrinxit; ut autem infirmos dubitantesque facilius in officio contineat, affinitatis nexu et argento percussum jam foedus confirmat, nam et Drusianam filiam, mortuo Jano Fregoso, cui eam primum, uti demonstravimus, desponderat, Jacobo fratri in matrimonium se daturum promisit et grandi insuper pecunia utrumque donavit.

His confectis rebus Picininus ad Franciscum se contulit ut eum consalutaret et confirmaret; a quo' pro ejus in omnes consuetudine benigne honorificeque exceptus, his verbis MUR., 508 audientibus permultis usus est: se non sponte sua, sed necessitate coactum, ad eum venisse; quicquid promisisset, se inviolate praestiturum et pro ejus amplitudine non se operam modo daturum fortunasque omnes expositurum, verum etiam nulla unquam pericula recusaturum. Ad haec Franciscus minime se dubitare respondit, quin fidem esset servaturus et quod ejus fuerit officii diligenter obierit; proinde eum bono esse animo hortatur, quod ita secum et cum Jacobo fratre esset acturus, ut eos in filiorum loco se' habere plane intelligerent, *c. 763* cum nulla praesertim inter Nicolaum patrem eosque et se capitalis alicujus injuriae causa, sed aemulatio tantummodo quaedam virtutis et gloriae et rerum bellicarum contentio intercessisset, quod ea benivolentia, qua eos prosequi instituerat, et recens affinitatis conjunctio tollere omnino abolereque debebat. Non defuerunt tamen eo die, qui Francisco suaserint, ut aut interfici, aut comprehendi Picininum juberet et inter ceteros patrandi facinoris concitatores Mannus Barrilis et Flascus plurimum institerunt, cum non suspicari se modo, sed exploratum habere posse dicerent, Picininum et propter invidiam et vetus odium, quo in Sfortianos Braciani semper exarserunt, nequaquam diu fidelem, sed rursus sibi hostem et mediolanense bellum ejus causa durius diuturniusque futurum; nam nemo erat, qui nesciret Picininum ipsum, suo magno periculo ductum, quod et ipsemet testatus erat ad eum venisse, quandoquidem milites sui aperte dicerent, nisi eorum saluti consulere maturaret, illum aut caperent captumque ad hostem ducerent, aut omnino desererent et ob id, ubi per tempus sibi licuerit, ad Mediolanenses rediturum, aut mali aliquid in eum moliturum se non dubitare. Quibus ita Franciscus respondebat, se emori malle quam tanti' sceleris noxam subire, ut *c. 764* hominem scilicet interimi statueret, qui sese suae fidei commisisset, quinimo se ita in ipsum habiturum decreverat, ut se de eo benemeritum ubique gentium in eum potius quam in se

1. suis *esp.* — 8. reciperet — 28. *primo* se *esp.* — 30. fidem esset servaturus - *già corretto* praestaturus — 31. obiturus — 40. rursus ei — 47. sese eius fidei — 48. benemerentem

culpa rejeceretur; nam siquid jure etiam merito in illum acerbius statuisset, non ejus peccato, sed malivolentia et iniquitate factum omnes putarent. At Picininus eodem die Melenianum reversus, cum jam Alphonsum regem de his rebus, quas cum Francisco egerat, sui purgandi causa certiorem facere instituisset (juvabat enim rex ipse Picininos eo tempore pecunia multum et Mediolanenses cum sponte sua, tum Jacobi Triultii eorum legati opera, ad retinendam libertatem assidue et hortabatur et se ad praestanda ipsis auxilia non defuturum pollicebatur), Franciscum assisinum familiarem suum, qui superioribus noctibus una cum Luchino Palmerio, equitum praefecto magnae apud eum auctoritatis viro, de foedere transegerat, Neapolim mittit, qui regem edoceat, se, quamvis ad extremam inopiam redactus ad hostem transisset, tamen neque ab ejus gratia, neque a Mediolanensium amicitia discessisse; quod egit, suae suorumque salutis causa egisse, sed cum primum vere novo pabuli MUR., 509 *c. 765* copia et abeundi facultas affuerit, ad Mediolanenses' rediturum;' utque Assisini celerior et sine suspitione esset profectio, Perusium usque negotiorum conficiendorum gratia eum mittere simulat literasque publicas gentibus commendaticias a Francisco impetrat. Interea conjurati mediolanenses et Carolus nuntium de dedenda urbe deque publicis privatisque conditionibus clanculum in castra ad Franciscum mittunt; quorum postulata cum ille accepisset, duriora nimis atque difficiliora sibi visa sunt et non minus ea, quae privatim, quam quae publice postulabantur, admiratusque petentium arrogantiam simul et avaritiam, cum his responsis nuntium remisit: si a Mediolanensibus honesta petantur, se iis facilem liberalemque futurum, nam si eorum postulatis assentiatur, non eos ipse, sed ipsi eum vicisse viderentur. At illi, privata et innata quadam habendi cupiditate flagrantes, constituerunt inter sese, quo magis pro eorum voluntate res conficerentur, de urbis deditione differendum et nunc Franciscum, ut propius ad urbem toto exercitu accedat, nunc ne irritatus populus arma in se capiat, ut ubi esset, paulum etiam resideat, literis nuntiisque crebro hortabantur. At res per hunc modum ex die *c. 766* in diem ducitur cives factionis guelfae principes et Carolus, qui incredibili gibel'linos simultate insequi jam coeperant et Mediolanensium dominationem, adversae praesertim factionis opera, in Franciscum transferri permoleste ferebant, gibellinos a reipublicae administratione cives abdicare consilium inter sese ineunt causasque conquirere student, quibus in eos populum concitent. Qua in re affuisse sibi fortuna videtur, cum per eos dies acciderit, ut interciperentur epistolae notis quibusdam seu caracteribus, quibus scriptae, quas vulgo ciphras dicimus, quibus ad magistratum continuo perlatis et in latinas literas traductis, plane perspectum est, epistolas ad Bossios a familiari fuisse scriptas, quem ipsi apud hostem secreto morari jussissent, nec minus de iis omnibus, quae cum eo conjurati agerent, compertum. Quibus quidem cognitis et magistratus ipsi et guelforum principes, hac sibi in adversarios animadvertendi occasione oblata, quos tam infenso servabant animo, illos mox comprehendendos mortique tradendos constituerunt; sed pertimescentibus prope omnibus, qui id consilii dederant, ne quis forte in capiendis civibus in urbe tumultus oriretur, quod multas cognationes clientelasque habebant, placuit ut extra urbem ipsi conjurationis principes comprehenderentur, *c. 767* et ob id Theodorum Georgiumque facinoris dedendaeque' urbis auctores designant eosque pro reipublicae commodo ad Fredericum, Romanorum regem, legatos mitti oportere simulant; sed dum ipsi eorum viaticum mandataque parant, Comum praeire hortantur; at illi, etsi eam, quam possunt morandi causam innectere conabantur, cum itineribus undique hostibus interclusis non posse sine manifesto suae salutis periculo jussa facere assererent, tamen sese libertatis principum voluntati obtemperaturos dicunt. Interim aedes defensoribus, propugnaculis, armis cibariisque communiunt, ut si qua in se vis fieret, tamdiu sustinere impetum possent, quoad vel ab amicis, quos intra urbem paraverant, vel a Francisco Sfortia per MUR., 510 Novam Portam' sibi subveniretur; sed principes iidem; qui omnem illis morandi viam adimere maturabant, id se praesidii missuros dicunt, quo facile Comum perducerentur. Hi, quod

---

11. egisset *invece di* egit — 17. difficiliora iudicavit non — 24. Dum res — 30. quibus *esp.* — 30-31. quas.... dicimus — 34. quidem *esp.* — 38. ipsi *esp.* — 39. designant eosque *esp.* — 47. sibi *esp.*

erant magnopere veriti, suum ita repentinum ab urbe discessum rursus multis argumentis recusare conantur, sed Carolus doli conscius, eos ad profectionem hortatus, certam sibi salutem pollicetur; itaque illi Caroli fide freti, dum per noctem Comum ire credunt, Moguntiam perducuntur. Quo ubi ventum est, mox ab iisdem Caroli militibus, qui in itinere eis praesidio fuerant, retinentur; Georgius mox praeciditur' caputque Mediolanum defertur et *c. 768* quo magis qui suae erant factionis perterreantur, cunctis spectaculo datur; Theodorus in carcerem conjicitur ac variis ab eo cruciatibus, quid sibi cum hoste negotii fuisset quidve cum civibus suae conjurationis consilii inisset, exquiritur; quot autem Mediolani ex sua confessione conjurationis participes reperiuntur, tot retineri a magistratibus jubentur, quorum ex numero fuere Jacobinus Bossius, Ambrosius Cribellus, Johannes Caymus cum Francisco filio, Marcus Stampa, Job Orumbellus et Florius Castronovates, qui publico damnati judicio omnes capite obtruncati sunt; ceteri vero alii Papiam et in proxima municipia, quae in hostium erant potestate, alii in castra ad Franciscum profugerunt; horum autem aliorumque permultorum, qui Francisci dominationem putabantur affectare, bona partim publicantur, partim praedae popularibus conceduntur; complures praeterea gibellinae factionis nobiles Comi, Aronae Taurinique proscribuntur; Vitalianus vero metu territus, magna stipatus armatorum comitum manu ex urbe fugiens, Aronam se recepit.

Itaque per hunc modum omni reipublicae administratione ad factionem guelfam, deinde ad plebem deducta, Johannes Ossona plebeus infimique mercatorii ordinis, qui magnae per id temporis inter populares existimationis habebatur' et Johannes Applanus tabularius, duo *c. 769* sane in civitate homines audaces et temerarii atque omnium confidentissimi, Ambrosii Triultii et Innocentii Cottae, duorum ex nobilitate audacissimorum virorum, consilio atque opera, civitatis totius imperii summam in se transtulerunt; pecuniam frumentumque ad alendos in urbe milites per metum perque vim a gibellinis dumtaxat civibus omni immanitate extorquendo cogunt. Praeterea qui nisi per contumelias conviciaque Franciscum Sfortiam appellaverit, capitis poenam publico edicto constituunt; urbem se tamdiu liberam servaturos dicunt, quamdiu per publicas domesticasque facultates posse confiderent, quam ad rem nihil se omissuros nihilque intentatum relicturos pollicentur et ubi succumbendum fore animadverterent se, vel Turcarum regi, vel Daemoni potius, quam Francisco patriam dedituros vulgo affirmante praedicare quotidie non intermittunt. Ex quo factum est, ut omnia intra urbem pro duorum aliorumque' paucorum civium libidine ac furore administrarentur. Quae quidem MUR., 511 res factionis utriusque nobilibus quiete et bene vivere cupien'tibus tantum terroris intulit, MUR., 512 ut et loqui poene, et in hominum prodire conspectum auderet nemo.

---

2. sibi *esp.* — 3-4. Modoetiam — 5. obtruncatur *invece di* praeciditur — 10. Ambrosius Cribellus *sostituisce altro nome abraso che probabilmente era quello di* Jacobinus Bossius, *scritto poi nello spazio interlineare, pare, dalla stessa mano che inserì quello di* Ambrosius Cribellus. *In margine l'amanuense ripete tutti i nomi e cognomi con l'aggiunta* capite obtruncantur, *tranne quest'ultimo, prova evidente che fu aggiunto più tardi* — 13. profugerunt. Ex eo numero Johannes Castronovates, Florii frater fuit, quem postea Franciscus ac deinceps insecuti principes ob fidem et probitatem et continentissimos mores in magno honore habuerunt et in rebus suis plurimum usi sunt. Horum P. *Nel codice ambrosiano della traduzione del Landino* (*c. 139 r*) *questa parte è tagliata e in margine è notato*: "Particula cassata e falsa, agionta per el poetono ad instantia d'altri„

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER DECIMUSSEPTIMUS

INTEREA Alexander copiis omnibus, quas ad eum Franciscus submiserat, non Mur., 511 c. 770 longe a Fillino coactis et per propinqua aedificia distributis, Parmensium fines atque urbem crebris incursionibus infestabat; quod cives, variis continuisque belli detrimentis attritos et subortam praesertim inter eos seditionem gravi amittendae per proditionem libertatis timore concussos, ad deditionem propediem redigi posse sperabat. Jacobus vero Picininus, re composita cum Parmensium magistratu, e Florentiola movens cum omni suo equitatu peditatuque in Parmensium fines januario mense pervenit, ubi coactus vi frigoris, copias omnes suas, id quod Alexander etiam fecerat, per convicinos vicos ac villas secus Tarum flumen dispartitur, Stephani sibi atque Angeli Sanctovitalium municipio delecto, jubetque quamprimum ii omnes ad se irent, quos Placentinis oppidis imperarat, quae ei fratrique parebant, et ut iidem ipsi Sanctovitales de hominibus suo juri subjectis facerent, quotquot arma ferre possent, itidem mandat. Praeterea cum per exploratores didicisset, quibus in locis dispartiti hostes constitissent, animadvertissetque faciles ad eos invadendos aditus fore, ad diem' tertium, contractis equitibus peditibusque Parmensium, c. 771 instituit eam hostium partem primo adoriri, quae Fillino longius abesset, ac reliquos deinde turbatos atque dispersos fortiter insequi. Id enim eo se facilius praestiturum arbitrabatur, quod se numero militum hostibus superiorem intelligebat; itaque de propinqua victoria minime dubitabat. Quibus de rebus cum reddidisset Parmenses certiores et quid facto opus esset edocuisset, ii Picinini consilium perlibenter admittunt pollicenturque ad tubae sonitum se praesto fore cum expeditis hominibus duobus millibus et amplius. At Alexander, ubi de Picinini adventu in loca proxima didicisset, quae non longe a suis aberant passuum decem millibus, communicato confestim consilio cum venetarum virium praefectis, statuit in diem posterum cum hoste manum conserere, ne si diutius cunctaretur, contractis Parmensium copiis, difficilius ac periculosius proelium foret, cum sibi multo minores adesse copias adverteret. Itaque Salernitanus, qui paucis ante diebus eo venerat cum equitibus circiter sexcentis ad Tarum mittitur, quo e loco oblata occasione irrueret, nam Parmae quae gererentur, Petrus Maria explorandi negotium ultro jam ipse susceperat, quippe' qui futurum recepisset, ut c. 772 nihil Parmae ageretur, quod ipse minus per suae factionis homines cognosceret, adeo ut quotiescumque in suos illi erumperent, satis intercederet temporis ad colligendas copias constitutum in locum; is autem vicus erat Colliculus nomine, qui' militum inter se stationes dirimebat. Mur., 512 Unde provisum fuerat, si interdiu ab hostibus fieret impetus bombardarum ictuum, sin fortasse noctu, ignium significatione res omnis indicaretur. Evenit autem ut eodem die

29. ipse *esp.* — 32. *già* Collectium vicus

ac temporis fere momento utrique inter se hostes adoriri constituerint, quid alteri in alteros molirentur ignari. His rebus per hunc modum constitutis, Picininus ad diem pugnae dictum inter duos amnes Parmam et Tarum non longius mille passibus ab ipsa urbeParma sub lucem parmensibus copiis adjungitur, quibus, ut supra ostendimus, praeerat Carolus Campobassus. Picinino equites erant mille, pedites ad quingentos supra mille; Parmensibus vero equites erant circiter octingenti, pedites supra duo millia. Quibus viribus adversus hostes propere contendens, ad Colliculum vicum pervenit; quo in loco Gotholanus atque Bertoldus, hostium
c. 773 R1 adventu de improviso cognito, se fuga Fillinum recipiunt, a' quibus ipsis Alexander de hostium eruptione certior factus, e vestigio bombardarum significatione suos admonet nuntiisque subinde citatissimis rem omnem edocet jubetque, ut omnes continuo non Colliculum, sed Fillinum concedant. Ceterum Picininus, ubi Colliculum ventum est, Fasianum balneatem ex equitum praefectis ad eos insequendos cum delectis equitibus levis armaturae ad ducentos, quos antecursores appellant, confestim immittit Carolumque, ut antecursoribus subsidio esset, cum equitatu peditatuque parmensi per campestrem planiciem submittit jubetque peditatum suum per editum collem, qui Fillino ad dexteram Colliculum usque adjacet, adversus hostem proficisci seque cum equitatu mox subsecuturum dicit. Fasianus vero et Carolus non prius citato cursu insequi hostem destitere, quam Fillinum proxime adeo contendissent, ut ex oppidi muro conjecta tela exciperent. At Alexander hoc tam improviso hostium impetu circumventus, utpote qui ex Petro Maria, ut is ante pollicitus fuerat, de ea Parmensium eruptione nihil praesenserat, milites suos ob paucitatem paulisper a pugna continuit; sed ubi eos redintegratis animis audentiores factos animadvertit, instructa acie agit in
c. 774 hostes tanto' cum animorum et corporum robore, ut eos facile ab oppidi muro submoveret repelleretque. Pugnatur dein levi proelio, ut vicissim nunc Parmensium, nunc Alexandri milites pedem referant fitque creber utrimque cursus recursusque; ita enim et Alexander, quoniam ceteros milites exspectabat, qui jam continenter adventare coeperant, suisne longius ab oppido progrederentur, jusserat. Hostes autem, quod nec ipsi minus Picininum praestolabantur, Alexandri equitatum, quam longius poterant, abducere ab oppido studebant.
Mur., 513 Interim Salernitanus, ubi per exploratores de Picinini discessu e Fontanellati' oppido cognovit idque per bombardarum strepitum certius didicit, mox citato cursu ad eundem vicum Colliculum agitur, quem cum ab hostibus occupatum inscius offendisset, repente pugnam conserere cogitur, et intra ipsam hostium aciem dexter irruit. Tum Picininus, ubi ab ea parte, qua minime verebatur, advertisset se lacessi, veritusne major esset hostium manus, mutato ex tempore consilio aciem omnem in unum Jacomacium ab Alexandro convertit; at ille, ubi se hostium numero longe imparem videt, paulatim ultra fossam quandam propinquam se recipit, utpote qui Picinini impetum diutius sustinere non posset, ea autem fossa
c. 775 R1 cum tran'siri nisi solo aditu nequiret, hunc ne occuparetur ab hostibus fortiter servare instituit. Quare militibus suis omnibus jussis, ut eo loco consisterent ac summa vi et virtute invadentibus resisterent atque repugnarent, ne amisso aditu confestim omnes in hostium potestatem devenirent, atrox illic proelium pertinaxque committitur, aliis transire fossam conantibus, aliis alios transitu prohibentibus. Dum haec geruntur et Picininus cum omni fere equitatu a Salernitano distinetur, Alexander, cohortibus accersitis omnibus', Fillinum, ut ante dictum est, illisque instructis, facta illico pugnandi potestate, acriter strenueque hostes aggressus, eos primo impetu haud difficulter fudit fugavitque, captis equitibus ad quingentos; in quibus fuerant illustriores Fasianus et alii militum praefecti complures, peditatu omni circumquaque in fugam verso, et ne mediocri quidem cum fugientium caede; Carolus vero cum reliqua manu se fugae committens Parmam concessit. Quibus rebus cognitis, perterritus metu Picininus, cum non sibi certandum diutius, sed repente proelio excedendum

---

2. His .... constitutis *esp.* — 5-6. vero, erant *esp.* — 8. ipsis *esp.* — 13. quos .... appellant *esp.* - mittit — 16. vero *esp.* — 29. mox *esp.* — 33. Salernitanum *invece di* Jacomacium — 46. vero *esp.*

constituisset, die noctuque continuato itinere, ex suis sex ex Jacomatii vero militibus sexdecim captis, Florentiolam se recipit; postero autem die ex literis Francisci Picinini fratris de iis cer'tior factus, quae ille cum Francisco Sfortia nuper convenerat, ab omni injuria ac c. 776 maleficio se continuit. At Alexander post victoriam, cum militem videret captivorum multitudine impeditum atque ingenti onustum praeda et cum itinere tum multo magis proelio fatigatum, videretque equos non mediocri numero alios interemptos, alios confectos vulneribus, ab insequendis hostibus prohibuit cumque receptui canere jussisset, copias omnes reduxit in stationes. Dein vero paucis post diebus Petri Mariae opera cives nonnulli parmenses, qui rubram factionem sectabantur, rursus de ea Alexandro tradenda porta conspirant, quae Sancti Barnabae dicitur; hac igitur porta invadendae urbis consilio inito, ad constitutum diem eo se Alexander cum exercitu confert; conspirantes autem, priusquam urbi copiae appropinquassent, portam ceperant ac munierant. Qua quidem re audita, tumultu exorto, per universam civitatem ad portam e vestigio factus est concursus; hinc telis scalisque et omni sagittarum nimbo ex occupatorum manibus portam recuperare populus omnis anniti, portae autem defensores, quo tutiores se redderent, ipsius portae cataractam demisere; qua quidem re factum est, ut oppu'gnatores exclu'derentur et irruentibus a turri c. 777 R 3 MUR., 514 lapidibus facile inde pellerentur. Alexander, ubi pervenisset ad locum, unam Salernitani cohortem, cui Gaynus vir manu promptus et animi corporisque robore excellens praeerat, portam subire urbemque invadere jubet et, ut reliquae singillatim cohortes subsequerentur, imperat; equites, non secus ac iussi fuerant, imperata facturi ad portam irruunt, sed cataractae impedimento iter in urbem occlusum est; qui enim erant e loco superiore, diu ac multum cataractam enixi ad se tollere, vix tantum e solo sustulerunt, ut homo procumbens humi se intra portam reciperet, cum neque viribus neque ullo humano ingenio ob diuturnam ejus usus intermissionem sublimius attolli unquam posset. Quare militibus hac transire nequeuntibus, Gaynus et perpauci, qui erant anteriores, equis descendunt cataractamque subeuntes in urbem penetrant, futurum opinati, ut quod ipsi fecissent, reliqui quoque facerent; sed subsequentibus nullis, haud difficulter capiuntur; Gaynus cum sociis tribus vulneribus pluribus acceptis concidit. Quod autem alius nemo equo descenderit, id fuit in causa: equites gravis armaturae, quoniam essent ceteris omnibus nudi copiis, non poterant non vereri, ne circumventi atque' oppressi popularium virium multitudine facile perirent. Cete- c. 778 rum pugnatum est ab albescenti die ad vesperam usque; cum re tandem desperata Alexander non sine magno incommodo atque periculo ibi pernoctandum animadverteret abessetque a castris, unde discesserat decem millibus passuum et amplius, exercitum eo reducere curavit et id quidem non parvo inter proficiscendum accepto detrimento; nam cum propter viarum angustias, quibus vix singuli facere iter poterant, eruptione subita ab hostibus facta, et tum a tergo tum a lateribus catervatim populo invadente impedirentur, equites circiter centum desiderati sunt; ex reliquis vero equi non parvo numero partim aut interempti sunt, aut vulnerati. At Parmenses, ubi Alexander a moenibus se avertit, portam e vestigio subeuntes, ingrediendi regrediendique aditu occupato flammisque subjectis, facile praestiterunt, ut qui portae turri potiti fuerant, omni se destitutos auxilio intuentes, ne repugnantes quidem in eorum irent potestatem; iidem postridie ejus diei post multos ac varios cruciatus necati sunt. Quos autem cives ejusdem conspirationis civitas conscios novit, comprehendi jussit, inter quos fuit Antonius Bardo, vir sane ingenti animo' et auctoritate magna in rubra fac- c. 779 R 4 tione ejusque conspirationis plane princeps ac Francisci Sfortiae in primis studiosus; is autem, Johanne Zabolo et Aloysio Bravo importunius urgentibus, publico damnatus judicio, ad praetorii fenestram suspensus, laqueo vitam finivit; hi enim duo ex Sanvitali erant corrigianaque factione, utraque Rubris adversa et Francisco per id temporis maxime inimica; quamobrem, ut antea nunquam destiterant, aliis atque aliis calumniis Antonium illum suspectum reddere

---

1. Salernitani *invece di* Jacomacii — 2. autem *esp.* — 8. dein vero *esp.* — 18. turmam *invece di* cohortem — 19. cohortes *esp.* — 20. non.... fuerant *esp.* — 37. sunt *esp.* — 41. Hi *invece di* iidem

magistratibus, non difficulter hac oblata occasione eum perdiderunt; reliqui vero cives, qui capti sunt, alii sunt servati, alii morti traditi, prout vel magnitudo delicti vel pecuniae vis potius, aut cognationis conjunctio patiebatur'.

Mur. 515 His rebus cognitis, cum putavisset Franciscus majoribus quam antea viribus Parmenses urgendos, Bartholomaeum Collionem, quem Veneti pro foederis jure auxilio miserant cum equitibus duobus millibus, peditibus quingentis ex hibernis brixianis accersitum, ad id bellum proficisci jubet. Is, per cremonensem agrum facto itinere Padoque superato, ubi evestigio eo pervenisset, non amplius mille passus a Parma urbe castra posuit et ita durius quam c. 780 unquam antea, ac periculosius vexati' Parmenses tot hostium copiis, ubi se gravissimis detrimentis affici vident et intestinis praeterea seditionibus agitari et ad haec Picininorum, in quibus spem maximam collocarant, destitui auxilio, nec quo se verterent, ad sustinendam tuendamque amplius libertatem intelligerent, Leonello Estensi tradere urbem constituunt; is enim ejus urbis dominatum, velut hereditario quodam jure, quo pater Nicolaus eam possederat, jam antea post Philippi obitum per Sanvitalium factionem omni studio industriaque sibi vindicare curaverat. Sed cum per eos dies Leonellus Venetiis negotii sui gratia moram faceret, Parmenses ejus fratri Borsio, qui Regii agebat, et quid ipsi consilii cepissent et quid facto opus esset, per nuntios ostendunt. Qua quidem de re Leonellus ex fratre certior factus, quid sibi animi esset, cum veneto senatu communicat oratque ut ejus voluntate liceat sibi Parmenses in deditionem accipere, aut si secus animati fuerint, ipsi malint imperio suo addere Parmenses quam pati, ut iis Franciscus Sfortia potiatur. Quibus Veneti auditis, Leonello jusso e curia secedere, ubi de re diligentius consultassent, tandem accersito Leo- c. 781 R 5 nello, in hunc modum per Franciscum Foscarum eorum ducem' respondent: "*Nihil apud* "*nos, Leonelle marchio, antiquius est, nihil usitatius, nihil sanctius, quam fidem integram in-* "*violatamque praestare; quod et de Parma et de ceteris ducatus mediolanensis et urbibus* "*et oppidis et locis cum Francisco Sfortia convenimus, id servemus necesse est; proinde neque* "*Parmam ipsi volumus, neque in tuam ire ditionem patiemur; quinimo rem nobis gratissimam* "*feceris, si qui tecum sentiunt, parmenses adhortabere, ut se quamprimum dedant Francisco* "*Sfortiae* ". Quod ubi Parmenses per Leonelli nuntios didicissent, reliqua spe omni destituti, continuo ad Alexandrum de deditione legatos mittunt una cum postulatis; quos Alexander perbenigne honorificeque excepit et, postulatis omnibus comprobatis, Parmenses hortatus est, ut ea de re ad Franciscum fratrem legatos mitterent et ita factum est. Alexander autem ipse, confecto parmensi bello copiisque relictis, Pisaurum negotii sui causa revertitur. Dum haec in Parmensibus geruntur, perturbatis, ut supra memoravimus, Mediolanensium rebus, de quorum deditione sperabatur, Franciscus acriore quam principio statuisset, Mediolanenses bello vexandos coërcendosque decrevit: quare, ut commeatu prohiberet, movet universis c. 782 copiis' Landriano in proximos urbis vicos ac villas hoc pacto cohortibus distributis: jussit enim Franciscum Picininum cum braciana manu et plerosque milites suos Meleniani et in monasterio vici Baldonis Pischeriaeque stationem habere; Antonium autem vintimilianum, ac Michaëlem taurinensem, sed novo vocabulo pedemontanum appellatum, veneti peditatus Mur., 516 praefectum' et peditum etiam auxiliarium partem in Clarae Vallis monasterio, quod reliquum erat hyemis hibernare et ab ejusmodi propinquis locis urbem die noctuque hostili incursione vexare; utque idem facerent Guilielmus Vermiusque ac Dulcius et Moretus inter viam ticinensem et fluvium eum, qui ex Ticino Mediolanum defluit (quod Navigium vocant) imperavit; idem etiam facere jussi sunt Robertus, Elisae sororis filius, una cum Francisco et fratribus eius sanctoseverinatibus e vico monasterioque Badagii; sibi vero Franciscus ipse ac veteranis cohortibus suis Moiragum villam, quae Mediolanum Binascumque ad viam interjacet, delegit stationi; is enim locus ita universis copiis divisis aequus erat et quasi

---

2. *secondo* sunt *esp.* — 6. brixianis *esp.* — 12. amplius *esp.* — 31. et ita ... autem *esp.* — 39. taurinensem ... vocabulo, appellatum *esp.* — 40. etiam *esp.* — 43. quod .... vocant *esp.* — 44. Elisae .... filius *esp.* — 45. eius *esp.* — 46. turmis *invece di* cohortibus

medius, ut eodem fere temporis momento, cum opus esset, omnes in unum possent convenire. Cetera autem multitudo ita sese inter hos fines munitionibus cinxerat, ut ab omni nocturna hostium incursio'ne quamtutissima redderetur, nam de diurnis nullus erat metus; c. 783 iusserat enim imperator finitimis populis, ut eos magno numero ad se mitterent, qui materie et aggeribus loca hibernantium militum circumvallarent, quo tutiores essent ab omni eruptione. Quibus stationibus ita dispositis et die noctuque ad urbem circumquaque incursantibus, coeperunt Mediolanenses ita urgeri, ut moenibus egredi auderet nemo, praesertim quod ex sex urbis ipsius portis quinque omnino portae intercluderentur ab hostibus: a Picinino et Vintimiliano Romana et Orientalis, a Sanctoseverinatibus et qui cum his erant, Vercellensis atque Comensis, ab ipso autem Francisco Ticinensis porta. Itaque solus ejus portae aditus, cui nomen est Novae, relinquebatur quasi liber ab hostibus; nam etsi septima alia est porta, cui Tonsae est cognomentum, quia tamen longe minorem quam ceterae portae singulae populi numerum complectitur, Orientali adjungitur. In quas quidem sex portas omnis mediolanensis civitas dividitur: singulae vero portae per tribus, a quibus universa civitas regebatur et per suffragia singulis duobus mensibus per id temporis magistratus creabantur. Et quamquam Francisci permagnus erat exercitus', velut qui quinquaginta passuum milia c. 784 frequentibus interjectis spatiis occupabat, hae tamen copiae, quas memoravimus, non satis visae sunt, quae urbem undique clausam ac solicitam redderent, sed ne Novae portae egressio libera omnino relinqueretur, in hunc modum a Francisco provisum est. Monasterium, quod Crescentiagium appellant, abest ab ea porta non admodum longe; id tametsi fossa et muro satis erat tutum, vallo tamen atque aggere, quo munitius esset, circumdedit; ei munitioni praefecit Johannem quendam natione hispaniensem cum peditibus sexcentis, virum sane tum rei bellicae peritum tum industria praestantem et in ipsum Franciscum fide et observantia singulari. Hoc igitur modo circumquaque dispositis copiis, crebrae quotidie incursiones fiebant pugnabaturque acerrime ad ipsa usque suburbia, quorum ambitus ad septem millia passuum complectitur, quin ipsa quoque suburbiorum fossa militum virtute superata, ad urbana usque moenia manus conferebatur. Quas ob res Carolus Gonzaga, quem, uti praediximus, rebus suis mediolanensis populus perinde atque' belli ducem praefecerat, Mur., 517 veritus ne civitas tanta mole pressa ob civilem discordiam tumultua'ret et ita in Francisci c. 785 deveniret potestatem, capto ex tempore consilio, quo rebus suis prospiceret et Francisci animum sibi reconciliaret, clam ac secreto nuntiis frequentibus de his omnibus, quae in urbe gerebantur et quae essent Mediolanensium consilia, eum quotidie edocebat, hortatus ut potentiore manu ad Ticinensem portam accederet; futurum enim sperare sese, ubi coram aspiceretur a populo, kalendis praesertim martiis, quo die abjecti nonnulli et humillimae sortis homines, summum magistratum erant udituri, ut populus tanta indignitate commotus eum in urbem introduceret. Nam cum populus molestius ferret, quod Johannes duo, Ossona et Applanus, obscuri perditissimique homines, jam plures menses contra jus ac fas et civitatis instituta eum magistratum continuassent, decreverat, ut singulis duobus mensibus novi delecti capitanei (hoc enim vocabantur nomine) summae reipublicae praeessent. Franciscus igitur, iis Caroli adhortationibus adductus, prudenter dispositis copiis, e regione urbis potentissimis praesidiis, cum semel et iterum ad eam usque portam cum expedita fortissimaque manu frustra impetum fecisset, ubi nihil eorum, quae praedixerat Carolus, factum' iri animadvertisset, re infecta in castra revertitur. c. 786 Nec tamen defuit, quin in magnae perfidiae suspicionem Carolus venerit et ne id quidem sine magno suo suorumque periculo atque detrimento, nam cum novissime ad kalendas martias Franciscus in ejus portae suburbiis constitisset, dum nonnullae pedestres pugnae ad ipsam urbis fossam consererentur opperireturque si quis fortasse in urbe tumultus fieret, vox quaedam extemplo in populum oritur; Caroli equites, qui ad Romanam portam in armis erant, ad hostes transfugere. Quo factum est, ut illi repen-

---

4. Franciscus *invece di* imperator — 8. portae *esp.* — 12. autem, porta *esp.* — 28. uti praediximus *esp.* — 31. ac secreto *esp.*

tino populi tumulto ac furore capti verterentur in praedam; ceterum postridie, re diligenter cognita, ubi intellectum est, eos equites carere culpa, et libere missi sunt et quae ablata fuerant restituta. Per hos autem dies advenere Parmensium legati ad Franciscum, quorum principes fuere Aloysius Bravus et Johannes Zabolus; hi civitatis suae nomine postularunt rogaruntque, ut quae jam cum Alexandro convenerant, ab ipso quoque Francisco approbarentur. Ex quibus quidem conventis quamquam erant permulta, quae neque ab Alexandro fuerant concedenda, neque a se probanda videbantur, ea praesertim quae ad vectigalia' c. 787 pertineret, tamen ne videretur detrectare, quae frater promisisset, eo maxime tempore, quo summam ejus belli omnem in conficiendi celeritate multis de causis positam esse judicabat, singillatim omnia, quae legati postularant, confirmavit. Legatos igitur ipsos perhumane liberaliterque exceptos illosque praeter ceteros, quos modo commemoravimus, Aloysium Bravum et Johannem Zabolum ei et amicis suis maxime omnium infestos, ex inimicis amicissimos sibi redditos, Parmam remisit. Quibus cum Johannem etiam fratrem ea gratia proficisci jussit, ut urbis imperium suo nomine acciperet; nam Parmenses in illam usque diem nemi- Mur., 515 nem ex' Sfortianis urbem ingredi passi fuerant, opperientes, ut quae postularent, a Francisco approbarentur. Itaque cum alacres laetique Parmenses urbem tradidissent, Franciscus, ceteris copiis in mediolanensem agrum transire jussis, Manfredum ac Gibertum fratres Corrigianos, quos modo stipendiis conduxerat, itemque Ludovicum Malvitium et Petrum Mariam in Parmensibus, regionis tuendae gratia, remorari voluit et cum his quoque Nicolaum Guerrerium ex familia Tertiorum. Quem, tametsi ab ipsa usque adolescentia inimicum sibi infestumque cognoverat et omnibus in rebus adversum, tamen ad sese in ipsius urbis deditione c. 788 adeun'tem continuo, ut erat ingenio clementi atque liberali, priorum injuriarum oblitus et familiariter exceperat et amice adeoque benigne, ut non ei modo, sed Tertiis cunctis, quibus odio et malivolentiae incredibili semper fuerat, omnia quae possidebant municipia et oppida, vicos castellaque liberalissime confirmasset, utque bono animo essent et quamoptime de se sperarent, hilari facie iussisset. Possidebat enim Nicolaus ipse in Parmensibus Guardasonum atque Colornium, in Placentinis vero Castellum Novum, quae quidem oppida et munita admodum erant et ad detrimentum Parmensibus inferendum accommodata plurimum. Per id quoque tempus Franciscus cum expedita manu Castellatium aggreditur, quod est monasterium haud procul Mediolano situm, valido circumdatum muro et altissima fossa lataque munitum et ea quidem aqua admodum plena; distat autem a Ticinensi porta mille circiter passus; huic praesidio praeerat Thomas dalmata cum firmissimo peditum praesidio. Hoc igitur monasterium cum obsedisset, dispositis in murum tormentis, intra spatium horarum quatuor et viginti in deditionem accepit. Ejus obsidionis rumor cum apud Mediolanenses increbruisset, catervatim poene universus paene ex urbe populus laturus obsessis auxilium c. 789 erum'pit. Cui festinantius iter facienti fit obviam Franciscus omnesque, repugnantibus fere perpaucis, primo congressu vertit in fugam tanto impetu et terrore, ut plerique interficerentur aliique permulti vulneribus confoderentur interciperenturque, nam palantes fusique reliqui sese intra suburbia, aedium frequentia, urbisque muro tutati sunt. His rebus gestis, ubi praesidio imposuisset Castellatio delectos pedites ad quingentos, jussit ceteros omnes suas in stationes redire.

Agebat sub idem tempus Mediolani Maria, Philippi Mariae uxor et Amidei Sabaudianorum ducis filia, mulier profecto et pudica et proba et moribus modestissimis ob idque reipublicae mediolanensi non cara modo, sed etiam venerabilis. Haec autem, sive ingenii sui acrimonia, seu patris Amidei consilio, clam primo cum primoribus quibusdam civibus, deinde palam cum universis magistratibus agere coepit, ut ad patris fratrisque Ludovici auxilia confugerent, ita enim fore, ut et Franciscus Sfortia sua spe atque ausis falleretur et ipsi, quam inierant, libertatem maxima sua cum gloria tuerentur. Non difficulter mulier suam in

---

24. et malivolentiae *esp.* — 25. confirmaret — 26. iuberet - autem *invece di* enim — 35. poene *esp.* — 44. autem *esp.*

sententiam trahit homines, non tam libertatis quam rapiendi cupidos, praesertim cum Franciscus totius populi odium in se eo maxime concitasset, quod' Venetorum ope tantum ' imperium Mur., 519 c. 790 appeteret (sunt enim in Venetos Mediolanenses natura semper odiorum flammis vehementer exaestuantes); confirmabatur autem, quam Maria spem Mediolanensibus dederat frequentibus nuntiis, qui tum a patre Amideo, tum a fratre Ludovico, tanquam ejus visendae gratia, Mediolanum ventitabant; jamque eo res erat adducta ut, ictis inter Mediolanenses Sabaudianorumque ducem foederibus, de proximis auxiliis spes haud dubia afferretur, nam ut sunt illi, more Gallorum, et mendaces et leves, ad sexaginta millia equitum parata esse jactabant, quae propediem, superatis Alpibus, non Mediolanum modo omni obsidione liberarent, sed omnes etiam Francisci Venetorumque conatus eorum finibus pellerent omninoque perderent. Ejusmodi pollicitationum inani spe arrecti Mediolanensium animi, multo quam antea pervicacius libertatem amplecti ac fovere instituerunt et in dies magis magisque in Franciscum odiis irritantur. Quae ubi is audivit, statuit omnium primum per mediolanensem quendam Mediolanensium magistratibus aperire, quam sua illos spes et opinio falleret; de vanis Sabaudianorum pollicitationibus atque auxiliis monens atque adhortans, ut ex civibus certos, quos magis fidos habeant, in Sabaudiam usque mitterent, qui viderent vera ne essent, quae' a vanis gentibus jactarentur; se enim paratum esse, qui tutum atque expeditum iter c. 791 praeberet illis advenientibus copiis; quod si offenderint, a Sabaudianis sese deludi atque decipi, eos commonere cohortarique, ne se ipsos universamque rempublicam perditum eant; indignum enim et nefarium esse, urbem tam pulcram, tam praeclaram, tam opulentam, obstinata paucorum pervicacia, ad ultimam perniciem exitiumque redigere; nunquam enim ab infestanda urbe agroque vastando se cessaturum, donec justa sperataque victoria potiatur; non enim eos ignaros esse oportere, sibi omni jure Mediolanensium imperium spectare, nec defuturas sibi ad eam rem, quam inierat, obeundam, neque opes neque auxilia, cum non solum ipse suis viribus valeat, sed Venetos quoque et Florentinos et Genuenses habeat perpetua societate conjunctos; quare etiam animadverterent, ne scientes videntesque extremam sibi calamitatem et excidium parent. Fuit is nuntius a solis duodecim viris, qui summae reipublicae praeerant, sine ullis arbitris auditus jussusque ne quid eorum, quae sibi retulisset, aliis enunciaret; verebantur enim, si ea quae nunciabantur apud populum increbruissent, ne seditio in civitate ac tumultus excitarentur. Ceterum cum enixius urgere Mediolanenses Fran'ciscus instituisset sciretque ab ea urbis parte, quae Moguntiam prospectat, quotidie ab c. 792 iis mitti nuntios ac literas et in Vercellensium usque fines eodemque itinere in urbem frequenter frumentum aliaque cibaria importari, decrevit, quantum in eo esset, eam illis facultatem adimere (abest autem Moguntia a Mediolano passuum millia decem); jussis igitur ceteris in suis manere stationibus, ejus conficiendi negotii praecipuam curam mandat quatuor his' ducibus, Francisco Picinino, Aloysio Vermio, Antonio vintimiliano ac Dulcio, Mur., 520 quibus etiam addidit Christophorum Taurellum et Matthaeum campanum, relictis tamen in stationibus, qui ad tantum conficiendum negotium minus utiles videbantur. Hi Moguntiam profecti, ejus oppugnationi accinguntur. Ambitus autem ejus oppidi est ad duo passuum milia; quod et muro et fossa idonea munitur; habet praeterea arcem duplici munitione distinctam; estque id oppidum ab ea parte, qua Mediolanum prospicit, eo munitius quod Lamber fluvius medius interfluit. Quibus ex rebus, cum oppidum hae copiae circumsedere undique minus possent, quod ad tantum ambitum non sufficerent, constituunt duces a duobus tantum lateribus oppugnare; Picininus eam partem sibi deligit, quae ad dexteram' est et c. 793 S2 ad orientem spectat solem, quo illac neque ingrediendi nec egrediendi facultas ulla hosti relinqueretur; alteram vero partem, quae ad sinistram jacet et occidentem prospectat, reliqui duces et asservandi et oppugnandi oppidi munus sibi assumunt et ad lapidis fere jactum prope oppidi fossam tabernacula firmant; quibus etiam in locis tria magnae molis

31, 34, 38. Modoetia -am *invece di* Moguntia -am — 37. etiam *esp.*

tormenta, quae assidue moles in muros torqueant, munitissime firmant. At Picininus non prope oppidi fossam, ut ceteri fecerant, castra locat, sed stationes ponit in vico, cui Sancte est cognomentum abestque a Moguntia mille circiter passus. Aloysius ac socii reliqui, ad oppugnationem conversi, murum aequare solo omni studio annituntur. Itaque factum est, ut ob crebros ac terribiles tormentorum ictus permagna muri pars eversa facilem ac paene sine periculo militibus in oppidum praeberet irruptionem. Dum oppidani in tanto discrimine fortunas suas atque salutem omnem pendere perspicerent ac matresfamilias mulieresque fere omnes in forum jam convenissent, quae flentes et miserabili cum ejulatu orare obtestarique non cessarent, ne se destituerent, quin potius communi omnium incolumitati c. 794 prospicerent, neque se paterentur foedae hostium praedae immanitatique permitti,' ii propere quanto in periculo res suas positae essent, ad Mediolanenses significatum mittunt affirmantque, ni insequenti nocte tanto discrimini occurratur, se cogi omnino deditionem ad hostes facere: itaque precari obsecrareque ut quam primum tantae rei indignitati tantoque periculo prospiciant considerentque quam sit et miserum et aerumnosum sese fortunasque suas omnes cum liberis atque uxoribus in hostium devenire potestatem. His rebus Mediolani cognitis, vehementer civium animi et commoti sunt et perturbati, velut qui intelligerent, quam grave incommodum extremumque discrimen subituri essent, si id oppidum patiantur in hostium manus devenire; quare publico omnium consensu decernitur ferendum ea nocte Moguntinis auxilium. Carolus igitur Gonzaga et Michaël taurinensis, qui paulo ante ad Mediolanenses transfugerat, cum expedita ac multa equitum peditumque manu et non mediocri Mediolanensium multitudine eo celeriter cum his mandatis mittuntur, uti omnino Moguntiam ea parte ingredi studeant, qua Picininus castrametabatur, ita enim fore, ut oppidanos omni obsidione liberos redderent. Id autem eo consilio a Mediolanensibus jussum est, quod et consulto' Mur., 521 c. 795 S2 Picininus longius abesset ab oppido' facileque passurus, ut Moguntinis succurreretur; ita enim curaturum sese, clam cum Mediolanensibus egerat, quippe qui permoleste ferebat id oppidum in Francisci pervenire potestatem. Quomobrem Carolus, relicto ad laevam Lambro et itinere celeriter confecto excubiisque interceptis, Moguntiam omnibus copiis tuto pervenit oppidumque ingressus per noctis silentium, ignaris hostibus, cum magna Moguntinorum laetitia in foro consistere omnes jubet; deinde praefectis equitum ac peditum convocatis, quid sibi sit consilii exponit: non videri sibi eruptionem in hostes faciundam, sed oppido potius continendas copias, cum tutius esse duceret, sine cujusquam periculo obsidionem Moguntinos solvere, quam per dubium pugnae eventum cum hostibus confligere; non enim dubitare se hostes ultro, cum primum de suo adventu persenserint, prae formidine inde abituros. Id vero Carolus propterea suadebat, quoniam sibi a Francisco plurimum metueret, cum non esset oblitus ab eo se paulo ante transfugisse, suoque discessu sfortianis rebus non parum detrimenti attulisse. Quamobrem, si fortunae iniquitate sui succumberent et ipse in hostilem manum incideret, id quod saepe usuvenire solet, ut qui se victoriam in manu c. 795 habere putent, vincantur interdum fiantque' captivi, actum de se fore judicabat; nondum enim ipse quicquam de Picinini cum Mediolanensibus conspiratione didicerat, nam ii propterea nihil communicarant cum Carolo, quod nossent eum et Picininum jam dudum inter sese mutuis odiis decertare. At praefecti legatique Mediolanensium, rejecta Caroli sententia, censent in hostes confestim erumpendum, ita enim et reipublicae commodo et cujusque tum honori tum virtuti consuleretur; quod si secus fieret, non imprudentiae solum et ignaviae ab omnibus ascriberetur, sed dolo malo atque insidiis factitatum omnes arbitrarentur, praesertim cum ipsi et numero militum et opportunitate loci et occasione temporis essent quam hostis superiores, velut qui et incautus et inermis et somno occupatus esset. His dictis incensi cum essent militum animi, ab omnibus conclamatur, e vestigio oportere in hostes

---

3, 21, 27. Modoëtia -am *invece di* Moguntia -am — 12. ad hostes *esp.* — 13-15. Itaque .... potestatem *esp.* — 18. Moguntinis *esp.* — 24. laborantibus *invece di* Moguntinis — 28-29. civium *invece di* Moguntinorum — 32. Moguntinos *esp.*

erumpere. Quo factum est ut, omni mora sublata, a duabus portis citato agmine impetus fieret: harum altera in machinas, altera in Aloysii et Dulcii stationes adversus castra facilem praestabat invasionem; decreverant autem et ignem jacere in tabernacula et omnia clamoribus missilibusque terrere. Hoc igitur pacto, prima luce, facta eruptione, Mediolanenses magnis animis ac viribus Sfor'tianos, qui nihil horum timebant, adoriuntur. Quo tempore c. 797 S3 Vintimilianus, ad quem tormentorum cura atque custodia delata fuerat, improviso atque repentino tumultu excitatus, non modo non defecit animo, sed eo quo fuerat loco constitutus, fortiter constanterque persistens, tantam hostium vim non sustinuit solum ac repressit, sed ita in fossam usque murumque rejecit, ut et in oppidum regredi coëgerit permultosque captivos fecerit, ac ex suis nonnullos, qui pro tormentis stantes primo congressu fuerant comprehensi, recuperaverit. At vero cum ab inferiore castrorum' parte nullum spatium daretur Mur., 522 Sfortianis, quo in aciem se colligerent et tabernacula, subjectis ignibus, uno fere tempore totis castris conflagrarent, quod idcirco facillimum factu fuerat ob varios ventorum flatus, qui passim in tabernacula, quae ex arida materie constructa erant, repente flammas inferrent, perturbati Sfortiani ac diutius resistere nequeuntes palantes funduntur fuganturque. At Vintimilianus, qui ab ipso pugnae initio de improviso hostium adventu eruptioneque subita Picininum per nuntios fecerat certiorem eumque propere affuturum in acie arbitrabatur, nec cedebat loco et acriter atque ingenti animo hostibus repugnabat operamque dabat, ut tormenta inde sublata longius' subducerentur. Ceterum, ubi diutius proelii molem sustinuisset, c. 798 et Picininus nusquam appareret videretque, fusis atque fugatis reliquis, totum certamen in se conversum, suos vero alios captos, alios certatim capi, coactus est tandem confertim invadentibus hostibus non mediocri cum periculo ex eorum se manibus eripere, et ita se Canturium cum paucis recepit. Qui vero ex ea pugna superfuere, hi, castris exustis impedimentisque amissis, omnibus tormentis in hostium potestate relictis, in hiberna se contulere; Campanus autem Caratum, qui proximus vicus erat, confugit, nam Mediolanenses Caroli jussu neque insequi Sfortianos, nec ab oppido longius progredi ausi sunt. Picininus integris copiis suis omnibus Melenianum regreditur. In eo proelio intercepti sunt equites ad trecentos: Aloysius vero ac Dulcius pridie ejus diei, cum ad tormenta praesidia tenerent, plumbeis pilulis per id ferme temporis et iisdem fere locis secundum genua graviter vulnerati, huic proelio non modo praeesse, sed ne interesse quidem potuerunt. Dulcius paucis post diebus vehementissimo vulneris dolore confectus ex nervorum contractione, quem spasmum medici vocant, Papiae diem obiit; Aloysius autem Papiam delatus, ex eodem vulnere ita gra'vi ac c. 799 S4 diuturna aegrotatione pressus est, ut a castris plures menses abesse cogeretur; Carolus post fugatos hostes, moguntinis omni solutis obsidione, eodem die Mediolanum omnibus copiis praedaque revertitur.

His rebus prospere gestis elati Mediolanenses, confestim omnes Castellatium, quod Franciscus, ut praediximus, paucis ante diebus in deditionem acceperat, facto ab universo populo concursu, expugnatum eunt. At Franciscus de iis omnibus, quae ad Moguntiam gesta sunt Mediolanique gerebantur, propere certior factus, neque eo accepto detrimento, neque tanto Mediolanensium motu animo frangitur, quin iis omnibus accersitis copiis, quas ad Moiragum continebat, Mediolanum versus ire contendit. Quod ubi Mediolanensibus est renuntiatum, e vestigio, relicta Castellatii oppugnatione, palantes in urbem refugiunt. Per hunc igitur modum repressis Mediolanensium animis, quos recentis victoriae insolentia extulerat, quod ob acceptam Moguntiae calamitatem Sfortianos, stationibus destitutis, longe ab urbe abiturus arbitrarentur, Franciscus longe majore studio militibus jubet, ut et ordines servarent et iisdem hibernis consisterent, eosque primum equi'tes omnes, qui proelio moguntiaco equis' fuerant Mur., 523 c. 800 armisque denudati, curat resarcire atque reficere; nec minus reliquo exercitui prospicit, ut

17. in acie *esp.* — 25. autem *esp.* — 32-33. autem .... cogeretur *scritto su parole abrase* — 34. Modoetiacis *invece di* Moguntinis soluta — 38. Modoetia *invece di* Moguntia — 42. igitur *esp.* — 44. apud Modoëtiam *invece di* Moguntiae — 45. modoetiaco *invece di* Moguntiaco

cum primum pabuli copia daretur, ex hibernis educi posset. Interea Picininus, qui simulandi atque dissimulandi artem satis probe calleret, biduo post proelium moguntinum, Brocardum Persicum cremonensem, hominem sane versuto subdoloque ingenio, sui de his, quae acciderant, purgandi causa, ad Franciscum mittit eumque praeterea hortatur, ut rursus, cum pabuli tempus affuerit, Moguntinos obsideat oppugnationisque ejus summam fidei suae industriaeque committat; nec enim se diffidere futurum, ut quodcumque ea pugna detrimentum et ignominiam accepisset, maxima sua cum gloria ulcisceretur, nunquam enim ab ea oppugnatione discessurum se, nisi re optime confecta. Franciscus, etsi Picinini dolos atque insidias manifeste callebat, tamen dissimulandum putavit, quin operam dedit ut eum pro rei magnitudine gratia ac beneficentia in officio contineret; quare non solum ejus purgationem admisit, sed etiam de obsidenda Moguntia postulatis assensus, quaecumque oppugnationi necessaria videbantur, iam parari mandat. Et quoniam fuerant amissa ad Moguntiam tor- c. 801 S 5 menta, alia tria nequaquam amissis deteriora, quae Cremonae' asservabantur, quo Picinino in tempore praesto essent, Meltium devehi jubet.

Dum haec in Mediolansibus geruntur, Veneti novo refecto coactoque exercitu transadduanam oram invasere; haec enim, ut supra docuimus, Venetis ex conventis debebatur. Eorum autem militum, quos ad id belli contraxerant praeter eos, quos auxilio ad Franciscum miserant, ad sex milia numerus fuit. Huic vero exercitui Sigismundum Malatestam, qui aestate superiore, uti demonstratum est, in Etruria pro Florentinis adversus Alphonsum regem bellum gesserat, Veneti repudiato propter senium Michaële Attendulo duce, cum summa imperii praefecerant. Ut ea autem regione facilius celeriusque Veneti potirentur, Franciscus, ut erat in eos animo non benivolo minus quam grato, Sacramorum Vicecomitem, virum et genere clarum et acrem ingenio et ut ex equitum praefectis praeterea et clientelis, cognatione et necessitudine apud Transadduanos auctoritate pollentem, eo proficisci imperat, Transadduanis persuasurum, ut se Venetis dedant eorumque iussis pareant. Qua quidem c. 802 persuasione nullo negotio Trivillianos Veneti Caravaginosque et reliquos oram trans'adduanam incolentes, Cremensibus dumtaxat exceptis, intra paucos dies in deditionem accepere. Nam Cremenses, cum essent oppido tutissimo, quod ab uno latere palude muniti sunt, a reliquis vero tribus muro fossaque latissima aquis repleta cinguntur habebantque praeterea cum grandem popularium numerum, tum firmissimum militum praesidium, cum in Mediolanensium fide persistere decrevissent, hos tandem Veneti, quam angustius possunt, castris circumsedent, frequentibus deinde turribus ligneis et omni tormentorum machinarumque genere enixius pertinaciusque aggressi, oppidum oppugnant. At vero oppidani, suspectis factionis guelfae civibus ejectis ex oppido, cum ea militum manu, cui Gaspar Vicomercatus pro Me- Mur., 524 diolanensibus praeerat, qui jam'pridem sub Francisco meruerat, factis in hostes crebris eruptionibus, demum bombardarum spiramenta ferreis clavis obstruunt, turres incendunt munitionesque ceteras evertunt; quibus rebus fiebat, ut longe graviora ea essent detrimenta, quae obsidentibus Venetis quam quae obsessis Cremensibus inferebantur. Nam quot fere diebus tam e muris et munimentis, quam per frequentissimas eruptiones hostes quamplurimi aut c. 803 inter'ficiebantur aut vulnerabantur. Itaque factum est ut, vastatis omnino Venetorum munitionibus, quas grandi impensa et maximo labore construxerant, dies permultos oppugnationes intermittere cogerentur, et modo ita quottidie alias atque alias munitiones instaurare cogebantur et longius ab oppido castra ponere stationesque locare. Inter haec autem quotidiana detrimenta Andreas Dandulus, qui apud Sigismundum legationem pro Venetis gerebat, ad Franciscum rogatum mittit, ut pro suae reipublicae commodo iis sibi rebus adesse velit; ad transadduanum bellum conficiendum Cremensesque subiugandos, quibus eum plurimum abun-

2. modoetiacum — 5. Modoetiacos — 9. quin .... dedit *esp.* — 11. Modoetia *invece di* Moguntia — 12. iam *esp.* - ad Moguntiam *esp.* — 18. Huic vero *esp.* — 22. Sacramorem — 23. et ut .... praeterea et *esp.*; *terzo* et *esp.* — 29. vero *esp.* — 33. At vero *esp.* — 38-39. Nam quoque fere die — 42. ita quottidie *esp.* — 42-43. instaurare modo longius — 43. autem *esp.*

dare nosset sibi enim opus esse certo quodam equitum ac peditum numero et fabris item quibusdamque ad costruendas machinas, quibus utendum erat, peritiam usumque tenerent; eiusmodi enim rebus venetum exercitum propter calamitatem nuper apud Caravagium acceptam maxime carere. Quibus legati postulatis cognitis, Franciscus continuo pro ejus voluntate cumulatissime satisfecit, nam et fabros, quos petierat, pro rei necessitate idoneos, ad eum transmisit et equites sexcentos, Manfredo ac Giberto corrigianis ducibus, quos paulo ante in Parmensibus duxerat stipendio, et ita hujusmodi suppetiis exercitus venetus, qui' paene erat exinanitus, instauratus est. c. 804

Sub idem etiam tempus Ludovicus Sabaudianorum dux, firmata, ut supra ostendimus, cum Mediolanensibus societate, improvisum repentinumque Francisco bellum a duabus partibus intulit; delectus enim ex universa dicione contraxerat, quibus per multos alios in Novariensium finibus gravi maleficio contumeliaque affecit. Ad haec per eosdem dies Johannes Compesius, qui auctoritate et gratia apud Ludovicum ipsum et apud Sabaudianos plurimum valebat, magna evocatorum equitum manu ex urbe vercellensi Novariam noctu proficiscitur, nam ad hunc unum totius eius belli summa fuerat delata (distant autem hae duae intersese urbes ad decem passuum millia). Eo ubi a Johanne perventum est, continuo milites remotis equis ea parte muros majoris arcis, quam urbiculam vulgo appellant, scalis appositis ascendere adoriuntur; hunc enim locum pluribus ante diebus quamdiligentissime explorarant tantoque silentio id per nocturnas tenebras factitarunt, ut ex improviso excubitoribus interemptis prius mediam fere arcem occuparent quam ejus arcis custodes somno excitarentur. At cum primum Guido assisinus' et Lucas dalmata peditum praefecti, quibus ejus arcis custodiendae c. 805 cura data erat, muros magnamque urbiculae partem ab hostibus teneri senserunt, illico sumptis armis clamoreque sublato cum paucis admodum sociis alacriter hostem fortiterque invadunt; nam plures ex ea peditum manu mortis metu perterriti alii diffugerant, alii delituerant. Horum primo aggressu hostis, qui se jam urbicula potitum arbitrabatur, paulo reprimitur repelliturque, quod ii praefecti duo ubi sunt conspicati, audentius redintegratis viribus hostem acrius premunt atque insecuntur; quod eo audacius faciunt, quo ii qui diffugerant atque delituerant, posito metu', prodierunt in pugnam. Hostes vero, noctis opacitate impediti clamo- Mur., 525 ribusque perterriti et obliti qua murum ascenderant, dum per arcem passim errant, funduntur sternunturque et brevi momento partim capiuntur, partim occiduntur, partim se se e muro saltu dejiciunt, ita ut perpauci vix evaserint. Ea enim est natura Gallorum, ut alacriter bella suscipiant ferociterque proelia ineant, sed ubi constantius repugnantes offenderint, tanquam virbus enervati, animis quoque deficiunt. Milites mille et amplius, qui sustulerant se in arcem, milites, quos ipse Compesius ex omni suorum numero delegerat et animi et corporis robore praestantes circiter mille et amplius, quos omnes pedites nostri vix ducenti solis paene clamoribus perterritos verte'runt in fugam, aliis captis, aliis interemptis, aliis vulneratis. Ho- c. 806 stes spe urbis potiundae destituti, posteaquam agrum sunt depopulati, villis vicisque, quotquot in itinere offenderunt, igni ferroque vastatis virisque ac mulieribus per omnem crudelitatem trucidatis, cum nulli neque aetati, neque sexui pepercissent, eo tandem, unde discesserant, rediere. Quae barbarorum et immanium hominum saevitia tantum Novariensibus reliquis terrorem intulit, ut nonnulla per eam regionem municipia atque castella, vel urgente nemine, Sabaudianis se dediderint. Quibus de rebus Franciscus certior factus, vehementer commotus est, quod Ludovicus, qui cum in hanc diem pacate amiceque vixerat, nulla lacessitus injuria

---

1. *già* posset *invece di* nosset — 1-2. sibi enim, quodam, item quibusdamque *esp.* — 2-3. quibus .... tenerent, enim *esp.* — 3. nuper *esp.* — 4-5. carere. Franciscus continuo et fabros — 7. conduxerat - stipendio et ita *esp.* — 11-12. Delectu enim ex universo regno habito, in regione Lumellinae et Novariensium finibus cuncta turbavit. Johannes — 13. apud *esp.* — 13-14. valebat, huic bello praepositus, magna — 15. nam.... delata *esp.* — 15-16. autem, duae, a Johanne *esp.* — 21-22. arcis custodiendae cura — 23. sociis alacriter, fortiterque *esp.* — 24. ex.... manu *esp.* — 27. hocque *invece di* quod eo - quod qui *invece di* quo iis qui — 29. ita *invece di* et — 30-33. partim capiuntur.... deficiunt *esp.* — 35. circiter.... omnes *esp.* — 42-43. Quibus de rebus, certior factus, est *esp.*

et ne bello quidem indicto, repente adeo adversus se arma moverit et tantum incommodi detrimentive intulerit et, quoniam qui populi Taurinensibus finitimi sunt, ob eos Sabaudianorum motus ad Franciscum per frequentissimos nuntios ac literas postulatum auxilium miserant, ut eorum saluti celeriter prospiceret, Christophorum Taurellum cum sexcentis et Angelum Labellum cum trecentis equitibus transmittit in Lumellinam; Conradum vero fratrem et Salernitanum cum equitibus mille atque quingentis Novariam confestim jubet proficisci, quibus haec preecipue servanda mandat, ut, donec' majoribus augerentur copiis, quas propediem esset submissurus, ne ullam hostibus pugnandi potestatem facerent, sed municipia atque castella Taurinensibus propinqua tuerentur, ne ab incursionibus hostium adversi aliquid paterentur. His rebus ita constitutis, ad Amideum, qui se, ut praediximus, adhuc Felicem romanumque pontificem scribebat et ita a suis appellabatur, legatum mittit Johannem Albonesium civem papiensem, qui diceret se plurimum admirari et permoleste ferre, quod ejus filius Ludovicus, quo tempore amicissime secum viveret et mutuis utriusque populi commertiis uterentur, nulla intercedente injuriarum causa, sibi nullo belli neque jure neque more servato, hostiliter in se arma moverit et Novariensium Papiensiumque fines incursationibus populationibusque vexaverit, quod urbem Novariam per dolos atque insidias capere tentaverit; exploratissimum autem habere, ea omnia non filii Ludovici sed suo consilio, sua denique opera constituta esse et perpetrata;' quod si adversus Mediolanenses bellum Franciscus intulerit, nihil ad eum pertinere, suo se jure uti; quod si Mediolanensibus novo occultoque junctus foedere auxilio esse voluerat, honoris sui fuisse, ut res suas non ita temneret, aut saltem quod' magnos principes decet, antea bellum indiceret; se tamen eum hortari rogareque, ut a suscepto abstineat bello, ut copias a maleficio et injuriis revocet, ut omnia municipia atque castella, quae injuste accepisset, restitueret, ut damna, quae hominibus suis intulisset, reficeret; ita enim se cum illo et firmam habiturum amicitiam et perpetuo servaturum; sin bellum quam pacem maluerit, hinc intelligat se, Venetorum Florentinorumque amicorum auxilio fretum, facile omnem, quam intulerit, propulsaturum injuriam bellumque injuste illatum pro divino judicio constanter fortiterque ulturum, nec enim fieri posse, ut unquam obliviscatur eo tempore sibi impedimento esse, quominus sua de Mediolanensibus socerique imperio jura sibi vendicet, quod et sibi quietem et posteritati suae sit gloriam allaturum. Ad haec Amideus, ut erat versuto callidissimoque ingenio, ita respondit: se iis rebus animum mentemque applicasse, quas christianae religioni ac Romanae Ecclesiae dignitati profuturas arbitrabatur, cujus jam pluribus ante annis, quod universo terrarum orbi perspicuum erat, in basiliensi concilio et electus et declaratus fuerat pontifex et ob id omnem patrimonii sui ditionisque administrationem Ludovici filii curae potestatique cessisse; quem, cum pro sabaudianae domus dignitate a firmata' nuper cum Mediolanensibus societate discedere nullo pacto liceat, rem omnem bello persequi ac decernere oportebat, nec ullam esse causam, quare ea sint restituenda, quae filius diebus superioribus armis cepisset, ita enim se a majoribus suis didicisse, ut quod semel sabaudiani principes adepti sint, non modo non restituerent, sed alia potius atque alia ab iis accipere consuessent, qui pacem sibi cum illis futuram cuperent. Quo responso Franciscus vehementius irritatus, majoribus copiis adversus Sabaudianos bellum gerere statuit, quo non modo illis repugnare, sed oppugnare potius opprimereque posset; cogitanti autem sibi quem ex suis potissimum ductoribus ei bello praeficeret, ultro sese Jacobus Picininus, qui nondum ex hibernis discesserat, per Dominicum pisaurensem jurisperitum pollicetur, inquiens se jamdiu vehementer cupere, ut aliquo egregio facinore exploratissimum

Margin: c. 80[illegible] (l. 7); Mur., 520 (l. 18); c. 803 (l. 21); c. 804 (l. 35)

---

1. movisset — 2. intulisset cum etiam populi - sunt *esp.* — 3. ad Franciscum *esp.* - misissent — 6-7. proficisci. Iis mandat ut — 9. *già* nequid *invece di* ne — 10. His .... constitutis *esp.* - ad Amideum praeterea qui — 11. ita *esp.* — 13. cum eo *invece di* secum — 14. sibi *esp.* — 17. sed suo — 17-18. sua denique, si *esp.* — 18-19. intulisset — 19. suo Franciscum iure — 22. et *invece di* ut — 23-24. hominibus suis, enim *esp.* — 25. hinc *esp.* — 26. fretum, quam intulerunt *esp.* — 27-29. nec enim .... allaturum *esp.* — 31. adjecisse *invece di* applicasse — 32. in *esp.* — 32-33. cuius jam ...., ob id *esp.* — 34. Eum *invece di* quem — 36. bello persecuturum nec — 39. pacem secum futuram — 41. quo .... posset *esp.* — 42. sibi *esp.* — 43-44. offert *invece di* pollicetur

ei reddat animum in se suum; quare cum ea sit oblata occasio, ut certum de se periculum faciat, petere ac rogare, ut sibi sabaudiani belli summam committeret, facile enim futurum sperare, ut brevi de Sabaudianis et maxima cum ipsius Francisci gloria victoriam reportet adjecitque, si vellet bene suis rebus consultum esse, ne cum Francisco Picinino fratre ullo pacto se conjungat. Quae cum Francisco non solum' grata esset oratio, sed probaretur (c. 810) etiam plurimum, per Antonium Guidobonum, qui apud Franciscum Piciniinum suo jussu agebat, petit ab eo, ut aequo animo ferat, id bellum petenti tantopere fratri demandari. Quae Picininus cum audisset, non potuit non vehementer animo commoveri, qui jam clam, ut superius demonstravimus, de fuga cum Mediolanensibus convenerat, quare cum Francisci postulatis nullo modo assentiendum putat Brocardumque ad eum mittit; is enim omnia Picinini consilia ac negotia et' tenebat et administrabat. Hic igitur cum hujusmodi (Mur., 527) mandatis ad Franciscum proficiscitur exponitque laturum se nequaquam aequo animo, ut frater a se cum exercitu segregetur; non decere ut paternae copiae, quae utriusque ductu gubernandae essent, inter se dividerentur; quod si fieret, non parum de ea autoritate, quam a patre Nicolao unam duo fratres accepissent, diminutum esse videbat. At Franciscus, tametsi Picininum perfidiae scelere suspectum haberet, tamen cum animadverteret eum a suae mentis instituto abduci non posse, statuit in eam rem nihil amplius agere, quod illius animum offenderet, quin potius gratificari omnia, quae illi libuissent, quo nulla intercessisse causa videretur, qua quicquam adversus se Picininus posset expostulare; ceterum quod pro tempore' tutius consilium visum' est, ut Jacobus Padum in Mediolanenses transiret et Franciscum (c. 811; Mur., 528) fratrem sequeretur, jussit; praeterea quo utrumque magis sibi conciliaret, Drusianam filiam, uti promiserat, Jacobo despondit; quae cum nondum esset matura viro, coniugii thorum in aliud tempus reservavit, praesertim cum omnia sibi duriora viderentur, neque nuptiali digna jucunditate, priusquam Mediolanensium potiretur imperio.

---

1. in se *esp.* — 1-2. ut .... faciat *esp.* — 4. admonuitque *inv.* di adiecitque — 8. quae, cum audisset .... commoveri *esp.* — 9. quare cum *esp.* — 10. eum ob eam causam mittit — 11-15. Hic igitur .... videbat *esp.* — 16. scelere *esp.* — 20. est Jacobum — 20-21. transire, sequi — 22. coniugii *esp.*

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER DECIMUSOCTAVUS

INTER haec Bartholomaeus Collio sabaudiano bello a Francisco praeficitur; is Mur., 529 suis copiis in novariensem agrum profectus, reliquos equitum praefectos, qui Novariae consederant, sibi addidit, quibus copiis aucto exercitu, vix dum ad Siccidae fluminis ripas pervenerat, cum municipia castellaque omnia, quae paulo ante pavore territa sese hosti dediderant, sine ulla pugna recepit, Casali Beltrando dumtaxat excepto. Quod ubi pertinacius in Sabaudianorum fide persistere videt, expugnare adortus est; at Casalenses mox initio pugnae territi et ad sanitatem reversi, deduntur ipsis cum uxoribus liberisque' incolumibus, bonis autem praedae militibus concessis. Praeterea c. 812 Albertus Pius carpensis, quem Leonellus Estensis marchio per eosdem ferme dies cum equitibus octingentis trecentisque peditibus pro vetere hospitio ac necessitudine ad Franciscum auxilio miserat, eodem submittitur. Quibus rebus ita constitutis distributisque ac firmatis cis flumen Siccidam per ea loca stationibus, Conradus, ac ceteri belli ductores, Collione excepto, Vercellensium agros ad ipsas usque urbis portas quotidianis exagitabant ac populabantur incursionibus; distabat autem is locus, ubi castra a Collione posita erant, a Vercellis urbe duo circiter passum millia. At Collio Jacobi Antonii Marcelli jussu a fluminis transitu et ab invadensis Ludovici finibus abstinebat, cum diceret Marcellus eam esse veneti senatus mentem, ut quod Francisco stricto foedere promisissent, ad Mediolanensium usque deditionem servaretur, neque enim ullo jure obstringebatur, ut extra ejus imperii fines, quod vivus Philippus possidebat, cuiquam bellum inferret. Quare neque Vercellensibus neque Taurinensibus ullam per suos injuriam inferri permittebat, vel ea maxime ratione, quod Venetis semper cum sabaudianis principibus permagna fuisset necessitudo et quandoque etiam societas. Quare' non per auxiliares Venetorum copias, sed per reliquos milites in hostium fines assidue c. 813 T1 fiebant incursationes. Qua difficultate pressi hostes, relictis Novariensium finibus, Vercellas sese et in proxima ei urbi sese municipia recepere, cum interdum tamen in novariensem agrum populabundi discurrerent, mox unde digressi fuerant, re infecta magna celeritate revertebantur et quoniam sciebant venetis militibus non licere amnem Siccidam transire, proeliandi quandoque sfortianis militibus potestatem faciebant, sed eam admodum levem, ut qui ne horae quidem spatium ullo in loco dimicaturi consisterent et id parvo quidem suorum militum numero veriti illi sane italicam tum constantiam, tum calliditatem, quare nolebant aut superari virtute aut insidiis circumveniri. Erat autem eorum omnium numerus ad

9. mox *esp.* — 13. Quibus.... firmatis *esp.* — 14-16. Siccidam autem positis castris Conradus ac ceteri duces Collione — 16-17. distabat.... millia *esp.* — 26. sese *esp.* — 27. populaturi — 28. reverterentur — 29-30. faciebant ut tamen ne — 30-31. et id.... numero — 31. illi sane

sex equitum millia, in quibus merebant belgae sagittarii, viri non minus audaces ac feri, quam sagittandi peritissimi: erant autem hi, quos hac tempestate Picardos appellant, Belgarum omnium ad facinus omne promptissimi atque vitae prodigi. Nostri vero cum adverterent trans amnem neque aequo neque iniquo loco cum hostibus pugnare, quoniam ii in proximas stationes semper citato cursu sese reciperent, cogitaverunt eos, quoad fieri pos- c. 814 Mur. 530 set, citra' flumen allicere idque fieri posse existimabant, si dissimulato pu'gnandi studio negligentius sese intra dies aliquos stationibus continerent, ita enim fieri posse, ut decepti hostes et citra et ultra flumen petulantius se inferrent. Quibus consiliis ita constitutis, hostes, ut sunt homines leves, coeperunt alacrius frequentiusque non modo transire amnem, novariensem agrum populaturi, sed nostros perinde atque socordes pugna lacessere, neque parva quadam manu, ut ante, sed cunctis viribus se in oculos inferre. Haec ubi singulis fere diebus geruntur ab hostibus, evenit tandem, ut dum Compensius amne superato adversus nostros ire contenderet, Collio atque Conradus de illius adventu ab exploratoribus facti certiores, tempestive copiis eductis ei celeriter occurrunt ac priores hostium cohortes a fronte adoriuntur primoque impetu fundunt et in fugam vertunt illosque alacrius insectantes equites ad quadringentos cepere, Compesio etiam ipso eorum duce intercepto; reliqui vero salutem sibi cursu propter urbis propinquitatem peperere. Quibus de rebus prospere gestis, ubi Franciscus ex Conradi literis intellexit, meliore spe paululum exhilaratus, quamprimum c. 815 T 2 ad se Compesium adduci jubet: quo cum multa locutus est non sine magna animi' indignatione, ut quam graviter de Ludovico duce quereretur, qui praeter omne humanum jus atque officium sibi tam insignem intulisset injuriam, cum nihil unquam a se molesti accepisset; deinde post triduum ad Collionem, a quo esset interceptus, remisit cum non vulgari commendatione, ut in ejus redemptionis causa, quoniam esset nobili natus loco, se humaniter mansueteque gereret clanculumque per nuntium addidit, non videri sibi hominem, quantum ex ejus sermone atque praesentia animadverterat, ea vel prudentia, qua dicebatur, praeditum vel auctoritate dignum inter suos excellere; itaque se minime dubitare, si ceteri eorum duces similes eius forent, celerem de iis futuram victoriam. Post id proelium hostes, amisso duce, ab amnis transitu adversus nostros desistere constituerunt; at nostri cognita hominum vanitate longe majore animo ac studio vercellensem agrum vexare ex integro coeperunt, quibus cum permulti etiam Collionis milites sive injussu, seu ejus voluntate accensi praedandi studio mixtim incursabant.

Dum haec in Novariensibus geruntur, tempus educendorum ex hibernis militum jam c. 816 adventarat et pabuli copia erat in campis, cum per idem quoque tempus Fran'ciscus, tum Guidoboni, tum aliorum plurium frequentibus literis ac nonnullis etiam nuntiis, qui clam veniebant e Mediolano, de Francisci Picinini perfidia et cum Mediolanensibus conspiratione cognoverat fiebatque de ejus, quam parabat, fuga quotidie certior. Erant insuper non pauci ex ipsius equitum ductoribus, quos ejusmodi doli ac fraudes non latebant, qui se hominem interfecturos pollicebantur, modo Franciscus iuberet. Quibus rebus Franciscus graviter commotus, non satis compertum habebat, quid consilii capere oporteret, nam si eum transfugere sineret, intelligebat id praesentibus rebus suis non parum detrimenti allaturum; sin autem interfici juberet, quo nihil magis ab ingenio suo semper abhorruit, aut quod fac'tu erat facil- Mur., 531 limum, captivum faceret, verebatur infamiae notam, 'ne id fecisse diceretur, quod ex factione braciana et Nicolai Picinini filius esset et eo magis animo angebatur, quod neque ejus perfidiam per aliquas illius literas posset ostendere, aut ullis testibus confirmare, quos in sua

---

1-2. merebant sagittarii ex eo genere Belgarum, quos — 3. vero *esp.* — 3-4. adverterent — 4. pugnare possent — 5. proxima castra semper — 5-6. quod .... posset *esp.* — 14. cohortes *esp.* — 16. ipso .... duce *esp.* - vero *esp.* — 18. meliore .... exhilaratus *esp.* — 19. multa .... est *esp.* — 20. ut .... graviter *esp.* - questus est — 21. cum .... accipisset *esp.* — 23. natus *esp.* — 25. vel *esp.* — 25-26. praeditum .... excellere *esp.* — 26. Gallorum *invece di* eorum — 27. eius *esp.* - celeremque de iis futuram victoriam *esp.* — 28. adversus nostros *esp.* — 33. Cum .... tempus *esp.* — 36. cognoscit fitque — 38. modo .... rebus *esp.* — 40. id, suis *esp.* - eum *invece di* autem — 41. quo .... abhorruit

haberet potestate. Haec igitur cum diu ac multum secum animo agitasset, tandem potius consilium visum est rem dissimulare et quemvis eventum potius exspectare, quam ulla ratione *c. 817 T 3* in Picininum animadvertere. Itaque moguntinae obsidionis deditus curae, quam, ut praediximus, ipsius Picinini hortatu, cum primum per tempus liceret aggredi constituerat, ut ei oppido propinquior esset, e Moirago ad Figinum vicum cum exercitu promovit; deinde paucis post diebus Guilielmo, cui octo cohortes erant et alias ipse duodecim addiderat, quas simul cum Picininis ad res moguntinas conficiendas delegerat, diem dicit, quo die ad Moguntiam omnes conveniant. Hi, ut erat imperatum, statutum in locum cum venissent, Franciscus ut in locandis castris distribuendisque in singulas cohortes stationibus praeesset, ipse quoque eo contendit, quippe qui nullis parcens laboribus, sua quaeque negotia, cuiuscumque naturae essent, et cognoscere semper et disponere singillatim volebat; nec enim quae administrare per sese conficereque posset, aliorum curae committere unquam consuevit; Guilielmo ea oppidi pars obvenit, quae citra Lambrum ad occasum prospectat; Picinino eadem illa, qua superiore obsidione consederat. Itaque universae copiae in bina sunt castra distributae, quae oppido ac Lambro flumine, ut supra commemoravimus, inter se dividebantur; horum alteris Guilielmum Franciscus, alteris Picininos praeesse' instituerat. Hic dum stationes in *c. 818* eas cohortes singillatim partitur, Picininos aut saltem eorum alterum exspectabat, qui non amplius mille passus ab oppido longius instructa acie constiterant; nec aliquid de firmandis ad oppidum castris ad Franciscum petitum miserant. Horum ubi non modo adventum, sed ne etiam nuntium cunctando diutius Franciscus videt, admiratus cum paucis ad Picininos ire contendit; quo iter liberius faciente Albertus Scottus placentinus summa prudentia vir et in patria suae factionis princeps, Marcellum legatum adit docetque nequaquam probari sibi Francisci ad Picininos accessum, neque sani esse consilii, ut eorum se fidei atque potestati committat; quod si fecerit, se de ejus vita plurimum dubitare. Legatus quae acceperat a Scotto repente in ipso fluminis transitu Francisco ad aurem refert rogatque, ut ab ea se profectione contineat; qui cum id consilii probasset, a Picininis iter avertit. At illi posteaquam vident Franciscum minime ad se iturum, Picininus natu grandior protinus ad eum pergit, ceterum eo vultu, qui non obscure mentem exulceratam declarasset: erat enim facies tota rubore perfusa et, quod antea nunquam consuevit, summa cum veneratione Franciscum' medium *c. 819 T 4* complexus in faciem deosculatur petitque ut proximam noctem dumtaxat liceat suis militibus, ubi tunc essent, commorari, cum diceret procul dubio futurum, ut propius universas copias oppido admoveret. Ea re haud difficulter impetrata, Picininus ad suos et Franciscus MUR., 532 in sta'tiones apud Figinum revertitur, deinde Bartholomaeo Gadio iubet, ut quae ad oppidi oppugnationem paraverat, eo conferri curet; utebatur enim Franciscus hominis hujus opera idcirco plurimum, quod et fidelem sibi et ad capessenda imperia ingenio alacrem et ad res conficiendas diligentissimum cognovisset. Praeterea ut Moguntiam propius accederet, in vicum Bollatum, qui ab eo oppido abest circiter quinque passuum millia, cum reliquo exercitu ad septimum kalendas majas concedere, ibique ad rei usque confectionem habere castra instituit, quo in loco cohortibus singulis, quas eo ad diem constitutum ex hibernis convenire jusserat, stationes distribuerat. Is dies ubi affuit, erat enim biduo post dominicam resurrectionem, Picinini cum omnibus copiis, Guilielmo ceterisque militibus inscientibus, sub lucem portis patefactis, Moguntiam ingrediuntur; nam ii, ut omnem fidei pudorem neglexerant et jusjurandum de servandis Francisco conventis Deumque' contempserant, ut fraudem novo *c. 820* scelere cumularent, in reliquos etiam, quos ea fuga territos arbitrabantur, confestim erumpere constituunt idque in primis natu minor Jacobus instare non cessabat, tanquam hone-

---

3. Modoetiacae *invece di* Moguntinae — 5. movit — 7. moguntinas *esp.* — 7-8. ad Modoetiam — 10-11. cuiuscumque.... essent *esp.* — 12. consueverat — 21. magna *invece di* summa — 26. illi *esp.* — 27. videt — 28. declararet — 30. in faciem *esp.* — 33. imperat *invece di* iubet — 35. idcirco *esp.* — 36, 42. Modoetiam — 38. ad rem usque confectam — 39. ordinibus *invece di* cohortibus - quos — 43. de.... conventis *esp.* — 45-p. 286 l. 1. tanquam.... duceret *esp.*

stius esse duceret, non satis id esset facinoris, quod perpetrassent, nisi cumulatiore quodam scelere illustrassent. Et quamvis feratur fratrem natu majorem, idcirco effraenatae fratris cupiditati assentire postea noluisse atque omnes eruptiones prohibuisse, quod malefacti conscientia remorderetur, tamen, ut plurimi sentiunt et hi maxime qui universo consilio non modo interfuerant, sed etiam praefuerant, non ductus ille facti poenitentia eam eruptionem compescuit, sed quod Guilielmum instructa acie esse conspiceret quodque reliquos non ita, ut frater existimabat, imparatos essent offensuri; futurum enim verebatur, si hostes aggrederetur, qui etsi erant numero impari, tamen ita ad repugnandum parati ut tantum spatii eorum impetum sustinerent, quoad a Francisco suppetiae mitterentur, qui eo die castra moturus esset et Moguntiam propius accessurus, ne plus incommodi sui acciperent quam Sfortianis inferrent. Guilielmus hac Picininorum fuga cognita, suos omnes quammaturrime ar- c. 821 T 5 mari et in acie consistere, sarcinas' colligere et eas ad majora Francisci castra praemittere jubet: quibus quidem praemissis, ne sua inde discessio fugae similis videretur, paulatim sese atque instructo agmine ab oppido amovet et Franciscum versus ire pergit, ad quem brevi cum universis copiis incolumem se recepit. At Picinini eodem die cum equitibus ad tria millia et peditibus mille, distributis cunctis in cohortes duas ac viginti, Mediolanum concesserunt, ubi magno ab omnibus applausu et gratulatione excepti sunt; horum adventu Mediolanenses rati fore, ut perbrevi curriculo ab eorum finibus hostes extruderentur et ita eiusmodi ipsi bello liberarentur, multa contra Franciscum acturos sese jactare minarique coeperunt. Quibus rebus elata civitas prae nimio gaudio furoreque ardebat ut in hostes erumperetur; inter quos tumultus et animorum insaniam Castellatium monasterium propinquum urbi, ut ostendimus, quod praesidio peditum circiter centum servabatur, postero die a Mediolanensibus populariter expugnatur; quo recepto murus, quo veluti propugnaculo circumdabatur, solo aequatur.

Mur., 533 At Franciscus cum omnia quae ad moguntinam oppugnatio'nem in Bollato vico parata c. 822 essent jamque dies advenisset, qui erat dictus profectioni, quae ad Moguntiam' gesta sunt, crebris rumoribus accipit, sed illis quidem variis, cum alii Guilielmum cum ceteris cohortibus, quae cum eo erant, fusum fugatumque esse nuntiarent, alii vero incolumes esse omnes; erantque alii nonnulli, qui Franciscum Picininum dumtaxat Moguntiam intrasse dicerent, nam Jacobum fratrem eum sequi noluisse et ita extra oppidum in armis esse. Quod autem de Jacobo ferebatur ea ratione non incredibile Francisco visum, quod paucis ante diebus non recte ille de fratris animo in eum sentire videbatur idque non dissimulanter enarraverat. Quibus rumoribus nuntiisque perlatis, fit continuo concursus undique non mediocris ad Francisci praetorium; omnes enim rem admirantes ierant audituri, quid tandem aut de profectione aut de cunctatione decerneretur. At vero Franciscus, tametsi huiusmodi rumoribus graviter commovebatur, tamen cum ea ipsa hora, qua hi afferebantur, celebrationi Divinae Hostiae interesset, non modo pedem, sed ne faciem quidem aut vultum, ob tanti sacrificii cultum atque venerationem, mutare visus est, quin potius mirabili quadam constantia et eadem qua semper religione, uti consueverat, Sacramenti celebrationisque exitum exspe- c. 823 ctavit. Cum interea certiores nuntii' supervenissent, qui et utrumque Picininum fugisse declararent et Guilielmum detrimenti nil accepisse, quod ejus rei paulo post' Guilielmus etiam ipse suis et literis et nuntiis confirmavit, Franciscus igitur iis rite peractis, quae ad divinum cultum pertinebant et quae de Picininis ferebantur, diligentius cognitis, omnium

1. non satis id — 2. illustrarent — 5. facinoris *invece di* facti — 7-9. aggrederetur ne tantisper eorum — 10, 26, 29. Modoetiam — 13. quibus.... praemissis *esp.* - et ne — 13-14. sese atque *esp.* — 16. ordines duos — 18-19. et ita.... liberarentur *esp.* — 20. Quibus.... erumperetur *esp.* — 21. ardorem *invece di* insaniam — 23. eo *invece di* quo — 25. quae ad moguntinam *esp.* — 28. vero *esp.* — 29. erant - alii *esp.* — 32. in eum *esp.* — 34. omnes.... audituri *esp.* — 35. At.... Franciscus *esp.* - Ille tametsi — 35-36. huiusmodi rumoribus *esp.* — 36. qua.... afferebantur *esp.* — — 37-38. ob.... venerationem *esp.* — 38-39. est quin.... consueverat *esp.* — 40-43. qui et.... cognitis *esp.*

primum Blancam Mariam uxorem Papiam, unde proximis diebus et eum revisendi et sacros dies paschales cum eo una celebrandi gratia venerat, redire jubet; deinde re in consultationem acta, legato venetisque ductoribus et aliis compluribus videbatur illud optimum esse factum ut unum in locum universus contraheretur exercitus cum ducerent verendum esse, ne pluribus in locis per stationes divisis copiis aliqua exercitus, pars a Mediolanensibus ea Bracianorum elatis accessione detrimenti aliquid acciperet. Sed Franciscus longe aliter sentiebat, nam ne videretur id a se non consilio, sed metu potius hostium factitatum et ita Mediolanensibus animi augerentur et auctoritati suae non parum detraheretur, milites omnes jubet in suas redire stationes ac inde iniussu suo nullo facto moveri. At quoniam ea Picininorum fuga permultos adeo terruerat, ut praesentibus rebus diffidere viderentur, ut' bono animo sint, omnes accommodata oratione cohortatur: brevi enim provisurum c. 824 sese, ut et Picininos suae poeniteret perfidiae et Mediolanenses quoque intelligerent per eorum accessionem longe se esse pejore conditione quam antea; ceterum ne interea offendantur incauti, sed assidue sint parati, omnes admonet addidebatque id a se bellum adversus Mediolanenses susceptum, Picininis cum illis sentientibus, quibus rursus etiam adversantibus, sibi non minus quam antea bellum id pro sua confecturum sententia, retardari enim paulum posse de Mediolanensibus victoriam, sed minime auferri et longe tutius rebus suis ac satius esse, Picininos manifestos habere hostes, quam familiares inimicos; quod posteaquam ii venissent in partes suas secumque mererent, secreta cum hostibus persaepe habuissent colloquia et quae cum ipsis consilia communicarat, ea illos nota fecisse omnia. Quae cum dixisset et omnes verbo paruissent, triduum in iisdem stationibus resedit.

Inter haec, laborantibus diuturna obsidione Cremensibus et in desperatione propemodum adductis, Mediolanenses idoneum tempus nacti subsidii illis ferendi, dant Picininis Caroloque negotium, ut' quam maturrime Cremensium periculo occurrant'. Hi triduo post eam a Francisco MUR., 534 c. 825 fugam, coacto equitum peditumque exercitu, quantum ex suis mediolanensique populo majorem cogere potuerunt, Cremam per Laudenses quam celerrime proficisci contendunt; Melenianum inter eundum, omni militum praesidio destitutum, arcemque paucis defensoribus munitam facile occupant; id enim oppidum Franciscus Picininorum fidei ante commiserat, neque post eorum fugam ob continuam imbrium magnitudinem, quibus itinera circumquaque per id triduum intercluderentur, ei rei potuerat providere. Dum haec geruntur, Sigismundus Venetorumque legati, qui Cremam, ut demonstravimus, manu valida oppugnabant, de Picininorum defectione deque mediolanensis exercitus motu a Francisco certiores facti, continuo solvunt obsidionem seque ad Fontanellam recipiunt; id autem municipium est in Cremonensium finibus non longe ab Olio situm flumine. Ea liberatis obsidione Cremensibus, Mediolanensium duces, cum accepissent interea temporis Franciscum e stationibus movisse et ad Melenianum recta contendere, diurnis nocturnisque non rectis, sed obliquis secundum Adduae ripam itineribus, Mediolanum dum repetunt Meltium, propinquum Adduae oppidum, omni vacuum praesi'dio, inter proficiscendum recipiunt cum iis etiam bombardis ac reliquo c. 826 apparatu, qui ad expugnationem Moguntiae in eo oppido servabatur. Franciscus interim his rebus cognitis, non amplius sibi cunctandum ratus, quo Melenianum quamprimum recuperet, exercitum omnem contraxerat; est enim id oppidum et ad bellum, si opus fuerit, producendum et ad Mediolanensibus nocendum aptissimum ac maxime opportunum. Eo ubi perventum est, primo impetu oppidum capitur eaque usus misericordia, qua semper consuevit, oppidanos a militum saevitia ac potestate servavit, nam mulieres una cum liberis in arcem confugerant, quam ipsam, quoniam valido mediolanensi praesidio tenebatur, iis tormentis

---

1-2. et eum .... gratia *esp.* — 3-5. videbatur unum in locum universum contrahendum exercitum, ne — 7-8. factum *invece di* factitatum — 9. ac inde .... moveri *esp.* — 12. quoque *esp.* — 13. antea fuissent — 14-16. admonet additque retardari — 17. enim *esp.* — 20. consilia *esp.* - nota hostibus fecisse — 20-21. Quae .... resedit *esp.* — 35. interea temporis *esp.* — 39. Modoetiae - interim *esp.* — 40. sibi *esp.* — 41. contraxit - si .... fuerit *esp.* — 42. ac .... opportunum *esp.* — 44. ac potestate *esp.*

aggressus, quae e Papia nuper devehi jusserat, non prius ab opera destitit, quam turres duae solo aequatae ac muri, qui turres intercederent, diruti prostratique sunt, et quamquam altitudo fossae, Lambri oppletae aqua, arcem a vi nostrorum tutam admodum reddebat, tamen post diem sextum, ex quo ea primo oppugnari coepta est, in hanc deditionis conditionem cum arcis praefectis deventum est; quod si ad triduum usque id auxilii Mediolanenses tulerint, quo vel pellerentur obsidentes, vel abire cogerentur, in Mediolanensium permaneant' c. 827 potestate: sin id minus, praefectis ipsis sociisque omnibus cum rebus suis incolumitate servata, arx Francisco dedatur. His rebus ita constitutis datisque obsidibus, Mediolanenses, ubi de omni re per nuntium praefectorum certiores facti sunt, decernunt summo omnium studio atque consensu de subsidio mittendo ad arcem conservandam; itaque novissimo pacto de- Mur., 555 ditionis die, qui dies' erat ad kalendas maias arcisque traditio ad vigesima ejus diei horam, Francisci Picinini Carolique ductu equestres omnes pedestresque copiae urbe mane egrediuntur instructa acie in quendam usque locum pugnaturae progredientes, qui locus a Meleniano sex passuum millibus aberat. Quo ubi ventum est, consistere jussis omnibus, Luchinus Palmerius cum equitibus perpaucis levis armaturae, quid agant hostes exploraturus mittitur; neque duces, nisi re de hostium motu cognita, longius agmina progredi permisere, quod et Franciscum tantae multitudinis impetum exspectaturum non putarent et ob eam rem sine Mediolanensium periculo ceterorumque labore arcem liberatum iri judicarent. Erat autem eo die Mediolanensium omnium, qui in aciem prodierant, numerus ad triginta millia, in quibus erant primo ex juventute mediolanensi, qui libertatis studio ultro ierant, millia viginti, c. 828 deinde ex peregrinis copiis bello exercitatis equitum sex millia. Et quoniam Picininus cum Francisco manum conserere plurimum formidabat, quominus multitudinem bellicae artis ignaram cum prudentissimo atque fortissimo imperatore ac robustis exercitatisque militibus conferret, arte astutiaque opus esse ratus, Leonem quendam Luchini commilitonem proximo vesperi ad Franciscum ire jusserat; qui, ut ei notus ac familiaris, clam secretoque enuntiaret, postridie ejus diei prima luce se pro arcis salute cum potentissima et peregrinorum militum et Mediolanensium manu adversus eum iter facturum, qui si expectaverit, et cum eo omnino esse congressurum moneretque Mediolanensium copias constare ex sexaginta hominum millibus, praeter eos equites ac pedites peregrinos, quorum numerum scire se eum non ignorare; praeterea Guilielmum cum majore Mediolanensium magistratu jam secreto de foedere egisse hostemque ei in ea pugna aperto marte futurum, qui, cum pugnare acies coeperint, in Sfortianos arma conversus esset; idque sibi sole clarius compertum esse; verum quia pro sua in eum benivolentia moleste admodum ferret, si quid ei calamitatis acciderit, monere eum, c. 829 ut suae salutis haberet rationem. At Franciscus, qui quorsum' haec Picininus nuntiaret, pro hominis ingenio satis superque calleret, pauca ad nuncii relata respondit, se pro eo quod in se ostendisset studio, habere Picinino gratias; quod autem cum tanta copiarum multitudine sua esset castra invasurus, id sibi quam gratissimum esse, quoniam quo plures forent, eo majorem exinde victoriam consecuturus esset majorque militibus suis diripiendi copia offerretur; de Guilielmo satis se provisurum esse respondit; ceterum quominus laboret cum tanta copiarum multitudine se non modo non exspectaturum, sed ultro potius iturum obviam; verum quoniam per speculatores ea omnia didicisset, quae hoc biduo Mediolani' gesta sunt, omnem undique militem coegerat Papiensibusque delectum imperarat. Postero vero die, ubi de Mediolanensium motu intellexit, ea re factus laetior, prima luce omnes in armis esse in acieque consistere et qua hostes venturos arbitrabatur, praeruptum iter ad tria millia passuum et amplius sterni instaurarique jubet. Sed dum haec aguntur, rumor vagatur et assidue

---

5. nisi *invece di* quod si - usque *esp.* — 6-7. in .... minus *esp.* — 8. ita, ubi *esp.* — 10-12. itaque kalendis maiis, quo die hora vigesima arx tradi Francisco debebat, Francisci — 18-19. autem eo die *esp.* — 19. omnium *esp.* — 20. primo *esp.* — 27-28. qui si expectaverit, esse *esp.* — 29. eos *esp.* - quorum .... ignorare *esp.* — 31. et *invece di* qui — 32. arma conversurum id sibi — 35. pauca nuntio respondit — 38. exinde *esp.* — 39. esse *esp.* — 43. factus *esp.* — 45. Sed .... aguntur *esp.* - Interim rumor

magis magisque increbrescit, ita esse mediolanensem aciem instructam, ut Mediolanenses
singuli 'singula gererent sclopeta, quae vocantur genus sane tormentorum terribile admodum Mur., 536
atque exitiale' foreque Mediolanenses ipsos, qui primi pugnam inirent, ad millia sexaginta; c. 830
quae quidem vox adeo crevit, ut omnium fere militum animos ingenti terrore prostraverit.
Quod ubi animadvertit Franciscus, veritusne ejusmodi opinio mali quicquam afferret, in
hunc modum providit: ducentos ex omni equitum numero delegit, qui tum magno rei mili-
taris usu, tum aeque animi virtute atque viribus corporis in primis excellerent, quorum inter
primos Petrum Johannem camertem; his autem omnibus duas in cohortes distributis, Guiliel-
mum praeesse voluit, quem, ut reliqui ordines subsequerentur, jussit utque his in advenientes
hostes impetum faciat et, nullo dato repugnandi spatio, eos urgeat insecteturque mandat.
Erat autem, ubi hostium adventum exspectare statuerat, campestris quaedam planicies pro
situ loci satis ampla equitatuique nostro aequa sane atque percommoda et nostrorum quidem
equitum numerus constabat ad millia circiter decem, peditum vero ad tria millia, nam evo-
cati propter angustiam temporis fuere circiter noningenti; hunc in locum universam proelii
summam trahere constituit edocetque, ne quid pilulariis consistendi spatii dent ad sclopeta
in eo proelio instruenda, hominem praeterea capere neminem, sed omnes potius, qui' fron- c. 831
tem ostenderint, tamdiu ferro excipere, donec vertantur in fugam; hunc denique ordinem
servatum iri sonitu tubarum edicit, ea poena addita, ut qui secus fecerit, securi percutiatur.
Idque propterea factum est, quod pilularios complendi tormenti pulvere ejusque accedendi
facultate adempta, inutiles omnino ac velut inertes pecudes fore judicabat, praesertim quod
eos omnes ignavos reique bellicae imperitos eosdemque inermes esse cognosceret. Quibus
prioribus fugatis profligatisque haud verebatur, quin reliqui etiam continuo terga darent et
pro se quisque fuga salutem peteret. His rebus ita constitutis et cohortibus quibusdam sta-
tionum arcisque praesidio relictis castrorum munitionibus, ad duo passuum millia copias omnes
educit, deinde exercitum agmine longo consistere ac neminem ex suo ordine excedere Gui-
lielmoque, ubi hostes nostris appropinquaverint, jussa facere imperat. Ipse autem regressus
singulos equitum ac peditum ordines, quos propinquiores quam par esset, videret, ita aequo
inter se spatio instruit, ut alterutri impedimento sibi esse non possint; praeterea qui alium
viderit hostes formidare ut eum hortetur ad timorem pellendum remque intrepide gerendam,
qui cum transfugis bracianis, quos' saepe magna sua cum gloria vicissent, manus conserturos c. 832
esse eosdemque nunc cum vulgo molli ignavoque pugnaturos commemorat. His atque aliis
adhortationibus confirmatis militum animis, omnes uno atque eodem ore nomen sfortianum
laetis vocibus conclamantes, sese aut morituros eo die, aut victores illum in ducale Medio-
lanensium solium posituros affirmare non desinunt. Cum vero ad novissimum ordinem, qui
a castrorum munitionibus paululum aberat, pervenisset, magnam hostium manum trans Lam-
brum, qui ad dexteram relinquebatur, iter facere, qua illis facilior pateret in arcem aditus,
in vulgus effertur. Quam quidem rem facilem factu fore arbitratus, ei praesidio cui Sanse-
verinates praefecerat, numerum opportune celeriterque auxit, nam illos ad eam partem reli-
querat 'arcis custodiendae causa. Haec posteaquam Francisco pro temporis angustia satis Mur., 537
ex sua voluntate provisa sunt ad praelium faciundum, ad priores ordines confestim revertitur,
ubi cum multa ac varia de Mediolanensium adventu rumor afferret, mille circiter passus cum
paucis progressus adversus hostes, ita ex captivis quibusdam comperiebat, tribus adhuc pas-
suum millibus illos ab eo distare, qui locus ad Sanctum Julianum dicitur; quod ubi principio
constite'rant hostium duces, ex eo loco longius progredi minime auderent. Haec dum Fran- c. 833 V 1
ciscus de hostibus sciscitatur, captivis mandat qui Picinino enuntient, se quemadmodum
pridie ejus nuntio praedixerat, tribus passuum millibus cum exercitu ei obviam venisse, seque

---

2. quae vocantur *esp.* — 5-6. in .... providit *esp.* — 7-8. quorum .... distributis *esp.* — 11. autem *esp.* — 13. constabat *esp.* — 16. hominum — 22. etiam *esp.* — 23-25. constitutis et praesidio castris relicto, ad duo passuum millia progreditur; deinde — 28. alterutri *esp.* — 28-29. qui .... hortetur *esp.* — 30. qui *esp.* — 37-38. Sanctoseverinates — 40. ad .... faciundum *esp.* — 45. cognoscit *invece di* sciscitatur - qui *esp.*

ubi constiterat, horas etiam duas et eum ipsum et universam Mediolanensium multitudinem, quantacumque tandem ea foret, perlibenter praestolaturum.

At Marcellus legatus, et ingenti animo et summa prudentia vir, qui eo die a mane ad meridiem fere usque, quacumque Franciscus ierat, nusquam deseruisset, et quicquid egerat, memoriae mandasset, ipso absente ita locutus est: non posse satis non admirari ejus viri incredibilem sapientiam, inauditam animi magnitudinem, singularem in moderando instruendoque exercitu peritiam, incomparabilem in deliberando ingenii acrimoniam, maximam in conficiendo celeritatem et ad haec summum quoddam et poeneque divinum in eum ipsum militum studium atque observantiam, qui nulla unquam in re, quominus ei pareant vel contradictione utantur vel cunctatione; itaque ab eo usque tempore duo cum animo volutare *c. 834* visus est: unum quidem si hoc tam amplum opulentumque Mediolanenses imperium' Venetis tam finitimum in unius Francisci Sfortiae bellicosissimi et ingentis spiritus viri potestatem deveniret, id Venetorum ditioni periculosum fore et perniciosum in primis, quod eo comparato, minime illum quieturum minimeque ab eorum iniuriis temperaturum putaret; alterum vero illud erat, quod non absurde cogitabat, si Mediolanenses in sua permanerent libertate, futurum tandem aliquando, ut eos Veneti sibi submitterent; quibus submissis, reliquis quoque totius Longobardiae urbibus potirentur ac facile deinde futurum, ut universae imperarent Italiae. Itaque haec et alia hujusmodi cum privatim ad familiares et amicos suos Venetias frequenter scriberet, paulo post eadem senatui persuadere per literas ac nuntios nititur eumque monere, ut publico prospiceret commodo. At Picininus et Carolus, ubi per eos quos miserant exploratores, quae a Francisco gerebantur, cognoscunt, illico deficientes animo non mediocri sunt timore perculsi, itaque obviam eum sibi processisse intelligentes, veriti ne ibi, quo erant in loco a nostris circumvenirentur, de reditu in urbem inter sese agere coeperunt; quod ne metu fecisse viderentur, suos ante praestitutum tempus arcem Me- *c. 835 V 1* leniani hostibus tradidisse simulandum atque pro'mulgandum esse constituerunt. Itaque suis quibusdam exploratoribus, qui eadem ipsa hora a sfortiano exercitu redierant, quae sint palam renuntiaturi, ostendunt; hi non secus atque edocti sunt, publice omnibus declarant, frustra *MUR., 538* eo die Mediolanenses in aciem prodiisse, cum arci, cui auxilium ferre conarentur, custo'dibus ipsis permittentibus, nocte superiore hostes praesidium imposuissent. Quam rem duces ipsi molestissime ferre simulantes, arcis praefectos vehementer accusabant, quod si eam ad praescriptam diei horam servassent, et illos omni obsidione liberassent et hostes, si essent exspectare ausi, fudissent fugassentque. His denique fictionibus ac mendaciis credita re, ignarum populum copiasque omnes in urbem reduxere. Quod Franciscus ubi rescivit, revertitur in castra et arcem, ut ante convenerat, recepit; his rebus peractis, Franciscus in iisdem castris aliquot etiam dies manendum existimavit, quod Mediolanenses animadverteret ulla sua neque mansuetudine, neque formidine, neque vi, sed fame inediaque potius vinci oportere. Qua ratione ductus, segetes, quae in agris adhuc essent immaturae, ita succidendas esse censebat, ut nihil, aut parum, ex his frugum percipi posset; huic autem succisioni sege- *c. 836* tum per ea loca,' ubi exercitus sederet, pabulatores satisfacturos arbitrabatur. Sed quoniam Mediolanenses circa urbem ipsam amplissimos possident feracissimosque agros, quae quidem urbs, ut supra docuimus, longo ambitu continetur, sola equitatus pabulatione succiso integra fieri non poterat, idcirco magnum succisorum numerum ex Novariensibus atque Papiensibus accersere decreverat; quod etiam celeriter fecisset, nisi inopinata Viglebiensium defectio, de qua paulo post dicemus, consilia ejus interturbasset.

Inter haec cum Vercellensium Novariensiumque finibus nostri cum Sabaudianis, uti

---

1. eum *esp.* — 4. fere *esp.* — 8. admirabile *invece di* poeneque divinum - ipsum *esp.* — 14. depressione *invece di* iniuriis — 21. eos.... miserant *esp.* — 21-22. illico.... animo *esp.* — 22. sunt *esp.* — 22-23. Itaque.... loco *esp. tranne* ne — 27. hi...., declarant *esp.* — 32. His...., mendaciis *esp.* — 33. ignaram multitudinem *invece di* ignarum populum — 34. his.... Franciscus *esp.* — 36. neque formidine *esp.* — 38. aut parum *esp.* — 39. per.... sederet *esp.* — 43. etiam *esp.*

demonstratum est, continenter bellum gererent, Sabaudiani, Burgi Manerii oppidi potiundi spe ducti, copiis omnibus prima luce per montis radices et a nostris quam longius possunt iter facientes, eo proficisci contendunt; ita enim quibusdam cum oppidanis egerant ut, cum primum ad oppidum adventassent idque expugnare simulassent ut, omni mora sublata, oppidum eorum traderent potestati. Hi cum ad locum pervenissent deque nostrorum militum adventu adversus sese per exploratores didicissent, statim, re oppidanorum dimissa, in eos se convertunt; Conradus enim et Collio eodem etiam die, assumpto equitatus peditatusque delectu, municipium quoddam' nomine Carpinianum recuperaturi exierant. Quod quidem municipium [*c. 837 V 3*] cum non longe a Burgo Manerio situm esset, de ea hostium profectione certiores facti sunt; adversus quos propius accedere seque proelio committere ob paucitatem etsi non audebant, tamen quia intelligebant, ubi minus id facerent, actum esse de oppido, quod ejus rei, ut Sabaudianis magno usui, ita rebus sfortianis ob oppidi opportunitatem et incommodo foret et detrimento maximo, statuunt omnino proelii tentare fortunam. Quare ubi utrique exercitus inter proficiscendum mutuo sese conspexerunt, Conradus atque Collio ad pugnam in aciem sese instruunt; hostes, phalange facta, citato cursu confertissime simul ac ferociter feruntur in nostros, qui etiam ipsi intrepide animoque ingenti eos excipiunt. Atrox exinde committitur proelium; hostes quotquot ex nostris intercepissent, confestim galea detracta immani Gallorum more crudeliter iugulabant, intra quos desiderati sunt ex collionianis equitum praefectis Hen'ricus Zambra, ex jacomatianis equitibus Christophorus salernitanus, duo hi certe viri et [Mur., 539] animi et corporis robore praestantes. Hoc impetu facto unum in locum Sabaudiani celeriter coeuntes in orbem sese constituunt ac inter se alter alteri terga' vertentes, faciem nostris [*c. 838*] ostendunt; at eorum sagittarii equis amotis hisque ad proxima religatis arbusta, ante equites dispositi stipites praeacutos confertim defigunt in terram. Qui quidem stipites funibus inter se devincti veluti sepem ac repagula efficiebant, quibus ipsis instar valli circumsepti atque muniti arcus exercebant et creberrime sagittas in nostros conjiciebant. Erat autem, ubi pugnare coeptum est, campestris quaedam planicies satis magna et utriusque copiis ad dimicandum equestri proelio aptissima. Sabaudiani per hunc modum sese continentes loco minime discedebant, sed quid nostri acturi essent, circumspicere spectareque videbantur; causam vero quod hostes in orbem se collegissent, hanc fuisse postea cognitum est ex iis ducibus, qui fuerunt intercepti: silva erat post nostrorum terga et ingens et densa; ob quam quidem rem inter eos orta est suspicio, quod admirarentur paucitatem nostrorum militum et eam quidem sine vexillis ullis; nostris enim et copiarum partem et signa militaria in stationibus reliquerant. Quare italicam illi in bello calliditatem ac rei militaris peritiam plurimum metuentes, magnum ea in silva cum vexillis militum numerum in insidiis locatum suspicabantur et ne, si nostros inseque'rentur sine ordine effusi, patefactis deinde insidiis, [*c. 839 V 4*] circumvenirentur, optimum factu existimabant, si ab insectatione nostrorum sese continerent. At, ut redeamus ad nostros, hi eo primo hostium congressu, perturbatis disjectisque ordinibus, duas in partes divisi sunt, nam nec puduit nonnullos equites timore perculsos atque exanimatos, alii timore perculsi atque exanimati, vel nullis insequentibus hostibus, fugae turpissimae ita sese dedere, ut non prius a curso destiterint quam non procul a Novaria pervenerunt nostrosque pulsos omnes atque superatos civitati renuntiarunt. Conradus, Collio atque Salernitanus cum tanto periculo positam rem viderent, quid consilii capiundum foret, non satis accurate ob temporis angustiam perturbationemque animorum poterant decernere, cum enim inopinato in proelium devenire cogerentur cum hostibus longe majore numero, velut qui plures essent quingentis equitibus supra tria millia, nostri vero ad summum non

---

2-3. Iter facientes *esp.* — 3. ut *esp.* — 9-10. sunt.... quos *esp.* — 15. phalange facta *esp.* — 16. exinde *esp.* — 18. jugulant. In eo numero fuerunt ex *esp.* — 19. *propriamente* Henericus - duo certe *esp.* — 25. autem *esp.* — 26. campestris quaedam *esp.* — 28. spectareque *esp.* — 37. At nostri primo — 38-39. nam.... exanimatos *esp.* — 38. *già* plerosque *invece di* nonnullos — 40. a cursu *esp.* — 40-41. quam Novariam pervenerunt — 43. accurate *esp.*

plures duobus millibus peditibusque sexcentis, non poterant eam rem non aegre et permoleste ferre. Querebatur praeter ceteros mirum in modum Collio, quod diceret, Conradi hortatu se eum in locum adductum, unde sine imminentissimo suo ceterorumque discrimine se eripere nullo' pacto posset; idque ob eam rem accidebat, quod non immemor superioris pugnae, quae apud Boscum cum Francis commissa est, id teterrimum proelii genus inusitatumque apud Italos non poterat non admodum perhorrescere. Denique re inter nostros consultata pro tempore diligentius, quo majore interjecto conatu facilius ac tutius hostium impetus sustinerent, omnes equestres copias duos omnino in cohortes partiuntur et, quamvis, si cum exercitus incolumitate excedere proelio possent, id pro rerum praesentium necessi- [Mur. 540] tate optimum fore omnes judicarent, tamen ad 'eam rem conficiendam, cum inter se ipsi duces ac milites longe dissentirent, diutius quam casus exposcebat consultatio ducebatur, nam alii Salernitanusque praecipue, non absque manifesta omnium calamitate atque insigni ductorum ignominia, id fieri posse afferebant, praesertim cum perspicere viderentur quanta formidine tenerentur hostes; itaque rem propria virtute definire oportere et commnui omnium saluti dignitatique consulere. Alii vero Collioque in primis fortunam non esse tentandam argumentabantur, sed consilio saniore communi omnium incolumitati prospicien- [c. 841 v] dum illudque sibi factu optimum videri, ut cum jam dies occideret, noctis interventu' se ab hostibus sine periculo dirimerent. Dum in hac duces disceptatione tempus terunt, ecce mille circiter hostium equites a reliquis disjunguntur et alteram nostrorum cohortem, cui Salernitanus praeerat, confertissima acie aggrediuntur, quos nostri equites, ad pugnam parati, sive pudore, seu metu ducti, secundum hunc, quam priorem illum hostium impetum audentius ac fortius excipientes, sustinuerunt eosque confestim, fractis utrimque hastis, ad suos rejecerunt. Salernitanus, hoc altero facto impetu, tanquam majore quodam animi ardore incensus, haec voce clara locutus est: non esse amplius consultatione opus, sed pugna ac viribus uti oportere. Quibus dictis, suos quisque hortari, ut cum hoste animo constanti congrediantur et in omnes, quos ceperint, ea utantur lege, qua ipsi primi in nostros usi fuerunt; ad haec etiam admonere, ne quis terga daret, quod si quis minus fecerit, illum in hostium numero habendum esse; addere praeterea, si in eo proelio moriendum foret, ad eos maxime pertinere, ut et pro Italorum militum honore, pro rei militaris Franciscique principis dignitate, quam suum cuiusque erat maxime profiteri proque sua ipsorum laude, ne inulti omnes [c. 842] occumberent. Haec ubi dicta sunt, primo a peditibus nostris jussu' ducum equi ii omnes, quos arbustis sagittarios revinxisse diximus, celeriter abducuntur; deinde ab equitibus magno impetu a duabus partibus, in quas distributos ostendimus, in hostes advolantibus strenue proelium acerrimeque conseritur simulque continuo terribilis quidam tubarum sonitus atque virorum altus clamor exoritur, hostes contra fortiter resistentes nequicquam cedere, neque ex agmine quemquam orbeque discedere. Itaque nostri illorum timore animadverso, magis atque magis redintegratis viribus et hastis iterum innitendo fractis, cominus eos gladiis urgere punctimque tum in faciem, tum in gulam, qua minus armis transalpinorum more tegebantur, ferire ac interimere, pedites item hinc atque illinc equos virosque hastis longioribus percutere, transfodere atque occidere non prius destiterunt, quam per hunc modum rem impigre constanterque gerentes, pluribus atque pluribus ex hostibus interemptis, aliis ex orbe vivis abstractis, cum diu ac multum utrimque pugnatum esset, superatos victosque omnes tandem fuderunt et in fugam turpissimam conjecerunt fugientiumque etiam major pars a nostris equitibus intercepta est, quorum in numero Jacobus Celandus et Jacobus cognomento Abornates' equitum praefecti exstitere; Gaspar autem Verasinus, qui post Compesii captivitatem [Mur. 541] imperii summam in exercitu obtinebat, et ii simul qui 'a caede et a nostrorum captivitate superfuerant, noctis beneficio adjuti et locorum trans Siccidam flumen propinquitate, citatis ammissisque equis, vix tandem evaserunt: occisorum vero tam nostrorum quam hostium

8. ordines *invece di* cohortes — 27. minus *esp.* — 29. et *esp.* — 30. quam .... profiteri *esp.* — 36. quemquam *esp.* — 37-38. urgere faciem jugulumque qua — 48. ammissisque, vero *esp.*

numerus magnus fuit, sed longe major illorum (id quod ab iis paulo post cognitum est, qui ad sepelienda cadavera eum in locum accesserunt quique suos eo planius cognoverunt, quod hi more Gallorum interioribus tunicis, quas camisias nuncupamus, utuntur longioribus et subligaculis nullis; nostri autem secus). Post eam vero victoriam postridie ejus diei Romanianum ac reliqua municipia, quae hostes in Novariensibus obtinebant, in nostrorum potestatem ultro redierunt. De qua quidem victoria cum illico Conradi literis Franciscus certior factus esset, etsi ejusmodi nuntio non mediocri jucunditate affici debebat, eo praesertim tempore, quo videbatur ejus res paulo habere deterius, tamen ut erat animo ingenti et moderato, neque se extulit gaudio, neque laetitiae modum, ut solent plerique omnes insolescere victoria atque superbire, ulla ex parte excedere visus est. Itaque dilucide in se ipso ostendit, quod assiduo sermone dicere' consuevit, neque secundis rebus nimiam capiendam esse laetitiam c. 844 nec aegritudinem in adversis; utrumque enim et mulierum esse et puerorum in utraque fortuna aut efferri animo aut frangi, sed constantiam semper potius atque moderationem servari oportere; ad haec nec etiam, quae pro optatis contingerent, magis extollenda, nec item contra acciderent, minus vera, quam essent, renuntianda, quod suo quidem tempore a plerisque per Italiam belli ducibus et praesertim a Bracianis usitatum esse cognoverat; haec autem non arte quadam, ut vulgo solent, sed multarum rerum usu et sua consuetudine non commemorare solum, sed magna cum laude servare didicerat. Quare cum de hac novissima novariensi pugna sermo haberetur, ait se multo plus et auctoritatis et commodi ex hostium fuga ac poene internecione, quam ex recenti Picininorum fuga detrimenti aut incommodi accepisse. Post haec omnes hostium duces, qui ex eo proelio servati captique fuerant, data reliquis captivis ad suos libera redeundi facultate, jussit ad se adduci ac quos coram adductos, longe praeter eorum opinionem, humaniter excepit atque post biduum, fide praestita, necubi posthac sibi bellum inferrent, ad suos reverti permisit. Quo factum est' ut ex eo die neque c. 845 Sabaudiani, neque Taurinenses nostros fines infestare sint ausi.

His rebus gestis, Viglebienses veterem Mediolanensium amicitiam studiumque secuti, retento Francisci praeside, ad eos desciverunt moxque milites circiter mille ex omni Mediolanensium Bracianorumque robore delectos tanto et tam communi animorum ardore in oppidum receperunt, ut nemo poene fuerit, qui non ex his aliquem penes se haberet suoque sumptu alere contenderet; Colles Arditiosque deinde, insignes eo oppido familias eorumque clientes ex factione gibellina, quos et haberent suspectos et eam rebellionem aegre ferentes animadverterent, Mediolanum relegaverunt, gravi indicta poena, ni eo se quamprimum transferant. Hi edicto audientes, cum essent a nostris in itinere intercepti, statim Francisci jussu in libertatem sunt restituti. Viglebium est in agro papiensi oppidum, non longe positum a' flumine Ticino, quod cetera omnia Lumellinae oppida atque municipia tum munitione, tum Mur., 542 populi multitudine antecellit estque omnium in ea regione et auctoritate et opibus primum. Hi Mediolanensium aucti fretique praesidio, confestim de improviso finitimorum agros depopulari, aedificia incedere ac omnem denique Lumellinae agrum die noctuque' adeo per- c. 846 turbare exagitareque coeperunt, ut maximum Papiensibus, qui eam regionem incolerent, et Novariensibus, qui eorum fines attingerent, terrorem injicerent maximumque tridui fere spatio detrimentum inferrent; Gambalotum vero, municipium illis finitimum maximeque invisum praeter arcem, in quam municipes confugerant, milite nullo defendente, expugnarunt atque incendio concremarunt. Quae cum Franciscus, tum crebris multorum literis, tum nuntiis didicisset ac omnes fere partium earum populi ad eum singillatim ac frequenter postulatum auxilium misissent, quo longe lateque vagantes hostes ac rebelles non reprimi modo, sed opprimi etiam atque deleri possent. Quamvis per id temporis invitus e Mediolanensium finibus discederet Ticinumque trajiceret, tamen, ut huic tam insperatae rerum novitati occurreret,

1. hostium *invece di* illorum — 1-4. id quod .... victoriam *esp.* — 9-10. omnes .... superbire *esp.* — 13-18. sed constantiam .... didicerat *esp.* — 18. solum *invece di* Quare — 22-23. quos .... longe *esp.* — 32-33. transissent *invece di* transferant — 47-l. 1 p. 294. ut huic .... quare *esp.*

visum est ei non cunctari oportere ad opem laborantibus ferendam; quare intellecta periculi magnitudine permotus, cum universo movere decrevit exercitu adversus Viglebienses eo consilio, ut iis vel voluntate redactis in suam potestatem, vel vi expugnatis in Mediolanenses quam celerius posset ad frumenta, ut constituerat,' succidenda reverteretur, quod, ea sede Mediolanensibus parta, quae ad bellum gerendum erat peropportuna, ni inde illi depellerentur, universam regionem, quae intra duos amnes Padum atque Ticinum interjacet, si quotidianis excursionibus atque maleficiis vexaretur, cum diu bellum perferre non posset, in hostium manum esse venturam intelligebat et, ubi id accidisset, quantum in detrimentum atque periculum res adduceretur, facile perspiciebat; itaque in omnibus oppidis atque municipiis, quae in Mediolanensibus obtinebat et armis servari posse videbantur, praesidio imposito, castra a Meleniano, ut instituerat, movit et ad Ticini usque ripam celeriter contendit. Quo ubi ventum est, statim dat Marco Leoni et Bartholomaeo cremonensi negotium pontis navibus illis sternendi, quas eo e Papia paulo ante subvehi jusserat; quem quidem pontem tanta celeritate atque diligentia confici mandaverat, ut intra triduum exercitus universus in Viglebienses traduci posset. Quod sane opus ex sententia perfectum foret, nisi quod, dum ea conquiruntur atque parantur singula, quae praeter naves ad construendum pontem erant necessaria, tam ex himbri continuo' repente exorto, quam ex solutis alpium nivibus tanto aquae cumulo tantaque illuvione flumem excrevit, ut quoniam ad octingentos circiter passus in latitudinem alveo exisset, naves non satis essent ad perficiendum pontem, neque ad supplementum aliae sine multo temporis intervallo comparari poterant. Quapropter mutato con'silio, locum nactus, ubi minus pateret flumen, qui non longe abest a Papia, ubi ad Parasaccum dicitur, pontem ab utraque fluminis parte ligneis columnis atque festucis, ubi major aquae vis et altitudo erat, exaedificari navibus jussit. Interim ea, in quam nuper Franciscus de Guilielmo venerat suspicio, plurimum augetur; quamobrem, etsi illud quod post Viglebiensium defectionem de ejus a castris discessu acceperat, falso enuntiatum existimabat, cum nihil omnino ab eo perfidiae committi posse putaret, de quo benemeritus plurimum esset, tamen ubi multis multisque indiciis, et his quidem minime vulgaribus idem magis magisque confirmatur, negligendum non putavit, neque exspectandum ut, superato Ticino, tum demum rei praesentis magnitudini consuleret. Enuntiabatur enim, et id quidem a quibusdam ex Guilielmi domesticis' affirmabatur, hoc ei esse in animo, ubi cum exercitu Franciscus in Viglebienses trajecisset, vel impetrata vel ne ab eo licentia, primum in Montemferratum transire, deinde in Alexandrinos ad opprimendos subjugandosque Boscenses contendere, qui quidem, ut supra ostendimus, obstinatius bellum sustinentes, ei sese permittere noluerant. Ex quo Guilielmus non poterat non suspicari tametsi falso, quin Boscenses unius Francisci consilio atque opera pertinacius adeo tamdiu permansissent. Affirmatur praeterea eundem Guilielmum, ubi ad ea loca se recepisset, suas continuo copias eo contracturum futurumque ut, si ad Franciscum se reversurum simularet, grandem pecuniam postularet et alia insuper duriora efflagitaret, quae negata si fuissent, sibi liceret dicere, se liberum jam esse ac nihil omnino Francisco debere. Hac igitur re communicata cum paucis atque multam in disputationem deducta diligentiusque discussa, eadem fuit tandem omnium communisque sententia, ut priusquam transiretur, Guilielmus, quam honestius fieri posset, retineretur. Quod Marcello legato non placuit solum, sed ut celeriter conficeretur, multis rationibus persuadere nixus est; idem quoque prae ceteris' Andreas Biragus, qui a Philippo Maria duce usque hominis ingenium novisset, multis argumentis et confirmavit et necessario ita fieri oportere demonstravit. At Franciscus, quamquam ad eam rem invitus adducebatur, tum quod Guilielmum diligebat plurimum et magno praeterea sibi usui in bello gerendo ejus praesentiam esse intelligebat, tum etiam quia omnes injuste illum fuisse retentum arbitraturos divulgaturosque existimaret, tamen praeteritorum malorum nequaquam oblitus, quae sibi partim incredulitate partim cle-

4-9. quod ea .... perspiciebat *esp*. — 11-12. Quo .... statim *esp*. — 17. imbre — 23. Franciscus *esp*. — 27. multisque *esp*. — 37. reversum — 40. tandem *esp*. — 41. transiret — 47. etiam *esp*.

mentia nimia et mansuetudine sua obvenerant, memoriter in medium referens, quantum detrimenti extremique discriminis rebus suis intulissent Talianus forojulianus, Troilus rossianensis, Petrus Brunorius parmensis aliique plerique, qui cum ad non exiguam rei militaris dignitatem pro singulari suo in eos studio atque gratia evasissent, immemores beneficiorum, ingratissimi homines, et deseruerunt eum et ad hostes inimicissimos transivere, novissimus tandem hisce rebus permotus, reliquorum retinendi Guilielmi consilium comprobat; nec enim commemorare etiam destitit, et id quidem cum maxima animi' perturbatione, proximas Bra- Mur., 544 cianorum insidias ac fugam. Ad hanc rem confici'endam Robertus Sanctoseverinas deli- c. 851 gitur; is autem cum forte animi relaxandi gratia Guilielmum postridie ejus diei Papiam profecturum intellexisset, ei se eadem ratione comitem pollicetur; quod Guilielmus libenter placideque admittens, Roberto comite, Papiam proficiscitur. Quo cum venisset, eodem etiam usus comite in arcem pergit, Blancam Mariam visendi et salutandi gratia; pauloque post cum esset discessurus, modestissime retinetur custodibusque adhibitis demandatur, ut eum perhumaniter et perbenigne custodiant. Quo servato, equitibus ejus, qui in castris reperti sunt, jussis a Francisco, ut exercitum sequerentur, bona Guilielmi omnia integre et pro ejus voluntate servantur; Alexandria quoque cum Alexandrinis omnibus et oppidis et municipiis ejus nomine teneretur nihilque omnino de suo, ac si ipse adesset, immutari Franciscus imperavit. Persuasis etiam Boscensibus, ut Bonifacio, Guilielmi fratri, sese dederent, qui longo tandem bello defatigati Franciscique etiam hortatu adducti paruerunt. His rebus confectis et ponte etiam ipso intra octo dies confecto, Franciscus in Viglebienses copias traducit, oppidum, quod in planicie positum est, circumsedit, e regione murorum tormenta disponit castel'la tabulatorum quinque ex trabibus sexquipedalibus confici jubet; Collionem cum iis c. 852 omnibus copiis, cum quibus in Novariensibus adversus Sabaudianos, ut dèmonstratum est, bellum gesserat, eodem accersit, praeter Albertum carpensem, quem suis cum militibus adversus Taurinenses commorari imperaverat; deinde omni tormentorum genere oppidum oppugnare aggreditur. Et quoniam sulphureum pulverem, ut vocant, obsessos ita defecisse cognoverat, ut neque bombardis, neque pilulariorum tormentis ad laedendos depellendosque hostes uti omnino possent, vigiles ponit, ne quid in oppidum importari, neque ex hostibus ingredi quispiam possit. Turris quaedam ac murus, qui ab utroque erat latere, creberrimo tormentorum ictu in fossam ruinam ingentem traxere; at defensores contra trabibus aggeribusque et fimo locum continenter munire patefactosque aditus obstruere. Horum omnium principes erant Jacobus reatinus et Henricus Caretus cognomento Armiger et Rogerius Gallus, viri profecto acres et rerum bellicarum peritissimi; quorum Jacobus et Henricus equestribus, Rogerius vero pedestribus copiis praeerant; hi, oppidanorum cognita voluntate, omni ' studio atque cura elaborabant, ut et oppidum in Mediolanensium fide continerent et c. 853 X 1 hostes eo saltem usque distinerent, quoad Mediolanenses frumenta, quae jam maturescere coeperant, percipere et in horrea comportare possent. Viglebienses enim, malefactorum conscii et ob id Francisci clementiae omnino diffidentes, nulli nec labori parcere nec extremum vereri periculum constituerant, potius quam rursus in Francisci redire potestatem; itaque oppidana omnis multitudo cum, omni qua arte et industria poterat, eo reparatum instauratumque die noctuque concurreret, ea oppidi pars, quae oppugnabatur, munitior paene ab interiore loco, quam reliquae partes, efficitur. Quae quidem res, quod nostris esset incognita, Franciscus, qui oppidum non multo labore obtineri posse arbitrabatur, cum minore exercitus parte illud primo expugnare tentavit; sed ubi eo die a' nostris negligentius aegriusque oppu- Mur., 545 gnatum et ab hostibus acriter repugnatum vidit, et id quidem ex confecto ad munitionem recenter opere factum, quo ingressus nostris perdifficilis reddebatur, milites ab oppugnatione

---

3. qui ex humili loco cum — 5. *già* sese *invece di* eum — 9. autem *esp.* — 11. etiam *esp.* — 20. etiam ipso *esp.* - perfecto — 23. cum *esp.* — 38-39. diffidentes extrema constituerant potius quaeque perpeti quam — 40. oppidana.... cum, qua *esp.* — 40-41. poterat.... concurreret *esp.* — 42. Quae.... incognita *esp.* — 43. qui *esp.* - arbitratus

revocavit; qua, re animadversa, Franciscus et structum ab obsessis aggerem enixius bombardarum ictibus percuti prosternique jubet. Quod' hostes animadvertentes, super aggerem latiores saccos lana refertos, cujus magna inter oppidanos vis erat, imponunt hisque ictus facile sustinentibus, contorti lapides nullo accepto detrimento reijciebantur. At Franciscus, qui ab ea obsidione propediem dissolvi et in Mediolanenses quamprimum redire in animo habebat, rursus accuratiore studio majoreque conatu oppidum expugnare atque in praedam vertere decernit pugnaeque diem dicit. Qui dies ubi advenit, milites omnes gravis armaturae in novem divisos cohortes jubet in armis esse; ita enim si primo aut secundo impetu aut tertio oppidum expugnare non posset, ad postremum tandem, defensoribus lassitudine vulneribusque confectis, illud obtinere non dubitabat: primam igitur cohortem invadere oppidum imperat, quam certa multitudo, tam inermis quam levis armaturae, per cuniculos, quibus tuto ibatur ad fossam, subsequitur; huic autem cohorti laboranti aliam subsidio submittit, ita enim singillatim alteri deinceps altera succedens, unaquaeque suo fungebatur officio; praeterea qui in oppidum audacter irruperint penetraverintque, iis nummos aureos, centum primo, quinquaginta secundo, tertio autem quinque et viginti meritorum pretium statuit. Qua in re etiam Don'ati mediolanensis juvenis quidem praestantis et rei militaris non imperiti opera atque industria singularis multum proderat, quippe quod thorace armatus cum calipporum similiter ordine, quibus praeerat, eam interdiu, effodiendo ab ima fossa versus instructum ab hoste aggerem non sine magno suo sociorumque discrimine, viam fecerat, ut aggeris usque verticem tuto iretur, et ne obsessi, ubi pugna conserebatur, occurrere eo omnes auderent, undique oppidum lacessi atque oppugnari jubet. Ex quo fiebat, ut pluribus in locis occupati impeditique oppidani distinerentur, et ita minor esset repugnantium numerus. At ex adverso hostium praefecti per muros quidem oppidanos, militum vero delectum per aggerem disponunt, qui oppidum undique a nostrorum ingressu tuerentur; mulieres vero ipsas ac ceteram inutilem multitudinem ad subministrandas in aggere repugnantibus res necessarias constituunt, nam virgines ac viri religioni dediti omnes erant in templis, precibus ac lacrymis Deum deprecantes, ut a calamitatis cladisque periculo oppidum servaret. Ceterum nostri milites imperata facientes, impigre atque ingenti animo aggerem conscendunt; sed repugnantibus hostibus' sacrisque imaginibus reliquiisque oppositis, in oppidum continuo irrumpere prohibentur. Itaque hastis cominus atque ensibus utrimque res geritur: nostri praecipue ex occulto grandibus saxis, cinere, calce aquisque ferventibus conflictantur, trabibus insuper dejectis ad imam usque fossam praecipitantur; praecipites quoque il'los agentes, quos ipsi ruendo offenderent. Cum per hunc modum diu fortissime et asperrime utrimque pugnatum esset ac soli octavae et nonae cohortis milites integri superessent, tum Franciscus, revocatis paululum a pugna nostris, hostes qui super aggerem armati offerebantur, jaculis, sagittis ac pilulis ex castellis, ubi praesens aderat, et ad haec bombardarum ictibus frequentius percuti jubet. Quo factum est, ut quotquot apparebant, vulnerarentur et ita pugna cogerentur excedere; quare cum ex denis quibusque militibus vix duo integri ad repugnandum superessent, is qui oppugnabatur locus, defensoribus vacuus destituebatur, quod partim vulneribus confecti, partim longo fracti debilitatique labore, proelio excesserant. Eoque res tandem adducta est, ut mulieres etiam ipsae, sicuti postea cognitum est, ultro arma sauciorum cruore infecta cristatasque galeas in extremo oppidi' salutisque periculo induerent ac militum loco succederent, nec secius operam pugnando navarent, ac robustissimi quidam milites et usque adeo strenue et alacriter rem gerebant, ut non sine magna admiratione videri possent adhuc integri esse hostes, perinde ac si deesset nemo tanquam hi novissimi etiam viderentur, qui se primum ad aggeris defensionem obtulissent. Postea vero quam per horae spatium id in agge-

1. Qua .... Franciscus *esp.* — 8. ordines *invece di* cohortes — 10. primos *invece di* primam - cohortem *esp.* — 12. subsequitur; his laborantibus alios subsidio — 13. singillatim ordini deinceps ordo succedens suo — 14. oppidum primus irruperit penetraveritque ei nummos — 15. meritorum *esp.* — 16. etiam *esp.* — 17. quod *esp.* — 18. similiter *esp.* — 24. vero ipsas *esp.* — 29. imaginibus Sanctorumque reliquiis — 34. octavi et noni ordinis

rem hostemque egit, quod satis ad transcendendam obsessorum munitionem usui fore visum est, per cohortium earum milites, quae nondum in pugnam prodierant, phalange facta, certamen multo prioribus acrius vehementiusque instaurat; ii enim tanto impetu mox ad aggerem pugnam inierunt, ut nonnulli ex anterioribus, strenuo saltu saccorum objectu superato, hostibus ipsis admiscerentur, quorum inter primos fuit eques quidam epyrota, quem cognomento Albanensem Grandem nominabant, vir fortis in primis et audax, qui tamen, subsequentibus nullis sive territis formidine, sive vi depulsis, capiuntur. Sed cum inter haec tam per oppidum, quam per castra clamor esset sublatus, nostros intra oppidum penetrasse, totis ex castris milites nostri eo concurrere, oppidani vero per muros dispositi fugere et, quod mirabile dictu est, nostros etiam fu'nibus adjuvantes intro recipere et cum his tum de rebus *c. 858* familiaribus, tum de salute sui suorumque agere. Ceterum cum in aggerem tanta multitudo militum conscendisset spe diripiendi oppidi, ut spatium nulli referendi pedem relinqueretur, accidit ut ex centurionibus quidam inter eam, quae cum oppidanis verborum habebatur contentio, stipite ictus pulsusque caderet ex aggeris summitate; cujus casu tanta est repente facta nostrorum militum ruina, ut ipsorum acervis fossa repleretur et alter obrutus ab altero necaretur. Quae quidem res ita et nostris animum minuit et hostibus addidit, ut nemo amplius auderet in aggerem ascendere; nam adeo erant omnes paene confecti cadentium ruina et alii collisi lapidibus et alii permulti calce atque cinere obruti, ut exanimati et visum amisisse viderentur; quo factum est, ut nostri milites prope omnes religionis metu perculsi, oppidum divino quodam numine defensum' atque servatum opinarentur. Quod ubi Franciscus MUR., 547 animadvertit, jussit in stationes redirent omnes, eo ductus consilio ut postero die oppidum expugnarent, satis enim superque eo die exercitum laborasse judicavit, cum horas continenter octo acerrime pugnatum esset. Quibus quidem certaminibus' ex oppidanis multi interierunt, *c. 859 X4* e nostris vero vulnerati nonnulli, desiderati autem pauci; sed oppidani ac item praefecti, quod omnes essent ob diuturnum pugnandi studium mirum in modum defessi viderentque permultos vulneribus confectos, priusquam sol occideret, sibi ipsis diffisi sunt de oppido in diem posterum defendendo; itaque Salernitani interventu de deditione agere coeperunt. Quam quidem rem cum Franciscus in consultationem posuisset voluissetque quid quisque sentiret intelligere, diversae fuere sententiae distractaeque: praefecti militum fere cuncti suadebant contendebantque, ut oppidum omnino diriperetur; ita enim habiturum Franciscum deinde milites universos ad bellum longe paratiores alacrioresque; quod si secus fieret, eos propter accepta incommoda ac vulnera aegre et iniquo animo rem laturos; at vero Marcellus ac item Collio et Salernitanus, tametsi militum cupiditati necessitatique indulgere non inutile putabant, tamen Francisci commodo, cujus gratia bellum gereretur, quam privato cujusquam emolumento potius ducti, ab omni rapina abstinendum oppidumque servandum esse censebant, quod, eo recepto, et ipsius Francisci clementiae atque misericordiae omnibus esset exemplum, et postridie ejus diei cum expeditis' atque intregris copiis in Mediolanenses ad *c. 860* succidenda frumenta jam prope matura reverti liceret; nam si direptio illa concederetur militi, quam plures in oppido dies, vel invito ipso, terendos esse atque ademptum iri frumenti succidendi facultatem; quae res quantum detrimenti praesentibus rebus esset allatura, neminem esse, quem lateret. Quibus omnium sententiis diligenter consideratis, Franciscus Viglebienses humaniter et perbenigne in deditionem accepit, ea tamen conditione ut, quam arcem post ducis Philippi obitum demoliti fuerant, sua ipsi impensa instaurarent reficerentque utque duodecim circiter ex oppidanis, qui defectionis auctores fuissent, ii sibi dederentur. Quos acceptos paulo post in papiensem arcem in carcerem conjecit; at ubi nox facta est, repente in castris, tumultu exorto, omnis gregaria multitudo, partim sua sponte, partim hortatu jussuque dominorum, quibus ea deditio esset molestissima, confertim ad aggerem concurrit enititur-

2. per ordinum eorum milites - phalange facta *esp.* — 11. sua — 21. eo .... ut *esp.* — 22. expugnaturus — 24. item *esp.* — 26-27. sibi .... itaque *esp.* — 29. distractaeque *esp.* — 32. at vero — 33. ac item *esp.* — 36. eo .... ipsius *esp.* — 44. ii *esp.*

que vi oppidum ingredi atque diripere; sed militum praefecti atque oppidani a Francisco facti ea de re certiores, facile impetum omnem sustinuerunt. Franciscus autem ipse, vehementissime indignatus, celeriter eo contendit, multitudineque illa gregaria ab oppidi muris c. 561 N quam primum amota, non tam ipsos ministros, quam eorum dominos acerbissime increpat: quod cum tamdiu in eorum fuisset potestate et ingrediendi et diripiendi oppidi, dum ab hoste occuparetur, ea tum re neglecta, nunc tandem cum in fide receptum est, spreta sua tum dignitate, tum imperio, tantum facinus perpetrare sunt ausi. Compositis per hunc modum Mur. 548 viglebiensium rebus, Franciscus magno vastatorum numero coacto, in Mediolanenses revertitur ad succidendum secandumque frumentum.

Sed dum haec apud Viglebium aguntur, Picininus natu major exercitu bipartito ad seprensem regionem infestandam a Mediolanensibus mittitur; ita enim fore arbitrabantur, ut Franciscus, ea re cognita, a Viglebiensium obsidione discederet. Illius adventu Castellum Sancti Georgii, quod Oldradus Lampugnanus exaedificaverat, primo impetu capitur sine ullo prorsus labore, dedentibus sese custodibus; deinde Castellioneorum arx occupata, quam Branda Castillioneus cardinalis apostolicus, vir sane clarissinus et in Ecclesia Romana magnae auctoritatis, cum ad gentilium suorum commodum, tum ad sui nominis memoriam celebritatemque conditam eorum fidei Franciscus permiserat atque mandarat, et cum his una Vari- c. 562 sini, Luganenses et ceteri plerique omnes ad lacum Verbanum incolentes, praeter unum Franchinum Ruscham, ad Mediolanenses illico defecerunt. Ad haec Briancini quoque et qui citra ultraque Larium lacum incolunt, solis Leucensibus in fide persistentibus, eadem conspiratione ad hostes desciverunt. At Vintimilianus, qui stationem Canturii habebat, cum et literis et frequentibus nuntiis permultisque pollicitationibus propositis, quo ad Mediolanenses rediret, frequenter sollicitaretur, nullo responso dato, novissimos nuntios capi jussit; ad Franciscumque perducti ejus jussu statim laqueo, gula fracta, vitam finiunt. Carolus autem Gonzaga Picininusque natu minor Papiensium agros cis Padum vexatum depopulatumque mittuntur, qui per Laudeusium fines iter facientes, Villanterio municipio inter proficiscendum occupato atque incenso, eam omnem regionem, quam Campaniam vocant, gravissimis maleficiis detrimentisque affecerunt. Quas ob res, etsi inter viglebiensem oppugnationem frequentioribus quotidie nuntiis ac literis a Papiensibus certior fiebat sollicitabaturque Franciscus, ut palantibus hostibus ac suorum calamitatibus periculisque occurreret, tamen quoniam c. 563 intelligebat, aliud Mediolanenses nihil magis desiderare, quam ut ea Viglebienses, qua vehementius premebantur, obsidione aut liberarentur omnino, aut saltem levarentur, neque solvere obsidionem, neque diminuere exercitum voluit, quod minime dubitaret, se, recepto Viglebio, et incursiones omnes non difficulter repressurum et amissa quaeque recuperaturum.

Per eosdem insuper dies Albertus carpensis, quem adversus Taurinenses cum suis copiis relictum ostendimus, cum a Leonello pecunia nulla juvaretur, ad Ludovicum Sabaudianorum ducem se transtulit. Quod Franciscus ubi rescivit, quamquam animo primis nuntiis non in eum potuit non commoveri, tamen ubi secum animo volutasset, quanta in bello Sabaudianorum esset tum ignavia, tum inopia, non multi eam rem faciundam existimavit; quare, priusquam in Mediolanenses transisset, Sanctoseverinates dumtaxat cum equitibus mille Novariae praesidio reliquit, nam posteaquam sabaudiani hostes in Novariensibus a nostris fusi profligatique sunt, ex eo tempore neque invadere Novariensium Papiensiumque fines, neque ullam nostris aut vim aut maleficium inferre sunt ausi.

2. autem *esp.* — 8. stratorum *invece di* vastatorum — 14-15. quam a Branda Castellioneo cardinali viro sane clarissimo — 17. et, una *esp.* — 18. plerique.... ad *esp.* — 23-24. jussit. Qui ad Franciscum — 35. insuper *esp.* — 39. Sed *invece di* quare

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER DECIMUSNONUS

Per idem quoque tempus municipia nonnulla atque oppida, quae paterna hereditate Picinini in placentino agro possiderent quaeque, post eorum ad Mediolanenses defectionem fisco essent iure adiudicata, statuit Franciscus haec ipsa in suam redigere potestatem: quamobrem, collectis trans Padum pedestribus evocatorum copiis, adjunctis praeterea equitibus ad octingentos, quibus Johannes Comes romanus et Petrus Maria Ruber ac Thomas Tebaldus bononiensis legatus praerant, Castellum Arquatum, ut obsiderent, jussit. Quod quidem oppidum, cum esset muro cinctum militumque praesidio, quibus Marchesius varisinus et Johannes Pazalia praeerant, egregie munitum, oppidani dies aliquot obsidionem pertulere; sed ubi tandem nullam spem relictam sibi auxilii cognoscunt, Varisino retento, sese atque oppidum tradidere, nam Pazalia praefectorum indiligentia cum suis omnibus se Florentiolam recepit incolumem, quod erat alterum Picininorum oppidum, a Castello Arquato non amplius distans quinque passuum millibus'. Quam quidem rem ubi Franciscus cognovit, non mediocriter praefectos, legatumque increpavit, quod Florentiolae oppidanos animadverteret eo fretos praesidio duriores ad deditionem fore. Praeterea eodem etiam tempore Angelus Sanvitalis, qui jamdiu Bracianos secutus tandem domum se receperat cum equitibus circiter sexaginta, et id quidem injussu Francisci, inscientibus suis, ad Bracianos desciscens, e Fontanellato se noctu Florentiolam contulit et oppidanos ut in fide officioque persisterent hortatus ac multa pro eorum salute curaturum se pollicitus, oppidum ingenti omnium studio animique ardore munire aggreditur. Dum haec geruntur, Peregrinates, Burginovenses, Vicolenates se ultro nostrorum potestati permisere; ita Florentiola dumtaxat in Picininorum potestate relinquebatur. Et quoniam pro magnitudine belli conficiendi equitatus erat minore numero quam par esset, Johannem tolentinatem, Nicolai filium, generum suum, qui in Etruscis pro Florentinis meruerat, cum equitibus sexcentis conduxit, addito etiam Alexandro fratre, apud quem summa esset ejus gerendi belli; is enim antea, ut ostendimus, confectis rebus Parmensibus, Pisaurum reverterat. Alexander igitur ex Pisauro accersitus, cupiens fraternae voluntati quamprimum obsequi, magnis itineribus ad Florentiolam cum pervenisset, contractis undique viribus, ad oppidum exercitum admovit. Sed cum deessent ea bellica instrumenta, quae ad oppidum expugnandum usui forent, vastationes dumtaxat succisionesque segetum ad perterrendos oppidanos quotidie fiebant. Ceterum ubi quadraginta jam dies obsidionem oppidani pertinacius sustinuissent, neque

Mur., 549 c. 864 — c. 865 — c. 866

3. quoque *esp.* — 4. quaeque *esp.* — 5. fisco.... adiudicata, haec ipsa *esp.* — 8. Ruber: *propriamente* Ruffus, *forse già* Russus — 13. negligentia *invece di* indiligentia — 14. distans *esp.* — 15-16. accusavit *invece di* increpavit — 17. Praeterea, etiam *esp.* — 18. et id quidem *esp.* — 30. ea, quae *esp.* — 30-31. usui forent *esp.*

interea temporis subsidia ulla aut ab Alphonso rege, ut assidue Picinini falso pollicebantur, nec aliunde mitti posse sperarent, vel ipsis invitis militum praefectis, de deditione agere coeperunt, duas tamen postulantes conditiones, unam, ut dierum quatuor ad deditionem fa- *[Mur. 550]* ciendam mora intercederet, quo Picininis et rerum suarum difficultatem' ostenderent et ab iisdem responsum acciperent; alteram vero ut iis militibus, qui apud se fuerant praesidio constituti, impune liceret abire. Quibus rebus facile impetratis et quatuor dierum peracta mora, ii sese continuo atque oppidum dediderunt; militum autem praefecti ad Picininos redire prohibiti, abeundi alio data facultate, cum suis militibus per agrum parmensem in reginorum fines incolumes concesserunt; Angeli vero bona Stephano ejus sobrino a Francisco dono concessa sunt.

Per idem etiam tempus praeter omnium opinionem novum bellum exoritur in Parmensium *[c. 867]* finibus.' Nicolaus enim Guerrerius, de quo superius fecimus mentionem, ad Alphonsum defecerat; hic, tametsi in deditione urbis Parmae perhumaniter atque perbenigne Francisco usus fuerat, utpote non veterum solum, sed recentium etiam iniuriarum oblito, tamen quia antiquo incredibilique odio eum insequeretur, nullo pacto aequo animo pati poterat, ut Parmenses ejus parerent imperio; itaque non destitit credulo regi persuadere, ut si Mediolanensibus auxilio esse vellet, Parmenses bello lacesseret, duo enim in Parmensibus esse oppida Guardasonum atque Colornium, situ loci et arte hominum permunita, quorum inter fines positam esse Parmam urbem. Hujus hortatu facile inductus, Alphonsus mittit ea in oppida pedites circiter octingentos, qui duobus a lateribus Parmenses incursionibus atque maleficiis vexarent; deinde Eustorgium faventinum, stipendio conductum cum equitibus quingentis ac mille quingentisque peditibus, eadem belli gerendi ratione Aemiliam proficisci jubet. His rebus Alexander cognitis, exercitum in Guardasonates celeriter traducit corrigianosque fratres cum equitibus mille quingentisque peditibus, Francisci jussu, quem antea de his omnibus, quae acciderant, certiorem fecerat, sibi adjungit; nam, hi posteaquam a Cremensium obsidione simul cum' *[c. 868]* Venetorum exercitu discesserant, in Cremonensibus ad id usque tempus consederant. At Eustorgius interim cum suis copiis per bononiensem agrum in Mutinensium fines jam pervenisset, Alexander, qui et hominis ingenium perpulcre calleret et a Francisco fratre admonitus erat, ad hunc per nuntios rogatum mittit, ut meminerit veteris consuetudinis atque amicitiae, qua Sfortiani semper cum Manfredis conjunctissimi extitere, nec enim par esset ut novos amicos et peregrinos veteribus anteponeret, quod certe sine magna injuria nullo pacto fieri posset; quod si ulterius progredi destiterit, hoc ejusmodi beneficium fore, quod nulla prorsus deleat oblivio, quin potius ejus esse humanitatis atque officii ut, aliquibus excogitatis honestioribus causis, in Flaminiam redeat, neque se infestum viro praestet amicissimo, et quo pacto causae reditus excogitentur, eum pro magnitudine ingenii sui summaque prudentia facile tenere, idque ut faceret, majorem in modum rogaret, cum nihil neque accomodatius praesentibus rebus, nec sibi aut utilius aut gratius quicquam praestare posset. Eustorgius *[Mur., 551]* ad haec invitum se id bellum tantumque itineris suscepisse, sed' tuendorum militum neces- *[c. 869]* sitate coactum, quod eos suo sumptu alere non posset,' ab Alphonso stipendii conditionem accepisse; causas vero vel non progrediendi ulterius, vel in Flaminiam redeundi honestissimas justissimasque habere, praesertim quod stipendia sibi constituta, sine quibus bellum geri non posset, minime solverentur; ceterum unum sibi maxime necessarium, ut tantum sibi pecuniae quamprimum mitteretur, quod in aliquod tempus ad milites in officio continendos satis foret. At Franciscus Eustorgii mente cognita, quo is in ea confirmaretur sententia, complura ducatorum millia ei dono statim mittit; quibus ille acceptis, nihilo diutius cunctatus in Flaminiam rediit; quapropter Guardasonates ea spe destituti, paucis post diebus sese Alexandro

---

5. vero *esp.* — 14. incredibilique *esp.* — 15. ut *esp.* — 15-16. parere — 24. quae acciderant *esp.* — 26-27. At cum Eustorgius per — 28-29. admonitus esset — 29. ad .... per, meminerit *esp.* — 30-31. extitissent, memor esset, nec enim par esse novos — 31. anteponere — 33. quin potius *esp.* — 36. id - rogare — 44-45. complura aureûm nummûm millia

dediderunt. Quod Nicolaus ubi cognovit, non amplius Colornii sibi exspectandum existimavit et ne timore suis relictis fugere videretur, Mantuam sibi proficiscendum esse dicit, quo antea et uxorem et reliquam inutilem familiam miserat, ut regia inde subsidia contenderet; itaque relicto Colornio, quod erat satis valido peditum equitumque praesidio munitum, non sine multis lacrymis Mantuam profugit. Alexander, Guardasonatibus in potestatem acceptis, post impositum in arce praesidium, in Colornienses traductis copiis oppidum munitissimis castris circumsedit. Dum' haec geruntur, Raymundus Anichinus natione brutius, vir sane et c. 870 virtute et rei militaris scientia pollens, ab Alphonso rege quingentis cum equitibus in Nicolai Tertii auxilium missus in Reginorum fines pervenerat. Is ab Alexandro Colornienses obsessos intellexit; eam rem dolenter accepit, quod animadverteret se regiis amicis tanto salutis periculo sine certa sua calamitate opem ferre non posse; ceterum non praetermisit, quin tentaret nonnullos ex militibus suis in oppidum per nocturnas insidias transmittere; quod cum saepius frustra tentasset, ob eas, quas circum oppidum Alexander disposuisset, excubias, ab eo se omni conatu continuit. Nec destitit Alexander non graviter commoveri in Leonellum Estensem, qui contra jus belli et praeter eam, quae illi esse debebat cum Sfortianis necessitudinem, liberum Raymundo non solum per suos fines transitum, sed in iis commorandi etiam facultatem praebuisset; sed ne impune id Raymundus tentasse videretur, eum sumpta exercitus parte per noctem adortus, primo congressu, repugnantibus fere nullis, fudit, fugavit castraque, incensis ac rebus relictis omnibus, quisque pro se foeda fuga salutem petiit. His rebus gestis, non multo post Colornienses militum praesidio servato incolumi et se simul et oppidum' Alexandro permisere. Pacatis per hunc modum parmensibus placentinisque rebus, c. 871 magna sua cum laude Alexander huic bello per eam aestatem finem imposuit.

Interea Franciscus, utroque Picinino Caroloque Gonzaga universis copiis re infecta Mediolanum reversis, post peractas frugum succisiones Castellum Sancti Georgii, de quo supra verba fecimus, totis viribus circumsedit; id enim et muro et fossa ac multo Mediolanensium milite muniebatur eoque confluxerat magnus hominum jumentorumque numerus cum multa agricolarum finitimorumque su'pellectile. Verum ubi triduum et telis et tormentis undique Mur., 552 oppugnatur, obsessi demum praesentis periculi magnitudine perculsi, pace atque misericordia exorata, Francisci sese arbitrio et clementiae tradiderunt; quas ille, ut erat ingenio miti et mansueto, ab omni illaesos detrimento injuriaque servavit. Quo recepto, mox Castellioneorum vicum, qui inde non longe admodum abest, in praedam vertit et arcem, quae Mediolanensium etiam praesidio tenebatur, deinde bombardis aggressus, post diem quintum, ex quo die coepta est oppugnari, in deditionem accepit. Quo in loco cum esset Franciscus, Varisini terrore permoti in fidem redeunt. Luganensibus vero pervicacius in hostium fide persistentibus' Robertus sanctoseverinas atque Vintimilianus cum armatorum millibus circiter c. 872 quatuor adversus eos mittuntur; hi cum primum Luganensium fines ingressi sunt, Franchino Ruscha sibi adjuncto, Johannes Nucius cremensis, qui pro Mediolanensibus, praefectus apud illos erat praesidio constitutus, Comum illico refugit. Nostri autem praefecti, fusis incolis omnibus atque disjectis et magna pecorum vi abducta, omnes vallis illius populos, qui paulo ante ad Mediolanenses defecerant, in Francisci redire potestatem compulerunt.

Inter haec kalendae juliae advenere, quo quidem die Mediolanenses pro civitatis more eum erant declaraturi magistratum, qui primus est in republica; nam superioribus sex mensibus contra instituta legesque civitatis Johannes Ossona, cujus ante meminimus, inter ceteros temeritatis suae collegas insolentissime arrogantissimeque praefuerat, qui cum omnia pro animi libidine et impudentia regeret, unus omnium confidentissimus et erat et habebatur, ob eamque rem ii omnes, qui bene vivendi ratione ducebantur, ac praecipue gibellini atque nobiles incredibili eum odio prosequebantur. Quo factum est, ut communi quadam bonorum civium consensu et ipse et Johannes Applanus, homo' versutus et callidus, qui in eodem c. 873 Y 1

---

9. Is ubi ab — 18-20. castraque incendit. Non — 20. incolumi *esp.* — 32. etiam *esp.* — 33. Quo .... Franciscus *esp.* — 38. autem *esp.* — 41. quidem *esp.*

fuerat magistratu in ea mutatione in vincula conjicerentur, nam qui novus successerat magistratus, etsi utramque factionem sequebatur, nobilitati tamen praecipue favebat, cujus magistratus principes Guarnerius Castillioneus, Petrus Posterla et Galeotus Tuscanus, viri sane primarii; hi plura in eo magistratu pro civitatis salute atque dignitate facile sunt aggressi, essentque quamplurimi in ea sententia, ut civitatis imperium ad unum Franciscum Sfortiam deferretur. Sed nemo tamen inventus est, qui id in publicam concionem referre auderet; quisque tumultuantis vulgi saevitiam formidabat, quin potius Henrico Panicarolae, qui per id temporis Venetiis negotiandi gratia agebat, publico est consilio mandatum, ut venetum adeat senatum ac, multis propositis pollicitationibus, roget obtesteturque ne, qui uni omnium Italorum libertatem adamant ac tuentur, patiantur mediolanensem rempublicam, sua ope atque opera, a Francisco Sfortia subjugatum iri. Is, quae jussus est, diligentissime peregit, nam saepius, modo palam, modo clam in senatum admittebatur seque ad Francisci Foscari, sapientissimi et invicto animo principis, pedes quam humillime projiciebat et, ut erat homo calli'- Mur. 555 c. 874 dus, subla'tas manus ad coelum tendens, ingemiscere, flere ac prolixa implorare oratione, ne amplius Franciscum Sfortiam suis et copiis et pecuniis adjuvent, quin potius mediolanensem rempublicam amplectantur, quod si fecerint, perpetuo fore Mediolanenses venetis patribus deditissimos. Quo quidem sermone, flexis ac delinitis Venetorum animis, quatuor senatusconsulto cives deliguntur; his data potestate, ut eum secreto audiant et audita decemviris renuntient. Inter haec ex castris Marcellus quoque legatus tum literis, tum nuntiis et senatum publice et amicos privatim facere certiores non desinit, nulla neque ratione, neque vi fieri posse, ut Mediolanensium ditione Franciscus potiatur, universum enim populum incredibili in eum malivolentia atque odio exardescere, et ob id extrema omnia malle perpeti, quam eum admittere dominum: itaque persuadere atque hortari, ut publicae utilitati consulerent. Quare Henrico Panicarolae ex sententia publica est responsum ab urbe ne discedat; diem enim ad deliberandum se quamprimum sumpturos. Ceterum Franciscus, seprensibus confectis rebus ac Vintimiliano cum equitibus mille quingentisque peditibus Canturii relicto, c. 875 v e Castellioneorum vico in Laudenses proficisci contendens, post quinque dierum iter' ad Sanctum Angelum pervenit. Id oppidum inter Papiensium Laudensiumque confinia positum est et ad Lambrum pertinet amnem, muro ac fossa peregregie cingitur, nec invalido Mediolanensium praesidio custodiebatur. Quod dum castris circumdare instituit, in his locandis Manno Barrili neapolitano, qui trecentos ductabat equites, trans Lambrum facere stationes obvenerat; hic thorace armatus ac sublimi vectus equo in ipso fluminis transitu equi potandi causa constitit, quo transire oportebat; gurges erat ad laevam ob proximum molendinum altissimus rapidisque vorticibus aestuans; quo in loco equus, demissis ad aurem usque habenis, dum paulatim adverso flumine incedit, in gurgitem minime provisum ita praecipitanter obruitur, ut uterque una ex omnium oculis subito evanuerit. Ipse tamen equus caput continuo aqua extulit et Mannus quoque apparuit capite in aëra manu sublata, tanquam hoc signo opem sibi et auxilium peteret, cum repente vortices rursus equum sessoremque obsorbuerint, equus mox in proximam fluminis ripam evectus est; at Mannus, et armis simul et aetate gravis, velut qui jam annum aetatis ageret septuagesimum, in gurgitis imo retentus mortem c. 876 acerbissimam oppetiit; ita vir et genere' clarus, et bellicis rebus insignis, qui tot jam annos neque gladiis neque sagittis neque jaculis ullis perierat, hac denique obscura indignaque via excessit e vivis. Quem acerbissimum lugubremque Manni casum Franciscus ubi cognovit, aegerrime molestissimeque affectus, ad fluminis vadum celeriter contendit et quoniam aliud majus officium viro optime de se merito praestare non poterat, exanimum corpus ex aqua ejus jussu erutum, ut est intutus, non potuit se a lacrymis princeps humanissimus ac

---

1. magistratu collega in — 4. facile *esp.* — 5. erant *invece di* essentque — 23. commemorare *invece di* persuadere — 31. neapolitano *esp.* — 32. potus *invece di* potandi — 33. Quo .... oportebat *esp.* — 38. sibi *esp.* - absorbuerint — 40. velut *esp.* — 40-41. mortem .... oppetiit *esp.* — 42. denique *esp.* — 43. Quem .... casum *esp.* — 46. intuitus

gemitu continere, quod eum amisisset virum, quem et fidissimum sibi semper et rerum suarum omnium ab ipso usque Sfortia patre studiosissimum perspexisset nullumque unquam per omnem aetatem neque laborem' neque periculum sua causa detrectasse; accedebat ad rem, Mur., 554 quod secum animo repetebat princeps virtutis amantissimus idemque gratissimus, quanta ille semper in omni sermone gravitate uteretur et comitate, utpote ob miram ingenii dexteritatem non minus ad omnem dicendi elegantiam, quam ad vitae actionem mirum in modum accommodatus, quanta rerum priscarum historiarumque memoria, ut omnia ante oculos habere videretur. Quae secum Franciscus recensens, et querebatur acerbissime ejus casum, et quod nullum adhuc dignum' suis virtutibus a se beneficium accepisset, quod in eum se propediem c. 877 Y 3 collaturum statuisset, cum Castellum Novum, in Placentinis municipium, quod Nicolai Guerrerii fuerat, ei dono dandum designasset; verum quod in eum humanitatis gratitudinisque officium praestare potuit, id egit, nam postridie ejus diei eadem qua hora perierat, cadaver ejus Papiam deferendum curavit funere quam honorificentissimo celebrandum; quod, ut rite majorique pompa fieret, Robertum Sanctoseverinatem et alios plerosque exercitus primores eodem misit.

Sed ut eo, unde diverterat, nostra referatur oratio, cum oppidani de auxilio ad se mittendo diffiderent, post biduum sese atque oppidum ipsum nihilo amplius cunctanti Francisco dediderunt; quibus humanissime acceptis, ubi is arcem tormentis adortus est, ea post biduum, quo coeperat oppugnari, honesta pactione potitus est; deinde ad eam mediolanensis agri regionem se convertit, quam Martesanam appellant; cumque per Laudenses iter faceret, fit ab Antonio Cribello certior, qui arci Pisleonis oppidi praeerat, et ab Ugolino ejus fratre majore natu, qui eodem nuper e Mediolano clam confugerat, constituisse sese ejus potestati arcem tradere; itaque rogare, ut ad se continuo fidos aliquos mittat, quibuscum ea de re agant. Quo nuntio accepto, Fran'ciscus, ne quid cunctationis hujusmodi rei fieret, apud c. 878 Laudem Veterem stativa posuit; intelligebat enim hujusmodi deditionem esse longe magis necessariam et ad bellum maturius conficiendum et ad Mediolanenses suam in sententiam traducendos, quam aliam rem ullam, quae in Mediolanensium esset potestate, cum Adduae transitus vel arcium vel oppidorum praesidio maxime custodiantur, quibus ereptis, omnis subsidii spes Mediolanensibus auferebatur. Inter reliquos autem ejus fluminis transitus Pisleo magnae est aestimationis atque momenti, et ad nocendum et defendendum in primis accomodatus; est enim id oppidum in Cremonensium finibus ad Adduae ripam positum ingenti murorum et altitudine et latitudine a Philippo duce conditum, fossa insuper maxima aquis repleta a tribus partibus; nam reliqua pars flumine ipso ad murum praeterlabente abluitur, quod quidem oppidum arcem habet mirabili aedificio structuraque permunitam, quae in ipsam vergit fluminis ripam, nam in altera, quae trans Adduam in Laudensium finibus ripa est, etsi longe minore est ambitu, ipsa tamen et loci situ et artificio tutissima est; has inter arces pons est ligneus, qui ab utraque parte custoditus arce, iter praeter moenia transeuntibus praebet. Franciscus igitur' ea re plurimum laetus, Johannem Caymum virum mediolanensem sibi fidis- c. 879 Y 4 simum' eo celeriter mittit, qui gratias ipsis fratribus ingentes agat atque referat et ad eorum Mur., 555 postulata quaecumque ea tandem essent, re ipsa satisfacturum sese polliceatur. Huic Antonius, quod Francisco de arce nomine suo esset denuntiatum, id se jampridem in animo habuisse, sed amorem fraternum fuisse in causa, ut ea res in illum usque diem esset retardata, ne quid mali in fratres Mediolanenses cum in eorum essent potestate perpetrarent; sed cum his in praesentia frater insperato ad se venisset, quod ante de arce instituisset, nunc perlibenter velle conficere; itaque se Francisco non solum tradere eam arcem, verum etiam liberos suos atque ipsam vitam pro ejus commodo atque gloria, omnibus, si opus fuerit, periculis objectare et id se maximi immortalisque beneficii loco habiturum. Quae' quidem omnia Ugolinus frater coram confirmavit et sic clam Johanni dixit, fratrem suo maxime hortatu post

17. nihilo.... cunctanti *esp.* — 18. Quibus.... ubi is, est *esp.* — 37. parte *esp.* — 39. atque referat *esp.* — 41. suos *esp.* — 46. omnibus *esp.* — 46-p. 304 l. 2. gloria, si opus fuerit, expositurum. Ita arces

ejus adventum id cepisse consilii ad arcemque Francisco tradendam; sed suo ad eam rem hortatu, a se fuisse persuasum. Ii denique fratres ita cum Johanne egerunt, ut arces post eum diem Francisci nomine ab iisdem fratribus tenebantur eamque curam omnem pro ejus c. 880 voluntate atque jussu gerebant et quoniam equites' ad quingentos et pedites circiter trecenti, eo a Picininis praesidio missi, in suburbio oppidi stationes faciebant, petierunt, ut eorum capiendorum Francisco ipsi cura relinqueretur, quo oppidani possent in fide contineri. Quibus rebus cognitis, Franciscus, Roberto e castris clam cum equitibus mille et totidem peditibus misso ac ex omni cremonensi civitate delecta juventute, postridie ejus diei prima luce, facto impetu, illi capti sunt universi ac bonis spoliati omnibus; oppidani vero uno eodemque consensu se cuncti Francisci fidei tradidere. Ob eam rem Cribelli fratres et municipiis sunt ac pecunia largiter magnificeque donati, ita ut ex parva facultate ad magnas opes fortunasque evaserint. Franciscus postea, motis castris, ex itinere Meltium in deditionem accepit, municipibus ultro per nuntios crebro claves afferentibus ac pacem misericordiamque orantibus; tertio vero die ad eum vicum pervenit, cui Mercato est cognomentum; quem ipsum ceterosque vicos atque agrum omnem, levis armaturae militibus permissa licentia, ubi vertissent in praedam, locis opportunis stationes posuit. Ejus autem depopulationis duplex fuit causa, una quia plerique defecerant ad Mediolanenses ac pertinacius repugnarent, altera ut ceteri, c. 881 eo adducti exemplo,' facilius sese dederent; erat etiam quiddam tertium, quod ea universa regione aestate proxima, nullam passa segetum succisionem, frumenta omnia in loca tuta incolae congesserant exercitusque universus frumenti inopia maxime laboraret. Iis autem, qui, capto Vicomercato, in templum confugerant cum uxoribus ac liberis universaque substantia, misericordiam sublato clamore implorantibus, liberrime ignovit atque omnes in deditionem acceptos ab omni vi atque maleficio prohibuit incolumesque servavit. Briantini praeterea, crebris vexati excursionibus, in ejus rediere potestatem. Eodem etiam tempore Vintimilianus e Canturio movens, eos omnes populos, qui circum Larium lacum incolunt, in Vallem Tellinam usque ita invasionibus assiduis contrivit, ut rursus ad Francisci imperium coacti Mur., 556 reverterint. Soli Comenses' inventi sunt et urbi Como finitimi, qui in Mediolanensium fide perstiterint.

Ceterum ut exercitus, qui jam prope erat exinanitus a quotidianis et laboribus et incommodis utque languentia plurimorum corpora curarentur, Franciscus dies plures dedita opera his in locis castra habuit, nam mensibus proximis morbida ac pestifera quaedam febris graviter adeo exercitum presserat, ut quibuscumque in locis castra locata essent, in iis plurima c. 882 militum corpora fue'rint humata magnusque insuper aegrotantium numerus per oppida proxima curandae valitudinis causa dimissus, in quibus fuerunt ex iis plures, quorum Franciscus opera et ad suae rei familiaris et corporis curam plurimum uteretur; sed praecipue ex iis militibus, quos Veneti auxilio miserant, permultos vis morbi absumpsit permultosque castra relinquere coëgit; in quibus fuit Tartalia tergestinus, vir quidem fortis et apud Venetos existimationis non vulgaris, qui Papiae, quo vectus est, diem obiit. Ibi praeterea Christophorus tolentinas et Jacobus gotholanus, gravi diuturnaque valitudine impediti, totam fere eam aestatem consumpserunt. Per eodem quoque dies Aloysius Vermius, qui ob acceptum in moguntino proelio vulnus, uti supra ostendimus, exercitui diu interesse non potuerat, ubi paucis ante diebus in castra rediit, vehementissimis febribus correptus, Meltii, quo valitudinis curandae gratia delatus fuerat, vitam cum morte commutavit. Quibus ex rebus Franciscus in summo etiam dolore cum esset, adversa tamen omnia quaecumque acciderent aequo fortique animo ferens, nullum tempus praetermittebat, neque ad bellum gerendum, neque ad cetera, quae c. 883 usui essent providenda. At posteaquam satis pro temporis' angustia exercitum recreatum refectumque esse videt, Cassianum ducit et arcem, quae in ipsa Adduae ripa loco editiore

---

6-7. contineri. Quare a Francisco Roberto — 9. vero *esp.* — 11. magnificeque *esp.* — 17. prima *invece di* una — 23. incolumesque servavit *esp.* — 26. incursionibus *invece di* invasionibus — 37. quidem *esp.* — 40-41. acceptum apud Modoetiam vulnus — 47. esse *esp.*

posita est et pontem habet, quo flumen jungitur, magnis viribus obsidet; quam bombardis adortus, quod firmissimo Mediolanensium praesidio defenderetur, post quintum diem, quo eo ventum est, in deditionem accepit. Haec dum aguntur, Sigismundus, contractis Venetorum viribus, rursus in Cremenses conversus, ad duo passuum millia ab eo oppido constiterat, idque omni ex parte summa cum diligentia die noctuque vexare non desistebat, quod eo studiosius curabat, quoniam intelligeret, se Venetis nihil facere posse neque gratius, neque jucundius, quam ut Crema eorum cederet potestati; quapropter Carolus Gonzaga a Mediolanensibus Laudem mittitur, qui, suis copiis in duas partes distributis, et Laudem simul et Cremam defenderet atque in fide et officio contineret. Ad haec paucis post diebus novus is magistratus, cui commissa est summa reipublicae pro civitatis more Mediolani deligitur, cui magistratui, qui proximis mensibus praefuerant, tumultuose adeo ex eo deponuntur, ut quisque fuga saluti suae consuleret; quorum inter ceteros Petrus' Posterla per amicorum c. 884 aedes clanculum urbe egressus in castra ad Franciscum confugit. Galeotus vero tu'scanus, Mur., 557 qui graviter adeo ex pedibus laborabat, ut neque fugiendi, neque alicubi abdendi sui potestatem haberet, a plebeis quibusdam facinorosissimisque hominibus in inferiore ducalis curiae area, quae est media inter duas, facto impetu interficitur ejusque aedes continuo a tumultuosissima multitudine diripiuntur. Eadem quoque homines perditissimi temeritate ac saevitia post biduum in Antonium Silvaticum usi sunt, virum sane facilem et perhumanum ac nulli culpae obnoxium, cujus etiam domus mox direpta est. Is enim magistratus quasi totus ex guelfa factione constabat ac plebis studia magno animi ardore sequebatur et utrumque Johannem Ossonam et Applanum eodem die, quo delectus est, missum e carcere fecit multisque in rebus eorum temeritate furoreque utebatur, cum ipsi quoque ex ipsorum duodecim numero essent cavitque in primis ne quis aut Francisci Sfortiae, aut Blancae Mariae nomen, nisi per contumeliam ac dedecus, usurparet; si secus quis fecerit, nece plecteretur. Panicarolam praeterea, qui, ut demonstravimus, Venetiis erat, frequentissimis edocebat literis, ut de pace ac societate apud Vene'tos ageret iisque affirmaret, nunquam fore, ut Mediolanenses Fran- c. 885 ciscum Sfortiam in dominum acciperent. At ille imperata quamlibentissime obibat, non solum quod se patriae satisfacturum intelligeret, verum etiam quod ex ea re permagna se praemia et a mediolanensi republica et a senatu veneto consecuturum speraret. Ceterum Carolus Gonzaga, ubi de Galeoti caede cognovit, gravi dolore iraque commotus, quod eo viro familiarissime semper usus esset, statuit eam rem nequaquam inultam relinquere; quamobrem in Mediolanenses vehementissime inflammatus, nec minus in Picininos, quos sciret ejus scelerati facinoris non conscios modo, sed etiam auctores exstitisse, quo pacto id ulcisceretur, animo volutabat, praesertim cum existimaret id facinus ob eam potissimum causam perpetratum, ut sibi injuriam facerent. Erat enim inter eum et Picininos, ut supra ostendimus, quaedam rei militaris aemulatio, quae utrimque in acerrimum odium emerserat; videre insuper videbatur, nequaquam diutius Mediolanenses tantam belli difficultatem molemque perlaturos. Quare in reliquum tempus consulens rei suae, ut Francisci animum suo sibi beneficio reconciliaret, ea omnia consilia, quae ad consequendum medio'lanense imperium profutura c. 886 videbantur, huic per Franciscum Capram tum fidissimum sibi, tum Francisco ipsi apprime familiarem patefaciebat; quod ut apertius intelligeret, addebat urbem Laudem atque ejus arcem, quas in sua haberet potestate et ad eum jure pertinere cognosceret, se illi propediem traditurum idemque esse facturum de Crema oppido, ubi copiarum suarum partem haberet praesidio; in suo autem deinde fore consilio sive Cremam sibi ipsi servaret, seu Venetis traderet, quamquam videri sibi oppidum ipsum adeo opportunum nullo pacto Venetis tradendum, cum exploratissimum diceret se habere, cum primum Veneti id oppidum acceperint, non modo se ab illis desertum iri, quin immo ultro bello lacessitum iri, et quoniam nosset in se Franciscum beneficentissimum fore, duo ab' eo petere ac rogare: unum ut pars quae- Mur., 558

23. statuitque *invece di* cavitque — 35. ut supra ostendimus *esp.* — 47. non modo illum deserturos, sed bellum etiam, inita cum Mediolanensibus societate, illaturos, et quoniam

dam cremonensis agri municipiis suis finitima sibi concedatur, alterum ut ceteris ejus ducibus honorifice adderetur. Quibus rebus cognitis, Franciscus ingentes agit Carolo gratias: quae offerebantur, jucundissimo admittit animo seque ita in eum gratum fore pollicetur, ut collati beneficii memoriam nulla unquam delere posset oblivio; de agro autem cremonensi nihil c. 887 licere' sibi in quemquam transferre, cum et Cremona et cremonensis omnis ager sit ex dotali jure Blancae Mariae uxoris suae; ceterum esse Derthonam urbem, quae et pluris faciunda esset et eam se libentius ac liberius concessurum; quod autem ad honorem et dignitatem attineret, eum se habiturum in praecipuo suorum ducum numero et pecunia item non exigua ad se suasque ornandas copias donaturum. Quibus conditionibus Carolus acceptis, continuo se indignatum in Mediolanenses ostendens, ne quam adversus se conflaret infamiae notam, relicta Laude, in sua se municipia quae possidebat in Cremonensibus, Francisci etiam voluntate recipere instituit, unde paucis post diebus cum suis copiis eo consilio in Mediolanensium fines reverteretur, ut Francisco ipsi se adjungeret. Et quamvis jam cautum erat per Mediolanenses, ne ulli neque Sfortiani, neque cum illis sentientes admitterentur in urbem Laudem, tamen sic egit, quo cautius ac tutius promissa perficerentur ut, communicato cum Caesare Landulfoque Burrhis fratribus, qui arci praeerant, negotio atque consilio, praesidium centum a Francisco delectorum peditum e castris noctu missum in arcem reciperetur ea lege, c. 888 ut pro Francisci voluntate illa in fide serva'retur. Quibus rebus perfectis, nonnullos ex civitate utriusque factionis, fide et auctoritate praestantes viros, quibus et ipse plurimum fideret, et cum Venetorum imperium tum Mediolanensium jugum permolestissimum esset, rem omnem, ut gesta erat, edocuit et honestissimas causas, quibus adductus ad id venisset, ostendit. Quod ubi omnes uno eodemque consensu non probassent solum, sed maximas ei gratias egissent, quod suo consilio atque ope e tetra atque immani Mediolanensium tyrannide eriperentur, communi sententia constituerunt ut, cum primum ex urbe Carolus abiisset, Francisco accersito, sese atque urbem dederent.

Interim Veneti, neglecto atque contempto, quo Francisco erant obstricti, foedere, senatusconsulto decernunt, neque in bello amplius pro Francisco perseverandum, neque stipendium in reliquum tempus ei solvendum, sed de pace potius cum Mediolanensibus agendum, et quod Henricus potissimum contendebat, novo foedere societatem ineundam. Quamobrem Pasqualem Maripetrum et Ursatum Justinianum, nobilitatis venetae viros gravitate et auctoritate insignes, idcirco ad Franciscum legatos mittunt, quod eos illi novissent amicissimos c. 889 et multa familiarita'te conjunctos; legationis summa haec fuit: ut Franciscus sese posthac ab omni vi atque maleficio in Mediolanenses abstineret; sed ad pacem mentem animumque converteret; nec enim dubitabant Franciscum pro animi sui modestia honestas conditiones admissurum addiderantque, ne legati prius e Francisci castris discederent, quam vel adhor- Mur., 559 tationi'bus, vel terrore eum ad pacem induxissent. Verum dum legati iter faciunt mandata exsecuturi, Veneti, certiores facti ex literis Marcelli, quo cum Franciscus consilia semper omnia communicare consueverat, et de arcium Pisleonis Cassianique adeptione et de rebus cum Carolo transactis, confestim ad eos scribunt, ut mitius ac humanius jussa referant, veriti ne si acerbius, ut jusserant, mandata explicarent, Cremensium deditio interturbaretur, cum iis in potestatem redactis liberius possent atque licentius imperata perficere. Ceterum Franciscus, ubi de legatorum adventu cognovit, suspicatus eos id, quod erat, allaturos, putavit nequaquam permittendum, ut in exercitum ii venirent, quod animadverteret eorum adventum rebus suis secundissimis non parum detrimenti allaturum, cum fieri nullo pacto posset, quin c. 890 rumor de pace continuo et apud' universum exercitum et apud hostes ipsos increbresceret, de quibus potiundis indubitata esset exspectatio. Itaque per nuntios hortatur rogatque legatos, ut in Ripalta Transadduanorum oppido, quod et tenebatur a Venetis et a castris non amplius aberat septem passuum millibus, praestolarentur, ubi longe commodius quam in castris possent

38. accessione *invece di* adeptione

hospitari, quo se in diem posterum profecturum dicit. Cum igitur eo proficisci omnino instituisset, eius consilium a suis omnibus improbatur ferebaturque molestissime ac multis ipse cum lacrymis orabatur et obsecrabatur, ut paulo maturius consultaret et quo pergeret et quorum se fidei potestatique committeret; nec sane hi absurde eum monere videbantur, quem non sine manifesto vitae periculo viderent in oppidum Venetorum proficisci, quos ab ejus amicitia atque foedere rumor jam increbuisset discessuros; quin potius ejus esse et dignitatis et salutis, ut legatos circa flumen accerseret, ubi tuto esset et sine ulla suspicione eos auditurus. Hac Franciscus suorum opinione atque metu cognito, ita locutus est: non se adeo rerum ignarum esse, nec ita mentis atque sensus inopem, ut eo temere concederet, ubi aliquod suae vitae periculum imminere posse intelligeret; at scire se Venetis patrium esse morem ac legem,' ut nemo omnino neque legatus nec magistratus audeat quicquam *c. 891* vel aggredi, vel tentare injussu senatus, si quid etiam offerretur, quod maximam foret reipublicae vel utilitatem vel gloriam allaturum, certo autem scire se nihil legatos habere in mandatis, quo in sese manus injicerent, cum non modo nulla ratione praenoscere senatus venetus potuisset de suo trans Adduam transitu, sed nec etiam tam subitae infamique perfidiae se obnoxium facere auderet; quod si etiam legati certiorem fecissent senatum venetum de ejusmodi suo transitu et ille omni divino jure humanoque contempto, aliter esset animatus, tamen priusquam vel exiret ex oppido nuntius, se cum suis omnibus citra flumen esse rediturum. Quibus dictis, quemadmodum constituerat, cum paucis ad Ripaltam de improviso legatos adit; ad quos ubi ventum est, hilari eos complexus facie vultuque perjucundo post pauca humanitatis benivolentiaeque verba, ut quid haberent amanter hortatus coram exponerent. At ii' quod ad se ita familiariter accessisset, quandoquidem dicerent, Mur., 560 sui fuisse muneris non ibi eum exspectasse, sed adiisse potius, non modo tantam ejus humanitatem atque modestiam admirari, sed summis efferre laudibus, quod et in senatum' vene- *c. 892* tum tam egregia fide honorificentissimoque studio uteretur et legatos etiam quam ornatissime exciperet, ita ut plane obsequentissimus amantissimusque Divi Marci filius et dici posset et judicari; deinde paucis senatus imperata in hunc modum exponunt: cogitanti saepenumero consultantique diligentius veneto senatui de rebus bellicis multa de mediolanensi hoc bello fuisse renuntiata, quod languidius atque diuturnius quam omnium fuisset opinio produceretur et ejus tandem aliquando confectio tum dura nimis tum difficillima ac paene supra humanas vires fore videbatur; quapropter cum de pace agendum existimasset, cogitationes suas omnes atque consilia ea legatione significare ipsi statuisse, cum ejusmodi praesertim pacis conditiones aspernendae non essent; ceterum se cum iter huc facerent, res multo secundiores offendisse quam Venetiis ferebantur; proinde se non de pace amplius tractandum sed perseverandum potius in bello conficiendo censere; quare quae sibi senatus modo cum eo agenda imperasset, ea omnia ipsius voluntati permittere, qui posteaquam de ejus rebus prospere gestis certior factus est, non mirabili solum laetitia gaudioque affici videntur, sed ei plurimum gratulantur hortanturque, ne' punctum quidem temporis praetermittat, quominus *c. 893 Z 1* tantum tamque diuturnum bellum conficiatur. Ad haec Franciscus respondit: se cum antea semper tum maxime hoc tempore non audisse modo, sed coram praesentemque vidisse florentissimum Venetorum senatum omnibus sane in rebus ceteras Italiae amplissimas respublicas fide, integritate, justitia ac omni denique virtute mirifice anteire, ex quo permagnam sibi laudem et immortalem sibi gloriam peperisset; quamobrem, etsi quorumdam literis ac nuntiis illum acceperat ab inveterata amicitia atque icto foedere discessurum, nunquam sibi tamen persuadere potuit clarissimum illum ordinem quicquam ausurum, quod vel a justitia honesta-

---

1. eo *invece di* quo — 2. eius *esp.* — 27. iussa *invece di* imperatu — 29. periculosius *invece di* languidius — 36. censuisset *invece di* imperasset — 37-38. gaudioque afficiatur, sed etiam plurimum congratuletur horteturque ne — 40-41. tempore cognovisse florentissimum — 42. mirifice *esp.* — 42-43. ex quo.... peperisset *esp.* — 44. a vetere *invece di* ab inveterata — 45. potuisse praestantissimum *invece di* potuit clarissimum - constituturum *invece di* ausurum

teque abhorreret, vel sui auctoritate imperii indignum posset a quoquam judicari; nec autem se latere, esse quosdam animis adeo exulceratis, quibus belli conficiendi facilitatem in summam vertant difficultatem, et id quidem de nonnullis aliis Italiae principibus sentire et de quibusdam etiam venetis civibus, qui pensi decorique obliti, permoleste ferentes Mediolanensium principatum in suam, ut par est, devenire potestatem, iis quotidie rebus maxime studeant, c. 894 quibus praesentis belli' confectio differatur interturbaturque; verum minime se dubitare, quin justissimus Venetorum senatus cum pro antiqua necessitudine, tum pro mutua officiorum magnitudine foederisque jure inviolata fide conventis inviolate sanctissimeque insistat, praesertim cum bellum ipsum jam pro suis optatis ad exitum sit prope perductum; quae a Mediolanensibus enim secus Adduam oppida atque municipia tenebantur, quae quidem Mediolanensium ipsorum in eo flumine portae sunt, praeter Laudem, Tricium taque Bripium a se esse recepta omnia eodemque modo quidquid trans Padum Ticinumque jaceret, in sua esse pote- Mur., 561 state; de Laude vero urbe quid actum esset, 'eos non latere ac Bripium ipsum brevi futurum sperare sese, ut in suam redigat ditionem; reliqua haec sola Tricii arx, quae etsi est munitissima, tamen cum ulteriorem Adduae regionem Bergomenses incolant, qui Venetorum parent imperio, detrimenti sibi nihil inferre posset; quibus rebus ita constitutis, quamfacillime effici, ut Mediolanenses, undique interclusi et omni denique auxilio ac re frumentaria commeatuque carentes, brevissimo temporis curriculo ita fame atque esurie premerentur, ut ad deditionem c. 895 Z 2 vel inviti cogerentur, quamquam id' eos ultro facturos non dubitaret, cum mutuis inter se factionibus ac seditionibus quotidie digladientur. Facto sermoni huic fine et Franciscus illico in castra et legati Brixiam redeunt; at Ursatus Venetias revocatur; Pasquali, quoniam Francisci amicissimus habebatur ob idque rebus gerendis interesset, ne senatus injussu Brixia discedat, imperatur. Postridie ejus diei Franciscus, ut quod reliquum erat, de laudensibus rebus conficeret, castra movens ad vicum Culturanum, qui Meleniano proximus est, pervenit, ubi nactus idoneum castris locum stationes ponit. Inter haec Carolus, ut fuerat constitutum Laude Cremaque relictis, cum omnibus copiis in Cremonenses proficiscitur. Cremenses vero, Caroli praesidio destituti, ab exercitu Venetorum continenter acerrimeque vexati, adhortationibus etiam Gasparis Vicomercati, qui oppido praeerat, ad Franciscum legatos mittunt, eum multis orantes precibus, uti et se et oppidum in deditionem accipiat secumque animo diligentius accuratiusque cogitet, quantum commodi ejus rebus Crema sit allatura, ubi eam in suam acceperit potestatem, quantum etiam incommodi atque detrimenti, si in Venetorum devenerit c. 896 ditionem; apud omnes enim rumor' jam vagabatur, futurum, ut Veneti, eo accepto oppido, Mediolanensium partes tutelamque susciperent. Quibus Franciscus ita respondit, nullo pacto quod orassent, licere a se exorari idque ob conventa, quae inter se ac Venetos intercesserant; dolere tamen majorem in modum ob singularem suam in eos benivolentiam, quod Cremensium desiderio satisfacere non posset; quicquid enim Venetis promisisset, id cumulatissime observare, neque ulla sui emolumenti ratione ab ea sententia animum abducere statuisset; quod si in amicitiae conjunctionisque officio Veneti perstiterint, id quod ipse minime dubitabat, se beneficium beneficio cumulaturum; sin minus perstiterint ac defecerint, malle se deserendae amicitiae violandique foederis ab illis quam a se causam initiumque profectum ab omnibus intelligi. Postero autem die, sumpto equitatus peditatusque delectu et castris Collionis curae mandatis, ad Laudem pergit; quo ubi ventum est, mille ab urbe passus castra ponit. Quo ipso die a Laudensibus civitatis primores mittuntur ad eum legati, qui postulatis omnibus liberalissime impetratis, et sese et urbem quamliberrime dediderunt. Tum Franci- c. 897 Z 3 scus urbem ingressus cum summa omnium' laetitia, cunctis civibus deposcentibus, confestim enuntiari jubet arcis praefectis, ut arcem quamprimum dedant; quod ni fecerint, se, omni Mur., 562 prorsus mora sublata, eam se militibus expugnandam diripiendam'que traditurum. At praefecti, ut fuerat ex composito constitutum, arcem illico dediderunt; sfortiani vero pedites,

---

1. maiestateque *invece di* imperii - enim *invece di* autem — 2. ut *invece di* quibus - facultatem *invece di* facilitatem — 5. iustum *invece di* par — 8. sanctissime - inviolate *esp.* — 13, 48. vero *esp.* — 41. autem *esp.*

qui intro, ut praediximus, recepti fuerant, in castra per noctem redierunt; Arasmum vero Triulcium, urbis ejus praefectum, quem suis in rebus adversarium semper norat ac sibi vehementer infensum, civibus non negantibus, retineri et ad se perduci jubet; qui ubi in eius conspectum venit, pauca trepidans ac pavens, cum sui ipsius, tum Ambrosii fratris purgandi causa locutus est; Ambrosius enim bracianas et ipse partes secutus apud reliquos Mediolanenses, praesertim eos, qui ejusdem erant factionis omnem ipsius Francisci et qui cum eo sentirent causam et oppugnaverat semper et in eam usque diem acerrime oppugnaturum sese non dissimulanter praeseferebat. Sed Arasmi purgatione nequaquam admissa, eum Papiam agi et in arce diligenter custodiri Franciscus jubet. Interea vero temporis Cremenses, et Francisci responso et Laudensium deditione admoniti, cum sese Venetis dedidissent, Gaspar Vicomercatus' legatorum jussu detentus, ubi bonis omnibus esset exutus, in *c. 898* libertatem demum restituitur. His rebus confectis, in Culturanum Franciscus regreditur, ubi continuo, quae deinde belli gerendi foret habenda ratio, cum suis Venetorumque legato consultat. Quibus omnibus visum est, ut cunctis viribus Mediolanum propius peteretur ac populus ipse mediolanensis et propinquius lacesseretur et acrius; quibus quo major terror incuteretur, in ipsis suburbiis et ad portas usque castra firmarentur, quod prope exploratissimum omnibus erat, cum in suburbiis conspiceretur exercitus, fieri haud posse, quin brevi et in civitate dissensio et in populo tumultus exoriretur.

Quibus rationibus adductus, Franciscus militem continuo undique contrahit evocatque in castra, permulti enim in hiberna concesserant, alii valitudinis curandae, alii reficiendi et plerique sui ornandi causa; Caroli insuper adventum instare et magnam frumenti commeatusque vim, nullo tempore interjecto, comparare summa diligentia curat; praeterea ad equites mille ex transfugarum numero conducit eorum praesertim, qui rei militaris peritissimi videbantur; singulis enim fere diebus braciani milites complures turmatim ventitabant in castra, quos ad hostium vires dimi'nuendas suasque augendas perhumaniter accipiebat atque *c. 899 Z 4* libentissime eosque liberalissime pecuniis donabat. Coacto igitur exercitu eoque magno equitum aucto numero, ubi comparasset dierum octo res necessarias ad expeditionem, in Mediolanum copias agit dieque tertio ad vicum Lambratum pervenit, qui paulo minus a Mediolano duobus passuum millibus distat. Quo in loco campis patentibus castra disponit, permagno in latitudinem spatio occupato, ex quo loco totum triduum quotidiana proelia nunc equitatu, nunc peditatu ad Orientalem ipsius urbis Portam conseruntur, et eo idcirco levia, quod a Picininis fratribus, qui et militibus et populo praeerant, parce admodum pugnandi facultas offerebatur. In quibus sane proeliis multi sunt ex nostris crebritate pilularum vulnerati, intercepti autem perpauci, inter quos Flaschus, qui, cum esset in urbem actus, pro'tinus in castra MUR., 563 remittitur; neminem enim ex militibus sfortianis Picinini fratres in urbe retineri patiebantur, veriti ne quid insidiarum captivi in civitate molirentur, aut etiam qui ex suis caperentur, quod persaepe accidebat, conjicerentur in vincula. Interim vero a speculatoribus Franciscus, quos suburbiorum fossas ac munitiones, quae ab Orientali ad Comensem Portam continentur, exploratum' miserat, fossam esse transgressus facilem cognoscit, ceterum ob constructum *c. 900* nuper cespitibus aggerem in suburbia irrumpi non posse, neque eas esse stationes, ut sint admodum pertimescendae; extra urbis muros civem mediolanensem vigilare neminem; milites vero perpaucos ad tuendas munitiones pernoctare, nec urbis portas ante solis ortum reserari. His rebus cognitis, post diligentem consultationem aequatasque vias, qua iter erat facturus post triduum ante lucem, instructo exercitu, eo proficisci constituit atque fossarum aggerem demoliri et ita, occupatis suburbiis, castra inter Orientalem Novamque Portam firmare contraque utramque fossas atque aggerem summa celeritate extruere, quibus Mediolanenses ceteri, qui in urbe erant, a repentina eruptione prohiberentur; quae quidem omnia ante lucem se perfecturum confidebat. Itaque de octava noctis hora, nam aequinoctium erat, e stationibus

---

2. in *esp.* — 3. elus *esp.* — 9. vero temporis *esp.* — 12. His .... in *esp.* - Mox Culturanum — 17. videbatur *invece di* erat — 27-28. urbe *invece di* Mediolano

copiis eductis, omnes in aciem stare jubet. Cum igitur ad locum ceteri omnes convenissent, solus Collio cum auxiliaribus copiis, quod aliquanto abesset longius a reliquis copiis diutius quam par esset, profectionem remoratur; dum multis a Francisco nuntiis ad veniendum solicitatur et ille contra nonnullos se exspectare equites', qui abessent a castris, respondet, dies illuxit; nec prius copiis reliquis jungitur, quam sol exoriretur. At Franciscus, etsi ea mora vehementius in Collionem commotus erat, quod solus suis invadendae urbis consiliis obfuisset, tamen neque ullum perturbationis signum ostendit, neque quod animo decrevisset, intentatum reliquit; nam cum primum ad exteriorem eam fossam, quae inter Novam Comensemque Portam interjacet, cunctis viribus pervenit, anteriorum cohortum equites jussi equis descendere fossamque eam superare, quae ad Bossiorum molendinum dicitur, hi facile praetergressi objectum aggerem, qua minor est altitudo, summo conatu cum maximo omnium clamore occupare contendunt. Ceterum ubi ea, quae inter utramque portam spatia aedificiaque sunt, ingenti populi ac militum multitudine referta prospiciunt, qui omni telorum genere eminus et cominus repugnarent, nemo e nostris fuit tam audax sibique confidens, qui pedem ultra aggerem transtulerit ob frequentissimos missilium, catapultarum pilularumque ictus, qui ex aggeris speculis torquebantur in nostros, adeo ut nemo e regione diutius uno in loco consistere auderet. Quo fiebat, ut crebro sclopetorum ingentique strepitu incredibilis mortis *c. 90r* terror invade'ret et caliginosa fumosi veluti fulguris magnitudine aër ipse obscuraretur confertissimisque ictibus pilularum solo undique repercusso sublatus pulveris globus coelum ex *Mur., 504* oculis tolleret, adeo ut longe terribiliora quam essent 'omnia viderentur. At Franciscus intrepide nulli neque labori, nec vitae cedens discrimini, modo huc, modo illuc pergens, quaecumque pugnae atque victoriae usui esse possent, dicto citius providebat atque inter ipsos pugnantium ordines circumquaque se offerens, ne loco discederent, monebat, hortabatur, imperabat aegriusque dimicantes graviter increpabat, ut iis, qui in fossa aggereque constiterant, ubi opus foret, subsidio laborantibus advolarent. Dum vero supra duas horas in hunc modum pugnatur, e nostris multi affecti vulneribus coepere proelio excedere, inter quos Bosius Sfortia, Francisci frater, in latus dextrum pilulae vulnere gravissime accepto, in castra delatus est. Ceterum posteaquam et qui certabant propius conari frustra et qui aliquanto etiam eminus pugnabant, sauciari Franciscus videt, receptui cani ac milites a pugna revocatos redire in castra omnes jubet; nec poterat cum suis familiaribus non saepius dolere, quod *c. 90;* unius Collionis culpa certam ad obtinenda suburbia 'victoriam amisisset. Itaque non modo non suspicari, ut antea, sed exploratissimum habere coepit, ob aliam nullam causam Bartholomaeum ea cunctatione ad profectionem usum, quam ut veneti senatus mentem edoctus a Marcello legato, interturbata suburbiorum occupatione, Mediolanensium deditionem in dies duceret. Quam quidem rem Petrus etiam Posterla, qui non multis ante diebus mortis metu, ut supra ostendimus, ex urbe fugiens in castra se receperat, satis superque affirmabat; nam cum ad illum usque diem cum aliis undecim reipublicae summae praefuisset et, quae Henricus Panicarola de pace deque Venetorum auxiliis ad Mediolanenses scripserat, et quae in accipiendis conditionibus pacis Mediolanenses ad eum rescripserant, memoriter omnia perspicueque tenebat. Quibus rebus Franciscus admonitus, cum videret maximo in periculo suas res positas, putavit nihilo diutius cunctandum, quoad duae potentissimae respublicae in suam calamitatem ac perniciem conjungerentur, quin potius omnibus elaborandum innitendumque et artibus ac viribus, quibus brevi Mediolanenses in suam potestatem redigeret. At vero cum his rebus diligenter et accurate operam daret maximeque studeret, ut suburbiis noctu *c. 91* potiretur, a' Petro quodam natione pannonio, equitum praefecto, Rabothi Landechi germani opera, qui quidem ambo superioribus annis ab eo ad hostem transfugerant, clam duo ad se venerunt nuntiaruntque, si mille aureos nummos ab eo acciperent, statuisse suburbii aditum Orientalis Portae, cui ipsi praeerant, ejus tradere potestati. Quo nuntio Franciscus in non

---

9. ordinum *invece di* cohortium — 14. sibi — 19. fumi *invece di* pulveris — 39-40. perspicueque *esp.*

mediocrem potiundi suburbii spem adductus, pecunia, quam illi petierant, comparata, post biduum ejus diei adire cum exercitu capereque suburbia decrevit. Sed interim accidit, ut non minus eo in capiendis suburbiis consilio falleretur, quam priore; redditae enim sunt postero die Bartholomaeo literae, quibus a senatu veneto jubebatur, ut una cum praefectis suarum cohortium militibus, reliquis apud Marcellum legatum relictis, ipse quamprimum in eorum fines concederet. Is imperata faciens, clam repentini discessus causa Francisco enuntiata, noctu castris excedit et in Transadduanorum 'fines contendit. Deinde Marcellus mili- Mur., 565 tum primoribus edicit, ne ullam prorsus Mediolanensibus injussu suo injuriam inferant; nam Veneti cum primum venisse Cremenses in ditionem suam intellexerunt, repente omni divino humanoque jure una cum' foederibus neglecto, cum Henrico de pace, uti antea constitue- c. 905 rant, secretissime convenerunt. Deinde ubi paucis post diebus Franciscum ad urbem Mediolanum castra moturum cognoverunt, continuo omnibus iis belli ducibus, quos ei antea auxilio miserant, per literas jubent ut, relictis uno tempore copiis in locis ubi essent, in suos fines remigrarent militesque reliquos paulatim postea ad se traducerent. Pasqualem vero Maripetrum, qui, ut diximus, Brixiae exspectabat, ad Franciscum cum publicis mandatis redire imperant; is festinantius confecto itinere in castra eodem ipso die adventavit, qui ad capienda suburbia dictus fuerat. At Franciscus, qui jam ad Marcellum diverterat, ubi de Pasqualis adventu cognovit, quamprimum ad eum venit ea auditurus, quae veneti senatus nomine afferret, non enim subvereri non poterat, ne quid, quod sibi esset incommodaturum, ejus tam celer apportaret adventus. Ejus legati haec fuit oratio: se sui senatus jussu celeri venisse itinere, quod ita rei magnitudo exposceret; itaque se brevi explicaturum, quae jussus fuerat; cum diu ac multum de mediolanensi hoc bello senatus ipse diligentius cogitasset, quo si quid ad breve conficiendum suppeteret, id omne suppe'ditandum curaret, comperit c. 906 multis de causis id diuturnius in dies difficiliusque futurum, neque fieri posse, ut ulla aut gravi impensa aut temporis longitudine ad speratam victoriam perduci queat, et id quidem cum propter Mediolanensium pervicaciam, primum, qui malunt, ut ipsi ajunt, vel magno Turcorum tyranno, vel Plutoni etiam ipsi, sese quam Francisco Sfortiae permittere; tum vero propter pabuli inopiam, cum ita esset totus mediolanensis ager diuturnitate belli omnibus prope rebus consumptus, ut diutius in his locis tantus exercitus manere non posset; tum denique propter pecuniarum difficultatem, sine quibus, quemadmodum eum non latebat, parum seu nihil in bello fieri poterat; nam Venetorum aerarium adeo esse exinanitum ob multos gravesque sumptus, quos mari terraque diu multum pertulissent atque perferrent, quibusque adhuc etiam gravius premerentur, ut neque sibi neque copiis ipsis, quas in castris ejus auxilii causa habebant, stipendia in reliquum tempus pendere possent; neque ipsis solis eas vires esse, ut suo sumptu tot copias alere et tantam belli molem diutius tolerare possent. Quibus difficultatibus adductum, venetum senatum Rogatorum consulto, quamvis invitum, ad pacem cum Mediolanensibus devenisse'; ejus pacis, quae ad eum pertineant, has esse conditiones, c. 907 ut nullam deinceps Franciscus injuriam Mediolanensibus inferat; quod est agri tria inter haec flumina Padum, Adduam atque Ticinum, praeter urbem Papiam ejusque agrum Mediolanensium sit; reliquas autem Longobardiae urbes atque oppida, quas Franciscus adeptus sit et Philippus in suo obitu possidebat, Franciscus ipse retineat; urbem vero Laudem et quod reliqui intra ipsorum fluminum fines Franciscus habet, Mediolanensibus restituat; pacis probandae dierum viginti Francisco spatium sit. Ad haec etiam legatus adjecit, non quia res ita esset, sed, ut postea cognitum est, injiciendi timoris causa, senatum praeterea suum cum romano 'pontifice Sanctaque Romana Ecclesia societatis foedus percussisse; item Alphonsum Mur., 566 regem, florentinum populum ac Sabaudianorum ducem socios sibi ascivisse; si pacis foe-

---

24-25. aut gravi *esp.* — 26-27. primum .... permittere, *esp.* — 29. esse *invece di* manere — 29-33. posset. Propter haec Venetorum aerarium adeo esse exinanitum ob multos gravesque sumptus mari terraque ut neque — 40. Franciscus *esp.* — 41. Franciscus ipse, vero *esp.* — 42. Franciscus *esp.* — 43. etiam *esp.* — 44. praeterea *esp.* — 45. Sanctaque .... Ecclesia *esp.*

dera Franciscus probaverit servaveritque, pacis foederisque beneficio ei uti licere; sin renuerit, Venetos sociosque pro Mediolanensium salute mox arma sumpturos ac propugnaturos. Facto exponendi fine, Franciscus non sine ingenti perturbatione animi in hunc modum legato c. 908 respondit: non se ejus adventu tam injucundum tamque acerbum sibi' nuntium afferri exspectasse, quo nihil gravius nihilque infelicius praeter mortem eo sibi tempore accidere posset, neque a veneto senatu, quem ita coluisset atque observasset, uti omnem spem suam omnemque salutem in ejus firmissimo praesidio posuerit, in postremo victoriae cursu tam diu exoptatae se destitui existimasse, cum nequaquam ad credendam rem tam absurdam inducere animum potuisset; proinde non posse non vehementer admirari atque indolere, quod nulla justa causa illud in se actum sit, quod inhumanum, quod ingratum quodque injustum per orbem universum judicari apertissime liceat; nam quis erit posthac, inquit, qui negare audeat, non ab honestate, non a justitia longe Venetos defecisse? non nefarium, non detestandum per omnem aetatem facinus admisisse, cum anno nondum exacto, quo icto inter se foedere jurejurando sancito, eorum auxilio adversus Mediolanenses bellum suscepisset, ita repente, ita de improviso ab iis non modo deseratur, sed novum adversus se futurum bellum enuntietur, a quibus juvari maxime atque defendi et ad principatus jura dignitatemque perduci oporteret et deberet? Quas ob res etsi Venetorum rempublicam, quae et justitiam colere et sui c. 909 imperii amplitudinem' gloriamque virtute hactenus terra marique auxisse praedicatur, ea in sententia mansuram nequaquam credere poterat, tamen rogare eum legatum atque obtestari, ita suaderet suo senatui, ut in fide constanter permaneret promissaque servaret, cum id praesertim ad Pasqualem ipsum maxime pertineret, cujus interventu transacta haec omnia celebrataque fuissent, utque jurisjurandi religionem denique pro officio, pro Dei veneratione atque pietate Veneti inviolate sancteque servandam meminerint. Quod autem ob eas, quas commemorasset, difficultates bellum neque brevi tempore perfici neque longo sustineri, neque diu in his locis exercitus commorari posset, rem longe aliter esse ac ipse recitasset, demonstraturum se dixit, quod sibi exploratissimum esse, eam inesse in mediolanensi agro pabuli copiam, quae non uni modo sed exercitibus pluribus diu abundeque suppeteret; Mediolanensibus praeterea non eundem in sustinenda libertate omnibus esse animum; nobilitatem fere omnem ad eum urbe recipiendum idem sentire; solam esse plebem, quae velut rerum imperita et a nonnullis malis perniciosisque civibus, fucatae et subdolae libertatis studia obstinate sectanti- c. 910 bus, novis quotidie rebus vel somniis potius nutrita in adversam partem trahebatur;' pecuniae autem fateri se neque magnam sibi copiam suppetere, neque omnino ad necessitates perferendas deesse facultatem, neque ob eam rem cum magis in militum benivolentia quam in vi pecuniarum speret, suis rebus unquam diffidendum putasse, neque praesentis belli victoriam, M R. 507 utcumque res habitura foret, desperasse; quod impensam stipendiorum, quae 'sibi quot mensibus jure foederis persolvat, minus se venetum senatum in reliquum tempus laturum dixisset, se posthac eam Venetis impensam dono remissurum, neque ex iis unquam pecuniis quicquam repetiturum pollicetur; copias dumtaxat, quas de venetis copiis in castris habeat, uti in suo auxilio pergerent, se majorem in modum deposcere; quod si etiam senatui durum atque difficile videretur suoque ab exercitu segregandas et in eorum fines revocandas statuerit, id se dummodo nullum sibi a Venetis bellum nullave injuria inferatur, aequo animo passurum proponit, quin etiam quaecumque promisisset, se quoad in humanis ageret, integre Venetis praestiturum affirmat. Ad haec legatus: non esse veneti senatus consuetudinem, quod semel Rogatorum consilio statuisset, retractare; ex quo uti ejus voluntati se Franciscus accommodet, c. 911 hortatur,' quandoquidem quod senatus ipse decrevisset, omnino confectum iri oporteat. Quibus dictis Franciscus sic rursus respondit: si senatus omnino ita statuerit, ita effici velit, cum

3. Facto.... fine *esp.* — 5. nihilque infelicius, sibi *esp.* — 7. tam diu exoptatae *esp.* — 13. quo.... se *esp.* — 17. et deberet *esp.* — 19. legatum *esp.* — 20. ut datam fidem promissaque — 21. ea *invece di* haec — 21-22. celebrataque *esp.* — 22-23. utque.... meminerint *esp.* — 23. autem *esp.* — 25-26. ac.... dixit *esp.* — 26. erat *invece di* esse — 29. velut *esp.* — 31. traheretur — 32. autem, se *esp.* — 38. pollicetur *esp.* · de venetis copiis *esp.*

nil aliud haec sibi oratio postulare videatur, quam illud, quod dici solet, *sic volo, sic jubeo*, non esse verbis amplius contendendum; utrum vero propositas pacis conditiones accepturus sit an ne, diem se pro rei magnitudine ad consultandum sumpturum. Interim literae ad Mediolanenses perferuntur, quibus fiunt a Venetis et ab Henrico de composita pace certiores; quo nuntio accepto, quod protinus se eo bello liberatum iri existimabant, magna omnes laetitia replentur; proinde ignibus, campanarumque sonitibus cum frequenti bombardarum sclopetorumque concrepitu tota urbe, et in his maxime locis, e quibus castra prospiciebantur, constitutis, tota civitas per plateas forumque effusa summum in gaudium conversa est, nam partim ipsa animi voluntate, partim metu, ne allatum de pace nuntium dolenter ferre suspecti efficerentur, omnes eodem vultu laetari videbantur et nisi hostes, unde essent, abeant, multa se in eorum perniciem facturos jactabant.

Haec ubi in castra deferuntur, multa Venetos per opprobria sfortiani milites' appellare *c. 912* eorumque copias, quae in castris erant, mox diripiendas dicere coeperunt. Quibus cognitis, Franciscus statim, ne quis ullam Venetis contumeliam ullamque eorum militibus injuriam faciat, capitali poena praeconibus pronuntiari jubet. Quibus rebus magna affectus solicitudine Franciscus non amplius in iis locis quam die postero commorandum putavit; quam quidem moram eo interponendam existimavit, ne suus inde discessus fugae similis videretur, nam cum summum ceteris gerendis rebus studium omni tempore adhiberet, id maxime sibi semper curae fuit, ut ejus nomen non solum invictum, sed et omni turpitudinis nota vacuum foret, quod si belli gerendi auctoritatem augere non poterat, nulla re tamen male gesta minuere volebat nihilque quod vel ad ignaviam sibi vel ad imprudentiam ascribi posset omni cura vitare studebat; verebatur enim ne si Mediolanenses venetis rebus elati in castra eruptionem facerent, veneti quoque milites, tum, ut eo quo tenebantur, metu liberarentur, tum praedae abducti cupiditate in eum arma caperent, ita ut uno tempore non tam cum hostibus, quam cum amicis atque domesticis sibi con'fligendum foret. Eo igitur biduo exacto in Cul- Mur., 568 turanum vicum rursus exercitum reducit, neque' in tanta rerum commutatione animo depri- *c. 913 aa 1* mebatur, neque publice ullam in vultu tristitiam ostendebat, sed animo infracto, quae usui erant, impigre obibat, quod profecto Marcellus, qui rerum admodum curiosus diligensque speculator erat, plurimum admirabatur ac summam viri prudentiam animique magnitudinem in omnium conspectu laudare praedicareque non cessabat. Ceterum in eo itinere hoc auxiliaribus copiis accidit incommodi, quod a nostris praeter Francisci voluntatem et dissipatae sunt et rebus fere omnibus uno tempore spoliatae. Ejus rei haec fuit causa: marciani milites simulac nostros infenso in Venetos animo viderunt, territi quaeque sibi cariora clam ad amicos comportabant, ut si quid forte sibi eveniret adversi, in tuto essent; dein, ut supra demonstratum est, ducibus venetis absentibus in Transadduanos trajiciendum sibi constituerunt et paulatim ex itinere Ripaltam proximum Transadduanorum oppidum profugere coeperunt. Quod ubi a nonnullis de exercitu animadversum est, continuo inter turmas de Marcianorum fuga clamore sublato imperatoris injussu, omnes non modo, qui fugae se mandarant, sed qui in acie adhuc erant, comprehenduntur, armis equisque exuuntur, impedimenta diripiuntur magnusque fugientium numerus' ad fluminis usque Adduae ripam, insequentibus levis *c. 914* armaturae militibus, denudatur. Accessit ad haec quoque, quod cum eodem die Matthaeus campanus ex Rosate, ubi praesidii causa per eam aestatem fuerat, in Transadduanos iter faceret, pars suorum militum longius a reliquis progressa, hos in tumultus incidit moxque in praedam versa est. Quod ubi intellexit Campanus, iter statim cum reliquis avertit Mediolanumque se recepit, dieque postero, uti constituerat, in Transadduanos profectus est. At Franciscus, qui ut consueverat, cunctos militum ordines anteibat, ubi post terga misceri haec

---

10. hostes abirent multa — 13. Quibus cognitis *esp.* — 15. Quibus rebus *esp.* - Sed magna — 16. Franciscus *esp.* - quam .... postero *esp.* — 16-17. putavit. Unius diei moram — 18. sibi *esp.* — 19. habuit *invece di* fuit — 21-22. posset committere verebatur *esp.* — 32-33. marciani milites *esp.* — 33. nam simulac — 37-38. Marcianorum *esp.* — 43. suorum *esp.*

cognovit totumque deinde exercitum tumultuantem vidit, gravi incensus ira plerosque non exiguae auctoritatis viros, quos penes se habebat, hac illac confestim mittit, qui suos a venetorum militum injuriis prohiberent atque erepta restitui conarentur; ipse vero ubi tumultus major est, eo celeriter defertur ac magna claraque voce omnes graviter increpat, ejus adventu depraedantium temeritas furorque reprimitur, nam sua praesentia perterriti statim praeda relicta diffugerunt; ablata deinde non tam quae reperta sunt, restituenda, quam ea, quae c. 915 aa 2 occultarentur, perquirenda diligentissime curavit, principesque' vero admissi sceleris comprehendi jussit ac de iis, quo forent ceteris documento, mortis supplicium sumpsit. Interim legati, ubi tot injuriis totque detrimentis venetam aciem immerito affectam exagitatamque intuentur, graviter dolere, magnis vòcibus queri et insignem suorum calamitatem nullo hortatu flere desinebant, quin etiam gravi metu perculsi, cum non absque Francisci voluntate id esse factum suspicarentur, de propria salute jam dubitare coeperunt; sed posteaquam militum incolumitati celeriter ab eo provisum ac in sontes graviter animadversum est, facile sunt Mur., 569 et dolore levati et ea suspicione formidineque liberati. Postri'die autem ejus diei Marcellus, impetrata abeundi potestate, omnibus Venetorum copiis, quae nondum ab exercitu discesserant, per Laudensium pontem in Cremenses trajecit, quo cum tutelae gratia Franciscus, ne quam a suis injuriam milites veneti acciperent, quinque a castris passuum millia processit. Is hesterno adhuc timore territus, nullo intermisso tempore, non prius ab itinere restitit, quam veneto exercitui, qui in Transadduanis conscendebat, se adjunxit. Deinde et Marcellus ipse et Andreas Dandulus alter Venetorum legatus jussu senatus distributa non tam in eos, qui c. 916 bello mediolanensi' versati bona amiserant, quam in milites reliquos numismate, ut omnibus rebus, quae bello usui sint, se quamprimum resarciant atque ornent, summo studio curare instareque coeperunt. Quod ubi Franciscus rescivit, sibi est addita cura, cum satis aperte id futuri belli esse non indicium, sed initium constaret, quod adversus se Veneti, vel ipse esset probaturus, vel ne, pacem parandum gerandumque statuissent. Ex quo ubi se in tanto rerum discrimine versari videt, simulare tamen quamdiu fieri posset cum Venetis eosque in benivolentia continere, optimum esse judicavit; quod si mensis mora intercederet, priusquam ab iis sibi bellum inferatur, ita se suis rebus consulturum confidebat, ut neque de ipsorum potentia multum sibi timendum foret, neque de obtinenda de Mediolanensibus victoria dubitandum; proinde Pasqualem, qui earum rerum causa, quas senatus illi conficiendas mandaverat, mansurum se in castris dixerat, apud se, quoad liceret, habere constituit; Venetias praeterea Alexandrum fratrem, qui adhuc in Parmensibus erat, Angelum Simonetam et Andream Biragum legatos mittit, qui eadem senatui referrent, quae ipse Pasquali respondisset c. 917 aa 3 et, quamquam confirmandae pacis potestatem dabat, tamen iis' ita praescribit, ut nisi rursus ejus voluntate vel literis vel nuntiis ea in re cognita, ad probandam pacem nequaquam deveniant, sed a Venetorum tamen amicitia simulando, quoad possint, non discedant, quod, cum magno ipsi a se Mediolanensibus reddendae Laudis desiderio tenerentur, non difficile futurum arbitrabatur. Ceterum, Mediolanensibus Venetorumque legato assidue enixeque petentibus, placuit ei inducias dierum viginti indicere quam quidem rem, cum haud mediocri Mediolanensibus ipsis detrimento futuram intelligeret, facile a se impetrari permisit, nam, cum per id temporis frumenti cibariorumque aliorum quidquam Mediolanum importare liceret nemini ac exploratam se Mediolanenses pacem habituros eaque propediem uti posse procul dubio sperarent, eos ferendi cupiditate ac necessitate per autumni tempus compulsos majorem tritici partem, quam proxima aestate perceperant, quamprimum agris consumpturos non dubitabat, quorum exhaustis per hunc modum horreis, non multo post tempore mediolanensem po-

---

3. curarent *invece di* conarentur - vero *esp.* — 4. est *esp.* — 5-6. nam .... diffugerunt *esp.* — 7. vero *esp.* — 8. mortis *esp.* — 10-11. calamitatem lamentari non desinebant — 19. erat *invece di* conscendebat — 21. pecunia *invece di* numismate — 23. rescivit nova est cura pressus, cum — 24. non.... sed *esp.* — 24-26. quod .... videt *esp.* — 29-30. de obtinendis Mediolanensibus dubitandum — 30-31. qui .... dixerat *esp.* — 37. ipsi *esp.* — 39. placuit ei *esp.* - indicere .... rem *esp.* — 40. futuras — 45. quorum *esp.* - tempore *esp.*

pulum ad maximam annonae penuriam calamitatemque deventurum judicabat'. Nec eum sua c. 918
haec fefellit opinio, quod, firmatis pronuntiatisque utrimque induciis, tanto Mediolanenses ferendi studio exarserunt, ut nihil sibi spe futurae pacis praeter paucorum dierum triticum reliqui fecerint. Interim cum duae omnino arces ad Adduam positae in Mediolanensium potestate relinque'rentur, quarum altera tricinum, altera bripiensem, uti demonstratum est, in Mur., 570
eo flumine aditum custodiunt liberumque Venetis transitum ea Mediolanensibus auxilia ferre volentibus praebere eo tempore poterant, statuit Franciscus omni industria atque arte utramque hostibus transeundi facultatem praeripere, nam armis duobus locis uno tempore occupatus, Mediolanensium Venetorumque viribus non diu resistere posse intelligebat. Sed praestare plurimum sibi visum est, rem tricinam, de qua jam cum arcis praefectis agere coeperat, quos haud difficiles invenerat, quam bripiensem providere, cum neque tricinae expugnandae arcis, tum propter loci naturam, tum propter munitionis magnitudinem, facultas, neque tempus aderat, neque etiam cum apertissimos Tricini cis Adduam habent campos, ea transitu Venetorum exercitum prohibere posse videbat; per bripiensem vero ne transeant aditum, facile se armis re'pugnaturum confidebat. His constitutis rebus, dat Franciscus operam per c. 919 aa 4
eos arcis negotium confici, quos cum praefectis colloquendi causam habere cognoverat. Ejus arcis cura Bonifacio, Ricciardo, Roberto et Isopino, germanis fratribus ex villana familia, fuerat a Mediolanensibus tradita, quorum familiaritate Johannes, Stephanus Joffredinusque Marliani fratres per id temporis Meltii agentes plurimum utebantur. Ex quo ita factum est tam ipsorum quam Roberti sanctoseverinatis, quem hac de re eo Franciscus secreto miserat, opera, multis propositis praemiis, ut Mediolanensium Venetorumque copias ea trajicere flumen conantes, dum bello certaretur, praefecti transitu prohibeant; de arcis vero deditione nihil se praestare posse dixerunt, veriti ne quid Mediolanenses gravius in Ricciardum fratrem, qui paene obsidis loco Mediolani distinebatur ac in reliquam familiam propinquosque suos agerent; quam tamen arcem, se, ubi urbe Mediolano potitus fuerit, mox dedituros pollicentur. Legati interim Venetias profecti, senatum ad quaeque Francisci postulata non inexorabilem modo comperiunt, sed ut initam a se cum Mediolanensibus pacem approbent, quotidie magna importunitate requiruntur. Illi' autem qui nihil mandatorum praeterire animo c. 920
proposuerant, oportere se novum a Francisco habere praeceptum idque propediem exspectare respondebant. At senatus, ubi diem se in die ex die duci videt, legatis per quendam cujus ipsi amicitia utebantur, enuntiari jubet, nisi pace probata nequaquam Venetiis esse abituros, quin etiam suspicandum eos brevi in vincula conjiciendos. Qua re credita, Alexander, quanto in periculo versentur, collegis demonstrat, utque incolumes abeant, pacem confirmandam persuadet. Quo facto statim noctu Venetiis discedentes celeri itinere Ferrariam perveniunt moxque de iis, quae egerant, Franciscum certiorem faciunt. Quae ubi intellexit, vehementer indoluit ac peracerbe Alexandro collegisque succensuit, nec minus Pasqualis, quod metu a mandatis excessissent, graviter incusabat; is enim, quamvis nobilis esset venetus suaeque reipublicae legationis munere fungeretur, tamen id quod senatus de pace cum Mediolanensibus egerat 'et quod a Francisco defecerat, semper eum quam graviter incusabat Mur., 571
senatoresque ejus pacis auctores maledictis insequebatur, quin etiam Franciscum, uti in bello persequi persevera'ret, hortabatur, quod ejus 'prudentia atque virtute, Venetis etiam invitis, Mur., 572 c. 921 aa 5
de suscepto bello victoriam consecuturum peraret.

1-2. sua haec *esp.* — 12-13. aut *invece di* neque — 13. neque quod *invece di* neque etiam cum — 15. His .... rebus *esp.* — 16. dat igitur - Franciscus *esp.* — 28. animo *esp.* — 30. se in die *esp.* — 32. suspicandum eos *esp.* — 35. quae egerant *esp.* — 37. nobilis *esp.* — 38. quod *esp.* — 42. de .... bello *esp.*

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER VIGESIMUS

CUM esset de pace Venetiis suis a legatis probata Franciscus certior factus idque, uti demonstratum est, molestissime ferret, rem in consilio communicat; qua diu multumque a plerisque e papiensi gymnasio evocatis in castra viris sane civilis pontificiique juris peritissimis disputata, num jure eam pacem servare obstringeretur, omnium sententia legati graviter errasse accusantur censeturque, si pacis condiciones servare minus Franciscus voluerit, in sua esse potestate, cum illius approbationem et injussu suo et metu legatorum factam plane constaret. Itaque cum totus mente animoque opprimendis subjugandisque Mediolanensibus insisteret, ei visum est, non amplius cum Venetis simulandum, sed aperto bello cum Mediolanensibus contendendum et Venetis, si ferre iis auxilium conarentur, totis viribus obsistendum, quod non difficulter' a se fieri posse intelli- *c. 922* geret, nam, cum unus omnino bripiensis in Addua flumine aditus, ut supra ostendimus, in hostium potestate relinqueretur, facile se illos eo transitu prohibiturum ac per eam hyemem Mediolanenses frumenti inopia in deditionem redacturum confidebat. Dum haec aguntur et dies induciarum praetereunt, et Franciscus Picininus, morbo correptus, Mediolani moritur; eius mortis haec fuit causa, quod, fugientibus singulis fere diebus ex suis equitibus permultis, nam quasi turmatim, ut in superiore commentario docuimus, ad Franciscum confluebant, tanto dolore affectus est, ut in gravem incideret aegrotationem, qua ad hydropem postea incurabilem morbum deveniens, dies paucos supervixit. Quo mortuo, ejus loco jure fraterno successit Jacobus Picininus bracianorumque militum, qui Mediolani erant, communi omnium consensu curam suscepit, ad quam rem etiam a Mediolanensibus confirmatur et suis insuper praeficitur; praestabat enim fratri et corpore et animi virtute plurimum, quod invalido ille et segni esset corpore et animo ignavo, sed ingenio malo pravoque; in hoc autem Franciscus Jacobum anteibat, quod 'ipse in elargiendo liberalis, ille parcus tenaxque habitus. His *c. 923* constitutis rebus, Franciscus bellicis negotiis dies noctesque intendens, rursus omnibus ex partibus Mediolanenses, quantum antea nunquam, lacessendos frequentibusque incursionibus infestandos jubet; dein cum intellexisset Sigismundum venetosque legatos, de quibus supra mentionem fecimus, exercitum, quem plures jam dies in Transadduanis habuerant, hibernandi causa in bergomensem brixianumque agrum distribuisse hiememque subesse videret, optimum

MUR., 571

4. uti .... est *esp.* — 7-8. accusantur censentque peritiores in manibus Francisci esse, an pacem servare velit, cuius approbationem — 9-11. constaret. Itaque statuit aperto — 17. eius, fuit, quod, ex suis *esp.* — 18. quasi *esp.* — 20. Quo mortuo *esp.* — 22-23. suscepit et a Mediolanensibus et ceteris copiis praeficitur — 24-25. in hoc.... ipse *esp.* - ceterum in elargiendo - Iacobus vero *invece di* ille — 25-26. His .... rebus — 28-29. de quibus .... fecimus — 30. brixiensemque

fore judicavit, suum quoque exercitum, ut se a laboribus incommodisque aliquantulum reficeret, in hiberna dimittere. Itaque eas omnes, quas in castris copias habebat, partim per Mur., 572 proxima' Mediolano municipia atque oppida dividit, partim circa Adduae ripam disponit, partim vero in Briantinos mittit, quibus Johannem Sfortiam fratrem praefecit; huic praecipue mandavit, ut omnes per aditum bripiensem Mediolanum ire conantes transitu prohiberet; quod si toto exercitu Sigismundum eo iturum cognoverit, eodem se confestim omnibus copiis subsidio accessurum affirmat; ipse vero e Meleniano, quo se multis ante diebus contulerat, c. 924 discedentibus copiis, Laudem' proficiscitur. Pasqualis legatus, ubi non amplius commorari sibi apud Franciscum licere videt, rursus eum, ut in bello persisteret, hortatus, tanquam is, qui male de Venetis sentiebat (nam neque se continere poterat, quin eos interdum homines diceret fustuario dignos) Venetias regreditur. Nec dum ibi Franciscus moratur, otio indulgebat, nam, cum de alendo per hyemem exercitu cogitaret, comperit a remotioribus locis frumentum comparari oportere; proinde magnam frumenti ceterorumque cibariorum copiam tam ex cremonensi, quam mantuano ferrariensique agro Laudem, qui locus visus est ad eam rem opportunissimus, flumine Pado Adduaque subvehi conferrique studet simulque dat operam, ut nequid eorum, quae ad hominum usum pertinent, non tam ab hostibus quam ab hiis, qui proxime incolebant sibique parebant, Mediolanum importaretur. Quae sint insuper Venetorum consilia in eo bello cognoscere, qui etiam ipsorum belli ducibus ad ferendam Mediolanensibus opem sit animus explorare, summa diligentia curat, nam cum in bellis gerendis adversariorum consilia praescire atque antevertere, non perutile modo, sed necessarium judicaret, maximam c. 925 per omne tempus ei rei operam atque curam adhibebat, neque cum de commodo, de' honore ac plerumque de communi salute certaretur, ulla ad eam rem conficiendam parsimonia utebatur, nec animo conquievit, donec plane intellexit, statuisse Venetos senatusconsulto regionem eam omnem praeter Papiensium agros, ad liberandos frumenti inopia et confinium angustia Mediolanenses, bello infestandam ac e Francisci manibus eripiendam, quae est inter Padum, Adduam atque Ticinum posita, quae, ut supra demonstravimus, icti nuper foederis jure Mediolanensibus ipsis restitui debebat; reliquis vero civitatibus atque oppidis, quibus Franciscus imperaret, nullam injuriam inferendam, nam ubi eum in bello perseverare acceperunt, metuentes ne, ipsis etiam invitis, Mediolanensium imperio potiretur, non omnino ab ejus amicitia discedendum censebant, cum satis honori suo fecisse judicarent, si ea, quae nuper Mediolanensibus promisissent, confectum iri curarent. Ducibus autem Venetorum in concionibus quotidie versantibus, ut quo consilio praesenti Mediolanensium necessitati atque' Mur., 573 periculo subvenire consulereque possent, decerneretur, reperit esse in animo, aut per tricinum, aut bripiensem aditum Adduam transire, quin etiam magnam vim frumenti nullo c. 926 tempore omisso comparandam et in Bergomenses' comportandam jussisse, quod transeuntibus ipsis cum exercitu Mediolanum statim importari posset esseque ad eas res conficiendas non multis post diebus ex hibernis toto exercitu educturos; praeterea quo Venetorum viribus facilius resistat et auxiliorum aliquid Mediolanensibus detrahat, conducere admodum existimavit, pacem et amicitiam cum Ludovico Sabaudianorum duce firmare, quod ea firmata multum ex hostium auctoritate, in ea praesertim Venetorum defectione, diminutum suaeque additum existimationi fore intelligebat, et quas in Taurinensium frontibus copias reliquisset, ad se confestim revocare posse, neque quod ea de pace sibi proposuerat, difficile futurum arbitrabatur, nam Ludovicus post acceptam novariensem cladem neque fugatas denudatasque copias refecerat, neque novum delectum ad instaurandum bellum coëgerat et quamvis Albertus carpensis ad eum profugisset, non tamen necubi armis Francisci fines invadere ausus est, quippe qui suis diffisus viribus de pace magis quam de bello cogitabat, sed ten-

---

2. eas, quas in *esp.* - castris, habebat *esp.* — 3-4. aliquot *invece di* partim vero — 9. rursus eum *esp.* - ut *invece di* tanquam is — 11. Nec dum .... nam *esp.* — 16-17. non tam .... parebant *esp.* — 18. in .... cognoscere *esp.* - belli *esp.* — 21-23. curam adhibuit. Reperiebat autem statuisse Venetos regionem — 27. ipsis *esp.* — 31. confectum iri *esp.* — 34. quin etiam *esp.* — 35. comparare - comportari — 45. necubi armis *esp.*

tare hostis animum, quem bello temere lacessiverat, erubescebat. Haec cum ita essent, Bartholomaeum Vicecomitem Novariensium praesulem et Johannem Angelellum bononiensem praetorem ad eum de pace legatos mittit, qui' cum ad eam rem et Amideum patrem et *c. 927* Ludovicum filium faciles invenissent, sic egerunt, ut pax et amicitia inter eos sit et parti utrique, quod altera in alterius finibus possideret, retinere liceat. Quibus ex conventis factum est, ut oppida complura atque castella, quae in Philippi obitu Sabaudiani in Papiensibus, Alexandrinis atque Novariensibus occuparant, possidentibus ipsis relinquerentur. At Franciscus, etsi non absque magna offensione animi suis ex finibus ditioni alienae quicquam suo consensu adjici patiebatur, tamen ut praesenti bello liberiore animo majoribusque viribus intendere posset, quae legati transegerant, non improbanda putavit, nam saepe dicere solebat, prudentis esse in rerum humanarum casibus aliquid de suo interdum amittere, quod ex usu sit suo et ad conficienda bella, quae cum pluribus gerenda viderentur, non esse imperatori uno tempore cum omnibus contendendum, sed cum alio pacem ineundam, inducias cum alio faciendas et bellum cum tertio gerendum. His omnibus confectis rebus tam, ut quid agerent hostes, facilius cognoscat, quam ut iis locis, quibus Adduam, ut supra ostendimus, transituros arbitrabatur, propinquiòr sit, Càssianum proficiscitur.

Dum haec aguntur, Leonardus' Venerius a Venetis Mediolanum legatus mittitur; is cum *c. 928* nullo itinere eo se tuto conferre posset, ad Franciscum rogatum mittit, ut eius sibi voluntate Mediolanum proficisci liceat; Franciscus, etsi satis animadvertebat illum Mediolanensibus suasurum, ut se libertatemque tue'rentur ac multa magnaque Venetos pro eorum salute MUR., 574 et ad propulsandos hostes propediem subsidia missuros idque rebus suis nonnisi detrimentosum fore intelligebat, tamen haec non multi existimans, ubi res non in legationibus mittendis, sed in viribus consisteret, peragere coeptum legato iter permisit seque ei non ignorare, quid apud Mediolanenses acturus esset, neque vereri tamen sua praesentia diutius mediolanensem populum nutriri posse, ubi frumento non verbis egeat, renuntiari jussit. Per eosdem quoque dies duos in Addua pontes Venetorum duces faciendos constituerunt, alterum sublicium apud Bripium, alterum lintribus apud Tricium (quod eum pontem, quem quondam ibi ingenti mirabilique structura ad Tricium Bernabos Vicecomes aedificarat, a Francisco Carmeniola, fortissimo belli duce, cum arcem oppugnaret, rescissum fuisse constat) aedificiaque insuper, quae extra oppidum sunt, fossa valloque munire coepe'runt. Quibus de *c. 929* rebus cum esset Franciscus certior factus, coepit de praefectorum arcis fide subdubitare et ne ea, quae circa Tricium fieri coepta esset ab hostibus munitio, ubi castra locaturos perspiciebat, perficeretur, celeriter obstandum putavit. Cum autem eas, quas Cassiani habebat cohortes eo mitteret, per praefectorum missos renuntiatum est, ne timeret quae Marciani ad Tricium agerent; inanem eos laborem capere, propterea quod quae pridem ei promisissent, inviolate servare statuerant. Qua quidem re cognita, Franciscus bono animo esse coepit cohortesque statim ex itinere revocare, neque hostes postea in opere persequentes turbari a suis permittere. Inter haec Firmus Landrianus mediolanensis, tricinae alterius minoris arcis praefectus, quae trans Adduam pro ejus pontis tutela, de quo supra diximus, constructa fuerat, ad Franciscum de ipsius arcis traditione clam mittit simulque proponit consuesse singulis fere diebus Sigismundum, cui summa imperii bellique gerendi, uti in superioribus commentariis demonstratum est, commissa fuerat, eo sese conferre ejus curandi operis studio, quod ad pontem et ad suburbia fieri mandaverat, quo una Leonissanus, Collio, Christophorus tolentinas,' Tibertus Brandolinus, Jacobus gotholanus ac Venetorum Mediolanensiumque *c. 930* legati saepe commeare solebant; hos uno tempore arcem ingressos, qua transire oportebat, nullo negotio comprehendi posse demonstrat; verum ad eam rem conficiendam peditum centum opus esse praesidio, quos ad eorum usque illo reditum abditos in arce habere volebat.

---

2. episcopum *invece di* praesulem — 26. quoque *esp.* — 34. coplas *invece di* cohortes - nuntios *invece di* missos - Veneti *invece di* Marciani — 37. copiasque *invece di* cohortesque — 41-42. uti .... est *esp.*

Franciscus, suscepta alacriter eius rei conficiendae cura, centum delegit pedites, quos et fideles et animo et corpore praestantes cognoverat: quibus Marcum Leonem et Johannem Grandem mediolanensem, viros fortes et magnum rei militaris usum habentes, praefecit. His cum id quod se vellet imperator factoros accepissent, ad Firmum per noctem proficiscuntur et in arce, ut erat constitutum, abduntur: ubi cum triduum mansissent ac duces simul, ut solebant, eo rediissent ac eorum nemo arcem ingressus esset praeter Innocentium Cottam ex mediolanensium legatis alterum, visum est eis Innocentium ipsum esse comprehendendum; nam satis erat exploratum propter suspicionem, quam de utriusque arcis praesidibus habebant, nullum ex ducibus ea rursus esse transiturum. Itaque Innocentius capitur et ad Franciscum *c. 931* perducitur:' ex eo multa exquirendo de Mediolanensium condicionibus deque Venetorum MUR., 575 consiliis cognoscit, et praecipue sic reperiebat, gravius in dies Mediolani frumenti penuria crescente Sigismundum intra dies paucos exercitum omnem jussisse ad Adduae ripam convenire, moxque deinde ponte, quem ad Bripium Veneti aedificarant, in Mediolanensium fines trajicere ac sese cum iis copiis, quae Mediolani erant, adjungere constituisse et ob eam causam Innocentium ipsum communi civitatis suae consilio ad Sigismundum fuisse transmissum. Erat autem Innocentius Cotta eo tempore et apud Mediolanenses et apud Venetos magnae auctoritatis, tum quod ingenio erat callido et pro tuenda conservandaque libertate adeo graves fecerat sumptus, ut aes magnum exinde alienum conflasset, tum quod nullis, non tam diurnis quam nocturnis laboribus parceret nullumque periculum pertimesceret, tum etiam quod praeter ceteros Mediolanenses Francisco ejusque nomini atque conjugi acerrimum semper inimicum se per omnem contumeliam ostendisset, quod Bracianos pecunia, ope, opera, quantum pro facultate poterat, juvisset, quod parti venetae modestiore quodam modo favere *c. 932* non cessasset, nam Medio'lanenses suapte natura, uti praediximus, venetum nomen semper odere; quibus in conficiendis rebus Ambrosium Triultium socium adjutoremque habuit. His cognitis, Franciscus eum laudensem in arcem custodiendum misit et quoniam unum omnino Sancti Columbani oppidum, quod est inter Papiensium Laudensiumque fines positum, in Mediolanensium potestate ea in regione relinquebatur, cujus oppidi arx, quae munitissima est, non multo ante tempore Innocentii ipsius curae commissa fuerat, non putavit Franciscus oblatam recipiendi oppidi occasionem ad multos dies retardandam. Scripsit igitur Cicho Simonetae, quem Laude non tam rem frumentariam ac cetera omnia, quae usui erant, curaturum, quam ejus urbis saluti provisurum, reliquerat, ut Innocentio enuntiaret, nisi statim arcem traderet, eo supplicio in fratris conspectu necaretur, quo latrones necari solent; servabatur enim arx a Lucio Cotta ejus fratre, quem illius curae praefecerat. Quibus verbis perterritus Innocentius fratri persuasit, ut nulla cunctatione pro suae salutis commodo arcem Francisco traderet; Lucius fraternae vitae periculo permotus arcem dedidit. Per hunc mo- *c. 933 bb 1* dum Franciscus et arce et oppido uno tempore' nulloque negotio potitus est; cum autem quae ex Innocentii sermone de hostium consiliis Franciscus intellexerat et a plerisque aliis confirmarentur, statuit, nulla cunctatione interposita, reliquas copias, quas ex hibernis nondum eduxerat, quam propius posset, et apud se et apud Bripium cogere; itaque partim in Briantinos proficisci, partim in vicos Cassiano proximos convenire jubet; quae, ut iussae sunt, alacriter faciunt. Nam etsi sub ipso hyemis tempore magnis continuisque frigoribus omnes afficiebantur, tamen ad gerendum cum Venetis bellum pro tam insigni paulo ante illata suo imperatori injuria nemo erat, qui non eo prompte atque alacriter proficisceretur ac frigoris incommoda, pecuniae indigentiam famemque facile toleraret, non laborem quantumvis gra- MUR., 576 vem fortiter sustineret, cum' se praesertim pro sui ducis dignitate atque gloria pugnaturos non ignorarent, quem non secus atque vitam ipsam et colerent et observarent; jussit eos tamen milites in hibernis permanere, quos in castella atque oppida Mediolano propinqua

1. suscepta .... cura *esp.* — 4. cum .... accepissent *esp.* — 10. de Mediolanensibus deque — 11. et .... reperiebat *esp.* — 13. eo *invece di* deinde — 15. fuisse *esp.* - missum *invece di* transmissum — 18. exinde *esp.* — 29. ad multos dies *esp.* — 33. quem .... praefecerat *esp.* — 37. Franciscus *esp.* — 40-41. quae .... faciunt *esp.*

distribuerat, qui Mediolanenses quotidie infestarent ac ne extra urbem vagarentur et ne quicquam earum rerum importaretur, quibus eos prohibere possent, propemodum curarent; deinde speculatores delegit certos, a quibus varias in partes dimissis' de iis, quae hostes [c. 934] agerent, fiebat quotidie certior; nam et inter ipsos hostes eos habebat exploratores, quos nihil eorum fere consiliorum latebat. Nec multis post diebus ad vigesimam circiter diei horam renuntiatum est ei frequenter hostes omnibus copiis Bripium versus maturare. Qua re cognita, Franciscus, accersitis quamprimum iis copiis omnibus, quae sibi proximae erant, cohortibus rebusque opportune ad profectionem paratis, de secunda noctis hora, quae nox erat natalis Christi Domini, e Cassiano movet totamque eam noctem ivit, nam neque prius ab itinere destitit, quam prima luce ad Calcum Montem pervenit, qui mons mille et quingentos circiter passus distat ab eo ponte, quem in Addua ad Bripium, uti demonstratum est, hostes confecerant, quo in loco Johannes frater et Vintimilianus cum reliquo exercitu in armis exspectabant: e regione vero montis hujus mons est alter multo editior, quem Santae Agnetis Montem appellant, propterea quod in ejus vertice constructum sit templum suo nomini dicatum; is ad Adduam pertinet et ab ipso ponte passibus mille non longius abest; hi montes quandam inter sese convallem efficiunt, quae a flumine initium facit, qua recta Mediolanum itur. Ex itinere autem cum summum montis jugum crebris magnisque ignibus collucere prospice'retur, percontanti Francisco quaenam esset causa, quae tantos ignes excitaret, re- [c. 935 bb 2] sponsum est, fieri ab iis, quos Johannes ad muniendum custodiendumque montem misisset. Quo responso levatus, quo tenebatur metu, jucundo ac forti in hostes animo proficiscitur; pertimuerat enim, ne ab hostibus, capto monte, ignes suscitarentur. Sed admodum brevis fuit usura falsi gaudii, nam ubi Calcum venit, comperit montem non a suis, sed ab hostibus nocte eadem occupatum teneri; pedites tam qui ad radicem aditumque, qui ad Adduam pertinet, quam qui dorsum montis a Johanne custoditum defensumque missi fuerant, partim captos, partim fugatos ex improviso fuisse omnemque Venetorum peditatum, cui praeerat Matthaeus e Sancto Angelo ad Vadum natus patria, flumen transisse et in summo montis fastigio constitisse. Quare non minus universus exercitus, quam Franciscus ipse attoniti gravissima afficiuntur solicitudine perturbanturque illico omnium animi; accedebat ad id etiam, quod sole exorto totus mons multitudine hostium compleri et in eorum conspectu teneri cerneretur: accusabat Franciscus peracerbe praefectorum in providendo negligentiam, accusabat quamgraviter militum in repugnando incon'stantiam atque ignaviam, querebatur deinde [c. 936] quod, ubi ante exploratam sibi de Mediolanensibus victoriam proposuerat, nunc se perancipiti belli eventu decertaturum videbat, quod eo res erat ob montis amissionem' adducta, ut in [Mur., 577] maximo esset periculo posita, propterea quod is mons editissimus est ascensuque difficilis collesque habet plures, qui multas in partes in Briantinos vergunt; unde et infestare regionis homines, cum vicos locis patentibus cohabitent et depopulari eorum agros facile hostes poterant, seque cum Mediolanensium copiis non multo labore conjungere. Quibus ex rebus animadvertebat non diu regionem in fide contineri posse, quae cum solicitantibus undique hostibus deficeret, ei necesse erat iis omnino locis excedere omnemque Briantinorum oram in hostium potestate relinquere; sed tamen omnia prius experiri ac perpeti volebat, quam ad eiusmodi capienda consilia devenire, quae in extremo salutis periculo capi solebant; proinde milites exhortatus ut bono sint animo, statuit temptare fortunam, quamvis difficile omnibus videbatur, si hostes qui montem tenebant, exinde depellere posset. Itaque Robertum sanctoseverinatem et Honofrium Rufaldum senensem cum sex cohortibus ac peditatus parte eo celeriter proficisci' jubet et, quid fieri velit ostendit. Interim renuntiatum est hostes, qui jam [c. 937 bb 3]

---

7. copiis, sibi *esp.* — 8. copiis *invece di* cohortibus — 9. Christi, ivit, nam *esp.* - non *invece di* neque — 14. Montem *esp.* — 14-15. propterea.... dicatum *esp.* — 18. quaenam esset *esp.* - causam — 20. quo tenebatur *esp.* — 26. ad Vadum.... patria *esp.* — 27-28. attoniti, afficiuntur *esp.* — 28. perturbantur - illico.... animi *esp.* — 31. deinde *esp.* — 40-43. perpeti volens, milites exhortatus, statuit tentare fortunam, si hostes, qui montem tenebant, depellere — 44. turmis *invece di* cohortibus

toto exercitu ad pontem convenerant, flumen transire coepisse simulque eodem tempore, qui sub monte erant, magnis clamoribus in vallem descendere aspiciebantur. Haec cum ita essent, Franciscus eos confestim equites atque pedites delegit, quibus tantummodo curae laborique foret, ita hostes e monte venientes reprimere, ut non modo in planicie consistere, sed ne pedem firmare aut fines attingere possent; deinde partem equitatus adversus eos, qui flumen transierant, immisit; animadvertebat enim aperte hostibus esse in animo iis sese, qui montem tenebant, adjungere et inter planiciem montisque radices iter facere atque hoc modo auxilia, quae e Mediolano exspectabant, sibi adsciscere. At ubi ab equitatu nostro eo ventum est, mox proelium committitur pugnaturque fortiter utrimque; verum hostes, qui pontem transierant, cum nostrorum impetum diu ferre non possent, terga vertere coguntur atque praecipites in fossas arcis flumenque repelluntur, quibus arx magno fuit adjumento; nam permulti in nostrorum manibus remansissent, ni e muro telorum multitudine frequentibusque *c. 938* bombardarum ictibus de'fensi fuissent, quod propter aditus angustiam cuncti unum in locum ita se contulerant atque glomeraverant, ut alter alteri impedimento esset; qui vero e monte descenderant, itidem repulsi ac unde digressi fuerant, redire coacti sunt. Robertus imperata faciens, longo circuitu arduoque tandem ascensu montem superat parteque jugi paene sero repugnantibus hostibus vi potitur; quo successu eos, qui reliquam dorsi partem tenebant, lacessere urgereque coepit. Hi ubi vident in montis planicie equitum furori resistere non posse, in culmen montis, quod est reliquis partibus eminentius, cursu sese recipiunt, quo in loco, ut docuimus, situm est Agnetis templum, ubi pro tempore satis se munierant; hos nostri ad muros insequentes loci iniquitate expugnationi insistere non possunt, quod tum hastis cominus, tum eminus lapidibus atque jaculis de superiore loco a tanto peditum numero conjectis adeo MUR., 578 conficiebantur, ut necessario pedem referre et paulo longius abi're cogerentur. Pugnatum est in hunc modum horas circiter duas, sed defessis denique omnibus, Robertus, occisis ex suis quibusdam ac magna militum equorumque parte multis vulneribus confecta, proelium diremit *c. 939 bb 4* atque, insequentibus nullis, ad multam noctem' in castra revertitur; postero autem die itidem et ad pontem et ad montis radices hostibus ad Mediolanenses transire conantibus, nostris ne transeant prohibentibus, pugna crebro conserta est; ex quo plures jam noctes atque dies utrique exercitus magno cum incommodo eo praesertim tempore in armis semper et in acie fuerunt.

Dum haec geruntur, die iam consumpto, multis ad Franciscum nuntiis perfertur Jacobum Picininum totis Mediolanensium copiis magnoque insuper pilulariorum numero sibi addito Moguntia exisse, quo paucis ante diebus accesserat, et Briantinorum jam fines attigisse eo consilio, ut postridie ante lucem hostibus, qui in monte consederant, sese adjungeret ab ea parte, quae ad occidentem vergit et a Calco longius abest. Ducebat autem Picininus, ut postea cognitum est, equites ad quatuor millia, pedites totidem. Facto crepusculo, ignium significatione, quae de illius adventu renuntiata fuerant, confirmantur, quod jam Montem Veterem, qui a tergo quinque passuum millia a Calco distat, Rogerius Gallus cum peditatus parte occupaverat multosque ignes ad ostentationem excitaverat. Picininus cum equitatu ac reliquo peditatu in vico, qui Casale dicitur, reficiendi paulisper exercitus causa *c. 940* restiterat'. Quas ob res Franciscus convocato confestim concilio, quae de hostibus e Mediolano adventantibus intellexerat, coram ostendit proponitque subinde non esse exspectandum, ut tantae simul copiae conjungantur, neque, ut dies veniat, supersedendum, sed maturae rei magnitudini futuroque periculo providendum et quod consilium sit capiendum ex aliis singillatim quaerit. Quibus dictis Vintimilianus ante alios censet cum parte exercitus per noctis

---

2-3. Haec .... essent *esp.* — 3. eos confestim *esp.* — 8-9. At .... verum *esp.* — 18. resisti non — 19. se recipiunt — 24. denique *esp.* — 26. autem *esp.* — 31. interea *invece di* Dum .... consumpto — 33. Modoetia *invece di* Moguntia — 34. erant *invece di* consederant - sese *invece di* se — 35. autem *esp.* — 36. ut.... est *esp.* — 41. Quas ob res *esp.* — 41-42. de.... adventantibus *esp.* — 42. coram, subinde *esp.* — 43-45. sed.... dictis *esp.*

silentia esse adversus Picininum celeriter eundum et nulla cunctatione aggrediendum. Ad quam rem conficiendam seque ducem cum regionis itinera non ignoret et imperatorem atque militem, cum certissimam exinde victoriam reportare non dubitet, alacri animo pollicetur et Francisco cum reliquo exercitu iisdem locis, ubi castra essent, consistendum, ut si hostes transire conarentur, eos transitu prohiberet. Hanc cum non multo sermone sententiam ceteri comprobassent, Franciscus, qui ab eorum judicio maxime dissentiebat, novissimus inquit se longe alio esse consilio, quia non parte sumpta, sed integro exercitu in Picininum videbatur necessario contendendum et magnum in hostes impetum faciendum. Quo facto ex rebus duabus alteram futuram, tam arbitrari quam affirmare posse audebat, aut ' se hostes profli- c. 941 bb 5 gaturos, si exspectandi decertandique fortunam sibi elegerint, aut, si minus ita fugaturum, ut ne ad multos quidem dies tanto numero unum in locum colligi possent. Qua re confecta, majore omnium auctoritate majoreque militum animo atque viribus eodem redire, et hostes, si flumen interim transissent, adoriri posse demonstrat; quod si duas in partes exercitus dividerentur, non ita tuto tam propinquis hostibus, quemadmodum Vintimilianus consuluerat, fieri posse existimabat, propterea quod utramque et ad invadendum Picininum, et ad resistendum iis, qui in mon'te et trans flumen essent, propter copiarum paucitatem longe viribus MUR., 579 imparem judicabat atque ex eo non modo fortunas suas omnes, sed omnem omnium salutem summum in discrimen facile duci posse intelligebat; haec cum non minus prudenter quam fortiter proposuisset, mutato consilio, ejus sententiam non solum Vintimilianus multa oratione confirmavit, sed omnes, qui aderant, optimam omnium judicarunt. De tertia igitur noctis hora Franciscus, instructo exercitu, collocatis mediam inter aciem impedimentis ac relictis, uti superioribus noctibus fieri consueverat, quaque in statione ignibus accensis, ne ipsi hostibus, qui in utrisque montibus erant, discessisse viderentur, ' in hostem magno omnium silentio c. 942 celeriter ire contendit et quoniam ingenti frigore euntes turbabantur, praesertim cum luna sereno coelo lumen affatim daret, ignes a pedestribus copiis passim accendebantur, jussit accensos statim extingui et nullum de integro fieri, ne ignibus a montibus prospectis, quorum alter ad dexteram a Matthaeo, alter ad laevam a Rogerio occupati relinquebantur, Picininus de ejus adventu quicquam praesentiret. Cum autem totam fere noctem iter fecisset et aurora jam apparere coepisset et non longius passibus trecentis, ubi erat Picininus, abesset, captis ad seque productis excubiis, hostes celeri cursu invadit; magno sublato clamore, aedificiis incensis, a nostris passim capiuntur, castra diripiuntur. Quo in proelio Franciscus primos inter pugnantes versans bis a suis derelictus est; faciebant enim nocturnae tenebrae ut, ommissa ignominiae nota, equites nostri, subsistentibus ac repugnantibus interdum hostibus, terga verterent; qui cum ab eo nominatim fere omnes appellarentur graviterque increparentur, pudore adducti in hostes vehementiore animo redibant. At Picininus, qui in postremo castrorum loco omnem suum equitatum locaverat, veritus id, quod accidit, exorto tumultu, nulla mora sese suosque fugae mandavit et citato ' cursu Moguntiam refugit. Nostri, capto c. 943 dissipatoque peditatu ac equitatu, qui sub divi Ambrosii vexillo pro Mediolanensibus merere dicebantur, Bracianos ad ipsum usque oppidum persecuti ex iis multos interceperunt. Reverso multo jam die a fugientium insecutione equitatu, Franciscus, ut constituerat, unde discesserat, regrediens, apud Veterem Montem castra facit; quem montem, ut supra ostendimus, pridie ejus diei Rogerius occupaverat seque, calamitate ac fuga suorum cognita, cum mille circiter peditibus ad Matthaeum receperat. Dum haec geruntur, Sigismundus, metu profugisse Franciscum existimans, mane exercitum in Briantinos traducit et in Calco Monte

---

1-2. et nulla.... conficiendam *esp.* — 2. sese *invece di* seque — 3. alacri animo *esp.* — 6-8. Franciscus non parte, sed toto exercitu in Picininum contendendum — 8. faciendum censet. Quo — 9. tam.... audebat *esp.* — 9-10. profligaturum — 10. si minus *esp.* — 12. omnium *esp.* — 18. facile, posse *esp.* — 18-19. non.... fortiter *esp.* — 21. Franciscus *esp.* — 23. omnium *esp.* — 24-25. et quoniam ignes a pedestribus copiis passim ob ingentem vim frigoris accendebantur — 29. a Picinino *invece di* ubi erat Picininus — 31. multis captis *invece di* a.... capiuntur — 32. versans *esp.* — 33. ommissa.... nota *esp.* — 37. Modoetiam *invece di* Moguntiam

ibidem castra firmari jubet, nam, priusquam longius progrederetur, Picininum sibi adjungere volebat; turrim deinde quandam adortus, quam Johannes Calcus mediolanensis in Francisci fide tenebat, expugnare innititur. At ubi profligatum fugatumque Picininum et Franciscum in se victore exercitu redeuntem intellexit, non tam acerbo dolore concussus, quam maximo timore perculsus, continuo incensis aedificiis, copias trans flumen reverti et Matthaeum Rogeriumque montem servare mandavit. Sed ibi cum esset Franciscus, complures ex Adduana, Nava, Ripensi, Canali et Isaacha familia, quae principatum omnes in Briantinis Mur., 550 c. 944 obtinent' et Francisci ob' egregiam eorum fidem observantissimi habebantur, ad eum veniunt rogatum auxilium, quod adeo ab hostibus de monte descendentibus non tam diurno tempore quam nocturno vexabantur, ut nisi ocius subleventur, depopulatis agris, nihil sibi foret reliqui; accedebat ad id etiam, quod alterum in Adduam pontem, multis junctis naviculis, ad Olginatum vicum magna celeritate confecerant, quare majore hostium numero pluribus ex locis premi atque exagitari in reliquos dies exspectabant. Quorum adductus oratione Franciscus, protinus Sanctoseverinates municipibus subsidio mittit Barrhumque Montem, qui altissimus Ripensibus impendet, eodem tempore firmo peditum praesidio munit: in proximo autem die, quo beatorum Innocentium solemnitas agebatur, Calcum regreditur et ne frigoribus in reliquum tempus exercitus labefactaretur, in proximos vicos cohortes distribuit; deinde cogitanti sibi assidue, quibus viribus quibusve artibus hostes e monte depellere possit, occurrit in mentem, unam esse omnino viam, qua in praesentia, id quod tantopere expetebat, assequi poterat; hostium in monte considentium millium circiter quatuor erat numerus, hi eo solo commeatu nutriebantur, qui a Sigismundo ex die in diem subministrabatur et jumentis summa cum c. 945 difficultate importabatur et tan'to hominum numero vix suppetebat, ex quo si biduo aut triduo commeatu intercluderentur, montem necessario deserturos intelligebat. Itaque visum est in primis arcem, quam vulgo Aryonis appellant, expugnandam: hanc enim hostes, defendentibus nullis, cum ad montis radicem et ab Addua non longe posita sit, eadem nocte coeperant, qua aperto deinde itinere montem occupaverant eamque valido munitam praesidio diligentissime servabant; huc loci montem ab ea parte petentibus necesse erat pervenire, iis praesertim, qui ab Olginato et Bripio veniebant. Hanc exercitus partem Franciscus expugnandum mittit et, cum a mane summo usque ad meridiem in hostium conspectu fortiter ac obstinate sui oppugnassent, tandem expugnarunt, defensoribusque captis omnibus, magnum fossorum numerum, qui eo muniendae arcis causa paulo ante venerant, abduxerunt. Ea arce recepta praesidioque imposito, hostes aditu intercluduntur ac omni ex parte commeatu, qui in monte sunt, prohibentur; qui ubi se, quae habebant, cibaria deficere vident et a suis minus submitti posse intelligunt, desperata re, montem deserere constituunt; Rogerium, ut venetos adeat c. 946 legatos, multis pollicitationibus' Matthaeus hortatur; sed alio ille usus consilio, noctu cum iis omnibus, quos e Mediolano secum duxerat, ad Franciscum transfugit. Matthaeus, insperatam Rogerii fugam aegre ferens, monte destituto, per Olginati pontem, qui a Francisci stationibus quinque amplius passuum millibus aberat, ad Venetorum castra regreditur pontemque, ne in hostium manus deveniat, mox rescindi jubet. Horum fuga cum ad ipsas kalendas januarias fieri contigisset, quo die circumcisionis dominicae dies celebratur, totas exercitus immenso gaudio atque laetitia repletur, propterea quod quanto graviore dolore montis amissio' Mur., 551 omnes affecerat, tanto majorem omnibus illius recuperatio voluptatem attulerat; videbatur enim omnibus, eo monte recepto, pulsis trans flumen hostibus fugatoque uno fere tempore Picinino, jam victoriam, quam superioribus diebus prope desperaverant, deesse non posse. Franciscus pro more suo de his rebus secunde gestis Deo Maximo gratias agit, dein sacrificio

1. ibidem *esp.* — 6. Interim *invece di* Sed.... Franciscus — 16. *già* in Calcum — 17. copias *invece di* cohortes — 18. sibi *esp.* — 18-19. in mentem *esp.* — 22-23. biduo aut, commeatu *esp.* — 25. *propriamente* quam — 26. munitam *esp.* — 28. Ad hanc.... expugnandam — 29. usque *posposto a* meridiem - sui *esp.* — 39. ipsas — 40. fieri *esp.* - quo.... celebratur *esp.* — 45-p. 325 l. 1. pro more.... celebrato *esp.*

Eucharistiae celebrato, Rogerium ad se vocat et non tam verbis quam re humaniter suscipit, quod non modo in praesentia hominem de se praesertim benemeritum pecunia donavit, sed suo etiam in reliquum tempus militiae stipendio ejus fide ac virtute' digno adjunxit. Mediolanenses c. 947 praeterea, quos ad quingentos numero Rogerius ipse circa se famelicos habebat, largiter pascendos et singulos aureo nummo singulo donandos mandavit Mediolanumque uti sine ulla injuria redeant, permisit; nec minus cum reliquis egit, qui in ea pugna intercepti adhuc penes milites redemptionis causa in vinculis retinebantur; id hac potissimum egit de causa, ut non a se despici Mediolanenses, uti a nonnullis in vulgus disseminabatur, sed unice diligi viderentur. Quod non secus quam putarat evenit, nam posteaquam populares in urbem reverterunt, multa de Francisci clementia, de mansuetudine, de liberalitate deque praecipuo in mediolanensem populum studio atque gratia certatim praedicare coeperunt et, quamvis graviter a praesidibus civitatis increparentur perterrerenturque, tamen non destiterunt, quin ejus viri laudes ubique per urbem referrent atque illum magnis virtutibus praeditum extollerent. Postridie autem complures Briantinorum primores de felici ex hostes parta victoria ad eum veniunt gratulatum simulque pro ejus commodo fortunas liberosque suos ac sese amplissime ei pollicentur. His rebus gestis, ne autem' hostibus continenter in vallem irrumpentibus c. 948 exercitus quotidiano labore defatigaretur, neve diurna ac poene frequenti ad arma conclamatione milites ad se armandos negligentiores et ad occurrendum, ubi opus esset, tardiores in dies efficerentur, conclamabatur enim non tam diu quam noctu crebrius ad arma, statuit Franciscus hostibus citra arcem progrediendi potestatem per hunc modum adimere. Collis est quidam, qui non longius ab ea arce quam passibus quadringentis abest et a Calco Monte mille amplius ad flumen usque continetur, tumulos quinque terrenos habens pari fere inter sese spatio distantes; in his singulis singula cespitibus ac fascibus castella aedificat, interjacentia vero spatia aggere fossaque percludit. Eo opere perfecto, quod ad diem octavum, posteaquam fieri coeptum est, non sine magna difficultate atque contentione perfecerat (nam ei magna erat operariorum inopia et, hostibus nostros opere prohibere conantibus, atrocia quotidie proelia committebantur) castellis peditum delectorum praesidia imponit; reliquae autem munitioni armatos equitum ordines ad nocturnas vigilias agendas attribuit, qui impetum hostium, si vi transire conarentur, sustinerent. In his autem pugnis' multi utrimque c. 949 ceciderunt, plures vero aut pilulis aut sagittis vulnerati sunt, inter quos Roberto, etsi non lethaliter, graviter tamen brachium sagitta transfixum est. Post haec hostes non modo pugnandi potestatem non faciebant, sed ne paulum quidem praeter arcem prodire audebant; ex quo, ubi nostri' cominus certare nequeunt, hostes, ad ulteriorem fluminis ripam aliquando Mur., 582 in acie consistentes, pilularum tormentorumque ictibus ita cedere coeperunt, ut perpauci e regione juxta flumen simul esse auderent. Quo tempore accidit quod, cum Sigismundus ducesque exercitus armati in concilio non longe a pontis ingressu de rebus bellicis agerent, Jacobus gotholanus, qui superiore aestate apud Franciscum in exercitu fuerat, pilula ferrea, aenea colubrina emissa, trajectus statim equo exanimis concidit.

Haec cum ita per dies plures agerentur, hostes pro Francisci sententia distinebantur; Mediolani frumenti penuria majorem in modum in dies crescebat. Quod cum Johannes Melcius et Petrus Ozinus, mediolanenses legati, animadverterent, quod quotidie literis nuntiisque a Mediolanensibus edocebantur admonebanturque uti auxilia celeriter mitterentur, frumentum importaretur, Sigismundum venetosque legatos orare obtestarique non desinunt, quo Mediolanensium' rebus, quae in summo erant discrimine, maturius consulant et quia eo c. 950 quod coepissent, iter facere prohibentibus hostibus, nihil proficere posse videbant, aliud Mediolanensibus ferendi auxilii consilium capiendum, aliam belli gerendi rationem habendam

---

1\. ad.... et *esp.* — 1-2. suscipit namque pecunia — 2-3. sed.... suo *esp.* — 3. et in — 13. viri, atque.... praeditum *esp.* — 13-14. et extollerent — 14. autem, de... victoria *esp.* — 15-16. amplissime *esp.* — 16. His.... gestis *esp.* — 21. est.... longius *esp.* - quam *esp.* — 44. quae, erant *esp.*

proponunt. Idcirco, convocato concilio, quaerit Sigismundus ad ea, quae legati mediolanenses postulabant ut suam quisque sententiam diceret. Collio, qui, cum bergomensis patria oriundus esset, multas non tam in Bergomensibus quam in finitimis civitatibus cognationes clientelasque habebat isque montanas regiones probe cognoverat, proponit esse per loca superiora iter faciendum et, Lario lacu superato, in Briantinorum fines trajiciendum; id non multo labore, urbe Como in Mediolanensium fide persistente, fieri posse ostendit; idque negotii sibi dari summopere expetit; ejus consilium a cunctis probatur; huic proinde pedestris exercitus cum parvo equitatu traditur. Is, acceptis copiis, per Sancti Martini vallem perque Leucensium fines die tertio in Vallem Saxinam pervenit, quae loca in Venetorum erant potestate; deinde in ulteriorem Larii ripam descendit moxque Mandellum, Bellanum et cetera castella, quae c. 951 circa eum lacum sunt, dedentibus sese incolis, nullo negotio occupat; Johannem' Nucium Comi residentem et classem, quae ibidem fuerat instructa, sibi adjungit; Picinino praeterea, ut Comum proficiscatur, persuadet. Franciscus, iis cognitis, Johannem fratrem cum cohortibus quinque peditatusque parte in citeriorem lacus ripam mittit, Bellasii montis dorsum, quod earum partium pro arce habetur, cohortium duarum praesidio munit, quibus Ruffaldus praeficitur; interea septem ex Picinini equitum praefectis, qui ex primoribus erant, ad Franciscum secreto nuntios mittunt, qui non modo se ei atque suos dedituros pollicerentur, sed reliquos etiam Picinini equites, auxilio ejus adiutos, ubi facultas affuerit, invasuros et ad internicionem omnes dissipaturos affirmarent; hujus rei conficiendae Luchinum Palmerium, Conticinum Mur., 583 carpensem et Gerardinum Tertium,' conspirationis ejus principes curam suscepisse; idque fieri posse ostenderent eo die, quo ipsi cum ceteris bracianis copiis e Moguntia Comum proficiscerentur, quo non multis ante diebus Picininus a Collione accersitus cum paucis accesserat; de die autem, de itinere deque auxilio, quod ab eo mitti oporteret, se illum certiorem facturos dicerent. Haec cum Franciscus intellexisset, se praefectorum et postulatis integre c. 952 satisfacturum et auxilium missurum nuntiis' respondit; nec multis post diebus de media fere nocte fit a praefectis certior, se Picinini jussu omnibus copiis die postero Comum profecturos et, quamvis Luchinus abesset, quem propter suspicionem ad se Picininus evocaverat, rem nihilo secius, ut erat ante decreta, conficere sibi esse in animo et rogare idcirco, ut octo solummodo cohortes mitteret, quae medio in itinere in occulto dispositae, ubi opus sit facto, praesto adsint. Quibus perspectis, Franciscus statim Salernitano, cui jam res omnis esset nota, quid fieri velit ostendit, simulque Vintimilianum, qui Canturii considebat, edocet, ubi opus esset, Salernitano subsidio sit. Salernitanus, imperata faciens, ad constitutum locum pervenit et cum deinde acie instructa Picinini equitatum Comum versus ire properantem intueretur, continuo ad Conticinum Gerardinumque mittit, qui de suo adventu et negotium, si perficere vellent, secreto nuntiaret; hi, seu quod facti poenituisset, seu quod ob Luchini absentiam ad rem aggrediendam defecissent animo, nuntium comprehendunt; quid ille retulerat, se ignorare dicunt et, licet laqueo suspendendum pronunciabant, revinctum tamen ducendum jubent. Saternitanus interim, Francisci imperia faciens, in acie milites magno' c. 953 silentio continebat et, quid acturus esset, a praefectis certior fieri exspectabat; verum, ubi hostes certo agmine iter maturare neque de negotio sibi quicquam renuntiari videt, omnem rei conficiendae spem amittit; ex quo nulla pugnandi copia aut impetu facto et cum praesertim multo esset numero hostibus inferior, in castra redire statuit. At Robertus Ursinus, juvenis animo et corpore acer et manu promptus, proeliandi occasione allectus, non potuit se amplius continere, quin paucis cum equitibus novissimum hostium agmen lacessere et, paulatim crescentibus nostris consertas inter acies manus conserere inciperet: ejus impetu hostes

---

2. ut suam cuiusque *invece di* quisque diceret *esp.* - qui cum *esp.* — 2-3. oriundus esset *esp.* — 4. habens montanosque - callens *invece di* cognoverat - esse *esp.* — 11. eum *esp.* — 13-14. turmis *invece di* cohortibus — 15. turmarum *invece di* cohortium — 18. auxilio.... adiutos *esp.* — 28. idcirco *esp.* — 29. turmas *invece di* cohortes — 30. Quibus perspectis *esp.* — 32. imperata faciens *esp.* — 34-35. qui.... nuntiaret *esp.* — 38. Francisci imperio in acie — 41-42. ex.... praesertim *esp.* *tranne* et — 44. amplius *esp.*

mirum in modum perturbantur, nec repugnant, sed celeriter ire contendunt; quod cum reliqui sfortiani milites viderent, data pugnandi potestate, magno in eos clamore sublato, advolant impetumque a latere dextero faciunt idemque a fronte Vintimilianus facit. Quo impetu hostes funduntur magnusque eorum numerus capitur; reliqui Comum fugere coeperunt, quorum etiam magna pars, cum nostri eos cupidius insequerentur, intercepta est. At cum prope parta ac explorata victoria esset, fortuna contrario eventu mutatur: nostri, quos jam ceperant ab iisdem, redditis sibi animis reassumptisque armis, capiuntur. Id ea accidit de causa, quod' Salernitanus, cum propter nostrorum paucitatem, tum etiam propter repentinam hostium *c. 954* fugam, nullum certum sibi praesidium fecerat neque, si voluisset, in sua erat potestate, cum omnes praedae cupiditate ducti injussu ejus in hostes provolassent et dum alii praeda onusti manent et quid de spoliis captivisque sibi' agendum sit, deliberant, dum alii Canturium MUR., 584 et in proxima municipia divertunt dumque alii non eo contenti quod adepti essent, amissis habenis fugientes insectantur, duae hostium cohortes, quae impedimentis fuerant praesidio destinatae, a tergo supervenerunt nostrosque palantes atque impeditos ita adortae sunt, ut ab equitibus iisdem, qui equis gladiisque ereptis, pedes adhuc thorace armati fide, ut moris est, inter equites de captivitate data retinebantur, equos sive suos sive alienos extemplo conscendentibus comprehenderentur et victores a victis captivis armis equisque exuerentur, nam plures erant victi quam victores; multo major erat captivorum quam possidentium numerus; decem ad summum erant nostrorum ordines, Bracianorum vero duo et viginti. Ex quo Vintimilianus, desperatis omnino rebus, Canturium cum paucis se recepit; Salernitanus in propinquiora municipia confugit. Haec dum a tergo adverso proelio, a fronte quoque in secundiore' geruntur; Picininus enim, qui, ut demonstravimus, Comi erat, ubi a *c. 955 cc 2* fugientibus suis ea, quae acciderant, cognoscit, continuo occurrens, quot ex nostris in itinere aut suos insequentibus, aut cum praeda redeuntibus offeruntur, intercepit Comumque perduci jubet. Hac victoria elati Mediolanensium animi, universa quae in Mediolanensibus municipia atque oppida Franciscus obtinebat, literis nuntiisque, de reditu in civitatis fidem multis pollicitationibus solicitant minisque terrent, propterea quod Franciscum, eo detrimento accepto, et a bello discessurum existimabant et Venetos propediem Adduam transituros non dubitabant, quorum auxilio mox tot aerumnis calamitatibusque sublevari liberarique posse arbitrabantur. Hi, ubi ab incolis minus exaudiri vident, majorem in modum Venetorum auxilia implorare, celerem exercitus adventum dies noctesque orare, instare imminentissimum quoque civitatis periculum multis argumentis Venetorum ducibus demonstrare. Quae res ex multis interceptis quotidie literis facile intelligebatur. At Franciscus non eo incommodo territus, loco minime discedit, quin immo persequi acrius in bello persistens summam adhibet curam, ne Bracianis se Collio adjungat, neve frumentum Mediola'num importetur, cujus rei *c. 956* inopia durius mediolanensem populum laborare intelligebat. Quibus ex rebus Johannem fratrem, quem, ut ostendimus, ad Larii ripam, quae ad Briantinos spectat, cum praesidio miserat, ut transitu Collionem prohibeat et regionem in fide contineat, quam Incinensem Plebem appellant, admonet; praeterea in Bellasii Montis dorsum, quod trium cohortium praesidio munierat, majus peditum praesidium imponit, in summo Barrhi Montis Franciscum theanensem, virum fortem cum peditibus ducentis locat; is enim mons longe ceteros regionis ejus montes et altitudine et munitione excellit. Dum autem Franciscus loca haec stationesque militum circumspiciendi providendique causa petit (nam omnia ejus negotia non tam militaria quam domestica obire ipse volebat) hostes cognita a castris imperatoris absentia, cum quicquid in munitiones conarentur, sine periculo efficere posse existimarent, oppugnare toto exercitu castella constituunt; ma'ne igitur summo munitiones circumquaque adoriuntur, sca- MUR., 585

2. milites *esp.* — 6. nostri ab iis quos — 7. ab .... armis *esp.* — 21-22. Haec.... geruntur *esp.* — 22. enim *esp.* — 26-27. nuntiisque, ut in fidem redeant multis *esp.* — 30. Sed *invece di* hi — 34. Immo persequi' *esp.* — 39. dorso — 40. ponit — 42. Franciscus *esp.*

lisque adactis omnium telorum genere expugnare contendunt. Forte nocte eadem, utroque exercitu ignorante, Franciscus in castra redierat, qui cum primum hostes invasisse munitiones c. 957 cc 3 intellexit, milites sese celeriter' subsequi jubet; ipse laborantibus suis occurrit, nec prius in itinere restitit, quam se in medios hostes prolapsum cognovit jamque ex quinque castellis, duobus expugnatis atque exustis, reliqua hostes circumdederant, neque se amplius omnibus ex partibus oppressi defensores tueri posse fumi significatione ostendebant; quod cum intueretur, Franciscus clara magnaque voce inclamavit, ne timerent seque defenderent: "*Ego adsum*„ inquit. Quae quidem vox ita hostes deterruit, ut qui aggerum verticem attigerant pinnasque et pluteos evertere innitebantur, sese extemplo in fossam dejicerent. Quanta vero Franciscus inter milites italos, non tam sua quam aliena et hostium signa sequentes, et auctoritate et virtute valeret quantaeve observantiae et majestatis inter omnes haberetur, ex hoc facile perspici posset, quod ut primum hostes, inter quos incaute dilapsus erat, quia suos jam ad munitiones progressos putabat, praesentia agnoverunt, projectis armis, nudo capite et salutarunt et, ut quisque maxime poterat, reverenter ejus dexteram apprehenderunt; in hunc enim hominem manus injicere, quem militiae patrem et decus appellabant, nefas putabant c. 958 (res paene inaudita atque incredibilis et sempiterno memoratu digna, quam neque' priscis, neque nostris temporibus cuiquam duci arbitror contigisse). Interim sfortiani milites magno concursu adventare coeperunt; quod ubi animadvertit Sigismundus, Francisci praesentiam atque impetum veritus, confestim suos omnes trans flumen reverti jubet. Proelium tamen cum novissimis ad caudam committitur, ex quibus multi intercepti, multi pilulis graviter vulnerati sunt. Haec cum ita obiisset Franciscus et satis ubique pro rerum praesentium periculo provisum existimaret, ita praeter spem accidit, ut omnia incolarum perfidia, qui Assum incolunt, ubi Johannes consedebat, perturbarentur; ad Collionem enim cum secreto defecissent, illum, classe comensi sumpta, lacum traducunt et Johannem inopinantem noctu adoriuntur. Is, cognita incolarum rebellione, nonnullis ex suis, qui in frontibus erant, comprehensis, in castra fuga celeriter se recepit. Quibus rebus cognitis, Franciscus Carolum statim majoribus viribus ad vicum quendam, quem Herbam appellant, proficisci jubet, qui hostes, ne in planiciem descendant, neve Briantinorum agros populentur, prohiberet. Carolus jussa facit, Collionem reprimit, municipes hostium rapinis atque vexationibus liberat; Rufaldus c. 959 cc 4 tamen, qui inter rebelles relinquebatur,' undique circumsessus atque fame pressus, non multos post dies, dedentibus sese militibus, capitur suisque ac sociorum bonis omnibus spoliatur. Per eosdem quoque dies comes Ursus ex nobili Ursina familia loco natus, quem Franciscus Mur. 586 ob ejus singularem corporis virtutem non vulgariter' diligebat, cum imperatoris sui res in summo discrimine versari videret, suae suorumque majorum dignitatis oblitus, transfugit ad hostes fuitque a Venetis, cum quibus antea, ut postea cognitum est, clam conspirarat, honorifice et magno cum emolumento exceptus. Quippe qui non satis putavit ad perfidiam suos solum secum milites ducere, nisi etiam mala malis accumulans seduxisset secumque egisset, multis pollicitationibus praemiisque propositis, majorem eorum militum partem, quibus a Francisco praefectus fuerat moderator. Qua re nemo sane fuit, qui dicere dubitaret, egisse Ursum et ingrate et perfide, cum sine ullo legitimo jure eo maxime tempore suum deseruisset imperatorem, de cuius non modo fortunis, sed de ipsa etiam vita certabatur, praesertim cum magnis esset ab eo beneficiis honoribusque ornatus. Erat enim Ursus ipse Dulcii gener, sub quo haud multa conditione merebat, sed, eo vita functo, factus est a Francisco ex unius c. 960 ordinis praefecto ducentorum equitum ductor praefectusque' est etiam iis militibus omnibus, quorum ductor ante Dulcius exstiterat.

Cum ea igitur esset utrique exercitui rerum conditio, ut alter transire flumen non auderet

---

10. *ultimo* et *esp.* — 11. et virtute, quantaeve.... haberetur *esp.* — 16. res.... digna *esp.* - quod *invece di* quam — 20. ad caudam *esp.* — 22. ita *esp.* — 32. ex nobili Ursina familia, quem — 35. fuitque *esp.* — 36. et.... emolumento *esp.* — 42. ipse *esp.*

et in Briantinos Collio irrumpere timeret, alter ex eo loco, ubi esset, discedendum sibi non putaret, jam septimum et vigesimum januarius diem exegerat. Interim pabulatio et cibaria circumquaque nostros deficere coeperant, propterea quod tantus equitum numerus in montana praesertim regione quicquid pabuli fuerat, ad duodecim usque passuum millia consumpserat et cum inopia commeatuum, posteaquam eo venisset, Franciscus, longis itineribus atque prohibentibus hostibus, assidue quasi laborasset, et vino, rapa et castanea se atque exercitum aluisset, quarum rerum eo anni tempore magna per ea loca fuerat copia, quicquid ad hominum usum supererat, vix tantae hominum multitudini ad triduum sufficere reperiebat. His anxius curis Franciscus dies atque noctes cogitabat et inquirebat quo consilio et in bello adversus Mediolanenses perseverare et omni illos auxilio intercludere et urbem prope jam fame confectam in potestatem redigere posset. At cum cetera omnia, quae ad rem praesentem tam necessariam consilia offerebantur, vana viderentur, illud occurrit' in mentem (c. 961 cc 5) esse rursus tentandum, si qua ratione, si qua arte Moguntia potiri possit; quod si effectum iri contingeret, omnia se pro voluntate consecuturum non dubitabat. Itaque de arcis deditione praefectos et de oppidi oppidanorum principes secreto tentare ac etiam si furtim oppidum capi posset, explorare constituit; dat igitur negotium Franciscus Marcheto ex gente Marliana, qui sub Carolo merebat, ut cum praefectis de arcis traditione, praemiis propositis, ageret, nam ipse cum ex eadem illi essent familia nati, eorum necessitudine cum propinquitate conjuncta familiarissime utebatur et Johanni item Landriano, de quo supra diximus, viro sane forti et ingenio perspicaci, ut de capiendo furtim oppido diligenter specularetur. Missi imperata faciunt, referunt praefectos velle datam Mediolanensibus fidem servare, oppidum vero per opacitatem et silentia noctis capi idque' (Mur., 587) per eum locum, qui penes Lambrum flumen est et per id temporis poene incustoditus relinquebatur, ubi altum descensum manu factum flumen habet et fragorem attollit ingentem, facile fieri posse Johannes ostendit ac suo etiam sine periculo rem oculis perspexisse, quippe quod, nullo sentiente, oppidum esset ingressus, et proinde non dubitare, se multos in oppidum introducturum' (c. 962) turresque duas et oppidum, subsequente exercitu, capturum, multis argumentis affirmavit. Francisco, ea re perspecta, quia commeatuum et pabuli indigentia ex Briantinorum finibus demigrari compellebatur, hanc nacto occasionem, modus oppidi capiendi placuit, praesertim cum nec a timore, nec a necessitate nata profectio videretur. Ad eam rem conficiendam Carolus et Vintimilianus deliguntur. Quibus ad se Franciscus accersitis, qui cum suis copiis, ut ostendimus, ab exercitu aberant, quid sui sit consilii et quid fieri velit, ostendit; his ducibus praeter eorum copias validum equitatum ac peditatum ex omni exercitu delectum Johannemque ipsum et duces, qui iter noverant, attribuit. Ipse autem, ut constituerat, exacta jam nocte media, ut illis, ubi oporteat, subsidio sit, cum reliquo exercitu Moguntiam versus magno omnium silentio ire contendit; dum in itinere a ducibus de iis, quae ad Moguntiam egerint, certior fieri exspectat, dies jam eluxit (qui dies erat ad calendas februarias), et interim ad Vicum Mercatum non longius a Modoëtia quinque passuum millibus pervenit, ubi vehementer admirans, quod nondum a ducibus quicquam intellexisset, consistere omnes jubet et, dum quid sit de ducibus iisdem, percunctatur, advenit concitato equo Caroli nuntius, qui refert, quantos' (c. 963) eo nocte Carolus labores pertulerit quantumve doloris ceperit, quod ejus imperata minus facere potuisset; non facile explicare posse, quod non sua culpa, sed eorum potissimum, quos sibi duces dederat, accidisset docetque de secunda noctis hora, ut erat constitutum, Carolum atque Vintimilianum movisse, verum ex itinere eos, qui ad monstrandum iter venerant seu ignorantia quod non scirent, pro certo promisissent, seu dolo, quod nollent detrimenti quicquam Moguntinis inferri, eorum ex oculis evanuisse et quamvis totam noctem ivissent, tamen pro-

---

9. et inquirebat *esp.* — 12. in mentem *esp.* — 13. Modoetia *invece di* Moguntia — 14-16. Itaque.... constituit *esp.* — 16. Franciscus *esp.* - Marco *invece di* Marcheto — 18. ipse *esp.* — 25. quippe *esp.* — 28. quia praesertim commeatuum — 35, 36. Modoetiam *invece di* Moguntiam — 36. omnium *esp.* — 37. dies *esp.* — 38-40. ubi.... advenit *esp.* — 40. Igitur concitato - qui *esp.* — 45-46. quod.... inferri *esp.*

pter tenebras et continuum imbrem et eos, qui ab euntium ordine errore viarum excesserant,
multis passuum millibus peractis, sole jam exorto, ad Caratum vicum, qui millia passuum
septem a Moguntia distat, illos tandem pervenisse affirmat. Quibus auditis, Franciscus etsi,
graviter perturbatus, excusationem non aequo accipiebat animo, tamen eodem loco, ubi esset,
Carolum considere, Vintimilianum vero Canturium reverti et bono utrumque esse animo ju-
bet. Ea spe potiundi oppidi derelictus, quamquam non mediocriter angebatur omnisque
exercitus non tam rebus publicis quam sua salute diffidere videbatur, quod hostes post terga
c. 964 relictos continuo affuturos omnes existimarent, tamen et vultu hilari prodit, et animo' in-
fracto singulos equitum ordines adit: primores, quos virtute ac fide praestare noverat, nomi-
Mur. 559 natim appellat omniumque ani'mos confirmat timorisque opinionem levare atque tollere co-
natur et quemadmodum incolumes semper victoresque saepe per omnem Italiam hactenus
perduxisset, ita deinceps futurum sperare eos volebat, adeo ut non solum communi omnium
saluti, sed rebus etiam praesentibus a se opportune consultum iri judicarent. His dictis, cum
ab ordinibus paululum secessisset, protinus ad se primo duces ductoresque exercitus, cum
quibus de rebus bellicis communicare solebat, deinde cunctos cohortium praefectos equo
atque sub armis in concilium advocat et quo pacto spes Moguntiae potiundae sese fefel-
lisset, eos intelligere primum inquit; deinde proponit Sigismundum, Picinino sibi adiuncto,
non longius sedecim passuum millibus potentissimo exercitu a tergo esse, a quo et a medio-
lanensi populo et a Moguntinis a fronte facile uno tempore lacessi premique possent; quas
ob res hortari singulos atque rogare, ut quod sibi consilium in praesentia capiendum sit,
cogitarent animo paulisper ac sententiam deinde dicerent. Horum primi erant Robertus
sanctoseverinas, Christophorus Taurellus, Salernitanus, Sacramor parmensis, Franciscus et
c. 965 fratres' sanctoseverinates et Paulus quidam romanus, qui vermianis praeerat copiis, viri qui-
dem et armis fortes et consilio praestantes. Hi cum multa in utramque partem disseruissent
et in unam eandemque sententiam convenissent, reliqui, paucis commemoratis, eorum dicta
confirmant: esse, ubi constiterant, minime commorandum, neque ob eas, quas diximus, diffi-
cultates obque recentem hostium in Briantinos adventum, unde discesserant, remigrandum,
propterea quod pro comperto haberi poterat, hostes eorum, discessu cognito, Adduam quam-
primum aut transisse aut transituros et, coactis copiis omnibus, quas brevi temporis inter-
vallo facile in unum locum cogere possent, magnum exercitum habituros; ex quo judicabant,
cum non sine certissimo maximoque periculo inter urbem Mediolanum tantumque exercitum
castra facere possent, nec in Mediolanensium quoque finibus diutius consistere, copias in
partes duas dividendas ac earum alteram Papiam, alteram Laudem dimittendas urbesque
summo studio summisque viribus in fide continendas, unde rursus ita acriter bellum Medio-
lanensibus inferri et illorum agri continenter devastari possent, ut eos ad pacis conditiones
accipiendas, si non quas Franciscus ipse vellet, saltem honestas, induci aut cogi posse despe-
c. 966 randum non esset, videbatur' enim plerisque Venetorum exercitum ob frumenti et pabuli pe-
nuriam non multos dies in Mediolanensibus posse permanere, quod neque a Venetis neque
aliumde tanta frumenti copia suppeteret, qua fame mediolanensis populus eximeretur exer-
citusque uno tempore aleretur. At Franciscus, etsi sibi ea, quae ceteri probaverant, non a
ratione discedere videbantur, quod si ab hostibus urgeretur, id se consilii sequi oportere
animadvertebat, tamen longe se alio esse consilio ostendit; nam cum propemodum invitus e
Mur. 560 Mediolanensibus discederet, longioris quam potest morae cau'sas adducere nititur atque sic
inquit: neque esse ex eo loco nocte proxima neque postero die neque etiam prius abeundum,
quam de hostium motu atque itinere cognosceretur; turpissimum enim putabat, nisi in extre-
mo discrimine id consilii capere, quod ceteri suasissent; neque omnino praesens bellum jam

---

3. Modoetia *invece di* Moguntia — 13. Mox *invece di* His dictis — 15. ordinum *invece di* cohortium — 16. Modoetiae *invece di* Moguntiae - sese *esp.* — 17. sibi *esp.* — 19. Modoetia *invece di* Moguntinis — 19-20. Quas ob res *esp.* — 23-24. viri .... praestantes *esp.*

prope speratum ad exitum tot laboribus periculisque perductum esse ita repente, ut censuerant, deferendum, neque intermittendum; hostes sex et decem passuum millia ab eo loco abesse; si iter in se deflexerint, facultatem habere aut in eos educendi, aut ad eas, quas commemoraverant, urbes proficiscendi; fateri se insuper, hostes hominum numero, non militum virtute superiores; quid autem Jacobus Picininus, quid Bartholomaeus Collio, quid Sigismundus, cui belli' summam Veneti tradiderunt et rei militaris peritia et animi virtute valeant *c. 967* satis cognovisse; propterea videri sibi non ex rumore aut opinione in eo casu, sed ex hostium rationibus motibusque esse capienda consilia, cum ex illorum actionibus, quid se facere oportuerit, satis docerentur. Quae cum dixisset, jussit omnes per vicum proximasque villas stationes facere; dein qua venerat, nuntios plures mittit, qui post suum e Calco discessum, quid hostes egerint quidve acturi sint, speculentur, excubent celeriterque renuntient; praeterea ne, uti rumor per exercitum regionemque vagari coeperat, fugisse videretur, sumpto cibo armatoque exercitu, continuo in Moguntinos ire pergit; oppidum exiguo militum numero oppugnare simulat, nam cum muro fossaque duplici circumdaretur et firmo defensorum praesidio muniretur, irritam et detrimentosam fore oppugnationem intelligebat; itaque, ostentatione oppugnandi facta, receptui cani atque in castra redire omnes jussit. A nuntiis fit frequenter certior, hostes eo die castra non movisse idemque postridie ejus diei fecisse; sed, factis in Briantinos excursionibus, municipia quaedam penes Adduam sita eo biduo oppugnasse et, praeter Imbersagum, per deditionem obtinuisse; pontem ad Olginatum rursus faciendum curare, ubi paucis ante diebus aedificaverant; postea, ut osten'dimus, confregerant. Quo tridui *c. 968* spatio perfecto praesidioque imposito copiisque in Briantinos traductis, Sigismundus in Galbiato vico non longe ab eo ponte consedisse, Picininum et Collionem sibi statim adjunxisse Barrhumque deinde Montem cibariorum inopia in potestatem redegisse. Quae cum ita essent, Franciscus bono esse animo et rebus melius confidere; itaque, ubi praeter omnium opinionem reparandi se atque muniendi tam opportuno tempore sibi spatium dari videt, quae ad resistendum necessaria existimat, ad ea comparanda perficiendaque se convertit datque continenter operam; duo namque in praesentia ad bellum gerendum atque conficiendum curanda sibi maxime videbantur: quorum alterum erat ut hostes in primis prohiberentur ne, se suisque inscientibus, campestrem in planiciem, qua Mediolanum petentibus iter liberum pateret, descendere possent, quod si vi facere conentur, proelio contenderetur; alterum vero, ita frumento atque omni commeatu Mediolanenses intercluderentur, ut nihil ad eos ulla ex parte importari posset, nam tanta in ea urbe frumenti penuria creverat, ut aureis nummis bis denis et am'plius, magnis saepe contentionibus, modius venundaretur; qua quaestus cupiditate Mur., 590 ducti, non tam ex hostibus quam ex nostris. vectores quamplurimi, qui nullam bonorum amissionem aut corporis' supplicium verebantur, quicquid frumenti panisve humeris, jumentisque *c. 969* poterant, per diem atque noctem Mediolanum comportare non cessabant. Quibus rebus in hunc modum providit: omnes templorum turres, quas rurales locis patentibus pro eorum tutela munierant, et arces, quae inter sua atque hostium castra intercedebant, pedite complet, idem de Meltio facit, quod est oppidum inter Vicum Mercatum et Adduam, pari fere spatio positum; dein municipiis proximis totique seprensi orae, magnum fossorum numerum imperat, quibus castra ibidem fossa et aggere munienda summopere curat idemque Carolum ad Caratum, fossorum parte attributa, facere mandat et quoniam castra utraque millium septem passuum intervallo inter sese disjungebantur, ad vicum quendam, quem Serennium vocant, medio itinere situm, Johannem fratrem cum parte copiarum mittit, quem edocet, ut summa celeritate castra fossa et aggere circumdet; Vintimilianum praeterea, qui, ut demonstravimus, Canturii manebat, admonet, oppidum diligenter servet, frumentum ex locis fini-

---

13. Modoetiam *invece di* in Moguntinos — 18. Iuxta *invece di* penes — 23-24. Quae .... itaque *esp. tranne* Franciscus — 26-27. datque .... namque *esp.* — 27. Duo autem in praesentia — 28. sibi, quorum .... erat *esp.* — 33-34. Quo quaestu ducti

timis eo comportari studeat; id enim oppidum cum quinque passuum millia ab Caroli castris totidemque ab urbe Como abesset, et ad hostes prohibendos et ad Comensibus nocendum erat longe aptissimum.

[c. 970] His omnibus Franciscus imperat, ut de hostium rebus' scire summam diligentiam industriamque adhibeant et, si quid facto opus esse cognoverint, quamprimum aut fumi, aut ignis significatione, aut bombardarum constrepitu, simul et nuntiis alter alteri nuntient, ita ut seu ad ferendam sociis opem, seu ad hostibus repugnandum, si Mediolanum proficiscantur, celeriter omnes opportuno tempore atque loco adesse possint. Per hunc modum a flumine Addua usque Comum ne hostes in planiciem descendant Mediolanensesque hostibus jungantur, neve in urbem ab ea parte cibariorum quicquam importetur, satis pro rerum praesentium conditione a se provisum existimabat. Ne autem a partibus reliquis ullo Mediolanenses commeatu subvenirentur, Papiensibus, Laudensibus atque iis omnibus, qui Mediolano proximi sunt et suo parebant imperio, pronunciari jubet, ne frumentum aut alia re Mediolanenses iuvent, et si qui juverint, eos ultimum esse supplicium passuros ut autem, si quid horum Mediolanum importaretur, scire ac ei rei mederi possit et in urbe exploratores constituit et aliis multis in locis custodes ponit. His constitutis rebus, unum tantummodo ad bellum sustinendum maxime necessarium deesse videbatur, ut frumenti copia ad alendum exercitum adesset, cum et ipse magna quoque frumenti difficultate premeretur, nam qui ex Laude commeatus [c. 971] im'portabantur, vix tertiae militum parti suppetebant. Huic tam gravi incommodo cum celeriter sibi prospiciendum esset, sic occurrere instituit: inquirenda amicorum horrea jubet, qui in Mediolanensium finibus et a se non longe inhabitabant, penes quos in Seprensibus non exigua tritici copia reperta est. Ea re nuntiata, Franciscus, qua mirum in modum cruciabatur [Mur., 591] cura, ea levatus, bene sperare coepit nam tanta' commeatus inopia pressus, non diu per ea loca exercitum continere posse animadverterat. Quod cum Mediolanenses non ignorarent, summam spem in ea reponentes, quibus ea sola suae saluti relicta videbatur, audaciores in dies pertinacioresque ad calamitates perferendas efficiebantur; ab amicis igitur parte quadam tam necessario tempore subveniri petit, a quibus facile obtinet; in his Philippus Maria Vicecomes, Gasparis filius, egregium prae ceteris de se officium praestitit, qui, etsi a Mediolanensibus quotidie multis pollicitationibus sollicitabatur, tamen singulari fide, consilio, ope, opera, nullo unquam tempore ei defuisse visus est; ab aliis vero, quos non bono in se animo sciebat postulatisque suis minime satisfacturos arbitrabatur, quod jam cum Mediolanensibus clam sentiebant, vi auferendum statuit. Itaque per ejus regionis praefectum jubet municipes [c. 972] atque cives omnes in concio'nem accersendos; praefectus de rebus gravibus atque gratis acturum se simulat et, concione soluta, suspectos retinet ac in carcerem conjicit. Quo facto Franciscus, quicquid frumenti in retentorum municipiis arcibusque reperit, quo jam multis ex campestribus locis magna tritici vis erat congesta, militibus metiendum mandavit, ex quo rei frumentariae necessitati ad multos dies satisfecit. His rebus constitutis munitionibusque perfectis, Franciscus majorem ad resistendum spiritum sumit hostiumque multitudinem minus veretur, quos animadverteret, nihil omnium velle minus, quam secum manum conserere, usque adeo divinam ejus sapientiam et singularem animi magnitudinem formidabant. Dum ad eos lacessendos animum vertit, forte Briantinorum primores, de quibus supra mentionem fecimus, ad eum veniunt postulatum auxilium; docent municipia et quas pro eorum tutela munitiones fecerant, in ejus fide, communi nobilium voluntate servata et quoad fieri posset, servanda decretum, nec proinde se mereri tam propinquis hostibus ita omnino ab eo deseri. Hac Franciscus tam egregia amicorum fide perspecta, quos jam se hostibus permississe putabat, Robertum et Salernitanum, valido equitatu peditatuque attributo, eo celeriter mittit. Hi e [c. 973 dd 1] munitionibus, hostibus pro'ximis, frequentius erumpentes de superiore loco eos lacessebant, nam municipia, collibus editis sita, Venetorum castris impendebant, atque ex ea re pugnae,

---

13. ne.... iuvent *esp.* — 19-20. cum.... esset *esp.* — 23. ea *esp.* — 40. *già* adeo enim prope divinam *esp.*

non tam diurnae quam nocturnae, conserebantur; coguntur igitur hoste eo Roberti salernitani adventu minus longe lateque vagari.

Dum autem haec geruntur, Vintimilianus, qui Canturii, ut praediximus, in hibernis erat, magnae potiundae pecuniae gratia adductus, cum Venetorum legatis de suo ad eos transitu, ac de oppidi deditione, et Jacobus item Picininus, cujus animum immoderata dominandi libido quotidie vexabat, cum Francisco certis conditionibus de suo ad eum reditu deque veneti exercitus direptione uno atque eodem tempore clam agere coeperunt. At Franciscus, tametsi postulata Picinini dura nimis et gravia sibi videbantur, tamen cum ad victoriam de hostibus consequendam nihil omittendum putaret,' non castella atque oppida solum, quae in Mur., 592 Placentinis a Philippo duce concessa Nicolaus ejus pater jam possederat, sed ne quidem Placentiam urbem, quam opere maximo postulabat, denegandam existimavit. Haec cum Luchini Palmerii, utrique fidissimi, opera secreto paucis diebus tractarentur PiciniNique postulatis omnibus annuendum Francisco visum esset, et quo magis petenti morem gerat et conventa' secretiora sint majorisque fidei robur atque constantiam habere viderentur, sua ipse manu c. 974 transcribit moxque ad eum per Luchini internuntium deferenda jubet hortaturque simul ut ea, quae inter sese de hostibus castrisque diripiendis acta sancitaque essent, propediem conficienda curaret. Sed enim Picininus, priusquam ad eum cum scriptis missus pervenisset, mutato consilio Venetorum partes sequi statuerat. Quod, ut postea cognitum est, his fecit de causis, quod cum memoria teneret non solum recentes sed veteres etiam injurias, quas et Nicolaus pater superioribus annis et ipse ac frater Francisco intulissent, eidem suam suorumque salutem non satis tuto committere posse putabat; praeterea perhorrebat ipsa natura ob antiquum odium, quod inter eos intercesserat, sfortianum nomen plurimum et Francisci gloriae miserabiliter invidebat; dubitabat insuper, ne ex illius felicitate infelicitas sibi atque pernicies pararetur; Luchinum igitur immerito retinet protinusque ad Sigismundum legatosque rem defert, longe aliter quam fuerat, nam cum se de fide in suspicionem legatis venisse intellexisset, sui purgandi causa, quicquid cum Francisco Luchini opera egerat, injussu suo atque se insciente egisse Luchinum insimulavit; hunc deinde, ne suos cuiquam dolos patefacere unquam posset,' indigna in eum morte decreta, noctu laqueo suspendendum jussit. c. 975 dd 2 Quod ubi Franciscus rescivit, infelicem insontis amici casum commiseratus, vehementer indoluit promisitque, ullo si unquam tempore posset, bello sese ejus mortis immeritae fore ultorem; interim Vintimiliano Venetorumque legatis coeptum inter sese negotium perficere festinantibus, fiebat de ea re Franciscus non modo ab oppidi praefecto quotidie certior, verumetiam a nonnullis ex ipsius Vintimiliani familiaribus atque domesticis, quibus rem ipsam crediderat; qui gravi ob id molestia affectus dat operam ut, quae de Vintimiliano sibi enuntiabantur multisque modis affirmabantur, si vera an falsa sint, scire possit; comperit multis ex partibus etiam ex hostibus rem esse certissimam et jam interventu Conradi alvianensis romani ex Venetorum equitum praefectis prope confectam atque ob eam causam grandem pecuniam Bergomum delatam. Quam quidem rem etsi Franciscus aegerrime ferebat, praecipue quod eum in locum deductum se videret, ut quem propter ejus eximiam rei militaris disciplinam singularemque virtutem admodum diligebat, in eum manus injicere cogeretur, quinetiam multum de sua existimatione eo praesertim tempore inde diminutum iri et malivolorum atque detrahentium linguis magnam de se detrahendi occasionem praeberi animadvertebat, tamen' cum satis superque per superiora tempora hominis vitam mobilitatemque non ignoraret et c. 976 periculi magnitudinem cogitaret, visum est non esse amplius cunctandum, quin huic tam manifesto gravissimoque periculo prospiceret. Ea re ad multam noctem 'constituta, die postero Mur., 593 mane summo duodecim equitum cohortibus ex castris, quibus Carolus praeerat delectis,

8. sibi *esp.* — 19-20. quas.... intulissent *esp.* — 22. quod.... intercesserat *esp.* - plurimum *esp.* — 23. insaturabiliter *invece di* miserabiliter — 28. indigna.... decreta *esp.* — 34-35. qui.... possit *esp.* — 35. comperit praeterea multis — 39. spectatam *invece di* eximiam — 40. singularemque *esp.* - atque virtutem

Canturium celeriter ire contendit et, ne de suo Vintimilianus adventu cognoscere quicquam possit, certos praemittit equites, qui cunctos Canturium praeire volentes itinere prohibeant; ex quo factum est, ut prius ad oppidum omnibus copiis perventum sit, quam de suo accessu quicquam Vintimilianus praesentire potuisset. Is admiratus tantam rei novitatem, statim pedes magno cum pallore Franciscum adit; cui adventus causam percunctanti Franciscus respondit, eo se accessisse, ut exinde Comum petens civibus se ostenderet, quod a nonnullis esset suasus, si coram ipse urbis moenibus propinquaret, futurum ut statim a civibus in urbem reciperetur. At Franciscus, ubi videt ita libere ad se Vintimilianum venisse, pro suo miti ingenio animique bonitate retinendi ejus sententiam mutavit; quod cum per portam alteram, quae ad comensem spectat urbem facile se fugae mandare potuisset, culpa illum vacare
c. 977 dd 3 credebat et, si qua esset, levem esse putabat;' ob id ignoscendum ei judicat et, quae de ipso dicta fuerant et sui adventus causam apertius explicare atque omnibus rebus in fide confirmare atque continere deliberat. Ea re cum Andrea Birago, Aloysino Bossio, Petro Posterla aliisque perpaucis communicata, a quibus multis argumentis contrariam in partem adductis, cur omnino comprehendendus esset, illum tandem invitus ac fere lacrymans retineri jussit, adhibitisque custodibus, qui eum honeste servarent, quamprimum in castra reversus est, quem triduo post Laudem, deinde Papiam, his cum mandatis misit, ut praeter libertatem nihil ei ad vitae usum voluptatemque prohiberetur.

Interea vigesimum jam diem mensis attigerat et Mediolanenses tanta cibariorum inopia laborabant, ut neque belli impensam neque incommoda amplius perferre possent, nam cum novissime ad extremam rerum omnium calamitatem universa civitas devenisset, multi erant praesertim inopes, quorum ea in urbe ingens omni tempore est numerus, qui ad tolerandam famem non tam equos asinosque quam canes, non minus feles quam mures edebant, nam nihil erat tam sordidum et quod natura abhorret humana, quin cito ab esurientibus arriperetur; quas ob res magnae saepe inter se contentiones ac tumultus oriebantur; herbis, radicibus,
c. 978 ullo absque condimento utebantur; vinum nisi ditiores gustabat' nemo; multi etiam, quos vel egestas vel senectus vel morbus aliquis vexabat, vel qui per aetatem se alere, aut victum quaerere non possent, quorum infinita paene multitudine civitas ipsa repleta erat, fame confecti per domos perque vias passim peribant. Ex quo multae ac magnae ubique per urbem querelae lamentationesque fieri; ubique ploratus assidue audiri neque uspiam exaudiri, omnes extrema in miseria versari, quisque suae quam alienae salutis rationem potius habere et nemini tamen praeterquam de libertate tuenda loqui licere. Quibus ex rebus fiebat, ut populares, qui se hostium arbitrio tradere, quam domi stantes fame perire malebant, urbe cum uxoribus
Mur., 594 atque liberis egrederentur et per campos vitam miserabilem trahe'rent. Quorum magna pars, consentientibus magistratibus, ad proxima municipia atque oppida divertebat et, junctis atque sublatis ad coelum manibus, omnes summi Dei misericordiam implorabant et vitae subsidia deprecabantur; hos municipes oppidanique misericordia moti excipiebant. Quod cum rescivisset Franciscus, illico regionum militumque praefectis imperavit, ut Mediolanensium neminem recipiant, cibo auxilioque nullo juvent et omnes Mediolano victus quaerendi causa profectos, in urbem rursus redire compellant. Praefectis imperata facientibus, hoc multis
c. 979 dd 4 accidebat locis, cum' mulieres quae infantes ad ubera gestabant filiosque parvulos secum trahebant, et adolescentulae insuper multae per deserta vagarentur, vitae alimenta quaeritantes et necubi adjumenti quicquam invenirent et in urbem reverti nollent, per rura inculta perque nemora latitabant; quibus tantummodo haerbae cibus, aqua potus erant, quod peregre emori quam in urbem redire malebant; sed tandem lassitudine et fame pressae deficiebant. Inter quas multae fuerunt, non minus nuptae, innuptae, quae vitae sustinendae gratia corpus

---

11. esse *esp.* — 24. cito *esp.* — 25. inter se *esp.* — 26. ditior — 27-28. vel qui .... possent *esp.* — 30. neque .... exaudiri *esp.* — 32. tuenda *esp.* — 36. omnes summi *esp.* - implorabat — 36-37. et .... deprecabantur *esp.* — 37. oppidanique *esp.* — 38. illico *esp.* — 39-40. et omnes .... profectos *esp.* — 45. ac *invece di* sed — 46. fuerunt non minus *esp.* - innuptaeque *esp.* - quae *esp.*

ad cujusque libidinis usum prostituebant; erant enim a viris maribusque pubertatis annos superantibus propter captivitatis cruciatusque metum omnino derelictae. Quod cum ad impietatem quandam a nonnullis Francisco ascriberetur, ita respondebat: quod etsi id invitus agebat ferebatque dolenter, urbem amplissimam atque populosissimam tot detrimentis affici nonnullorum praesertim pessimorum civium causa; tamen si sibi vincendum erat, non secus ac statuisset, in eo bello agere posset atque sic ejus belli praesentiumque temporum conditionem ferre; sic etiam eorum, qui reipublicae praeerant, pervicaciam atque temeritatem postulare, quandoquidem nulla alia belli gerendi ratione quam fame subigi posse Mediolanenses plane animadverteret. Hostes interim quo in statu quove in periculo civitas sit, crebris literis nunciisque edocebantur atque, orantibus instantibusque quotidie legatis mediola'nen- [c. 980] sibus, ut periturae urbi confestim succurrere velint, dies atque noctes in capiendis consiliis consumebatur, nec quid potissimum pro illius salute agendum sit, satis decerni potest. Duo namque, ut ferebatur et postea aperte cognitum est, ad opem Mediolanensibus ferendam, repugnabant Sigismundi timor et Venetorum voluntas. Nam Sigismundus Francisci congressum plurimum formidabat, cum ob Polysenam uxorem suam, Francisci filiam, suo jussu immerito necatam, quo patrem acerbiore dolore premeret et ne, propter inexplebile et exacerbatum in ipsum patrem odium, virilem ex ea prolem susciperet et Ysottam pellicem, quam perdite adamabat, deinde in uxorem duceret, et ita mulierem ingenuam atque pudicissimam, acerbissima morte affectam, pestifero morbo correptam simulans, vita functam vulgari jussit, tum etiam ob graves alias ei per superiora tempora illatas injurias et insignem diebus proximis contumeliam, cum et in concionibus et palam in exercitu saepe gloriaretur, sicut superioribus annis Franciscum Sfortiam toto Piceno ejecisset, ita se tota etiam Cisalpina Gallia ejecturum, et ob eas res castrorum mutationem mirum in modum dissuadebat, quod hosti propius admovere, periculosum esset; pro'pterea quod, dum peritissimo atque fortissimo belli [Mur., 595] duce, qui validissimum ducebat exercitum, confligendum erat, neque quominus decertaretur, si Me'diolanensibus ferri auxilia voluerint, fieri posse, neque esse ita temere committendum, ut [c. 981 dd 5] duae respublicae uno tempore fortunae casibus subjicerentur, demonstrabat; proinde videri sibi Mediolanenses, quo sese paululum sustineant, cohortandos, quod si audierint, esse ullo absque discrimine illis partam victoriam, quia propter frumenti et pabuli inopiam non diu hostes in Mediolanensibus futuros intelligebat. Hanc postremo sententiam veneti legati confirmant, non periculorum vitandorum causa, sed ut defessi desperatis rebus ii cives, qui rempublicam gubernabant, quique plurimum verebantur, ne in Francisci manus devenirent, urbem Venetis traderent, quam quidem Leonardus Venerius, quem, ut supra ostendimus, Mediolanum Veneti legatum miserant, cum nonnullis civibus tentaverat populumque quotidie ad perferendas forti animo necessitates cohortabatur. Cujus rei brixianus populus, venetae reipublicae fidelissimus, erat testis, qui biennium pro servanda Venetis fide gravissimas calamitates pertulerat, atqui, ut Mediolanenses ex die in diem ejus auxilii spe nutrirentur, quod illis se laturos Veneti simulabant, nam quod re in praesentia praestare nolebant, fama ostentare conabantur, per exercitum pronuntiari Sigismundus jubet, ut dierum quatuor commeatum miles quisque comparare curet, omnes in castra absentes regredi'antur ac magnam deinde frumenti [c. 982] copiam ex Transad'duanis Bergomensibusque constitutum citra Adduam quendam in locum [Mur., 596] conferri, quo celerius Mediolanum importari possit. At Franciscus, ubi haec, quae apud hostes Mediolanique quotidie gerebantur, non tam ab exploratoribus, quam multis frequentibusque amicorum nuntiis cognoscit, nec posse praeterea mediolanensem populum, extrema exurie compulsum, amplius se sustinere, quin arma sumat et in magistratus tumultum excitet,

---

5. decrevisset *invece di* erat — 5-6. non .... atque *esp.* — 9. in statu quove *esp.* — 12. consumebantur - pro .... salute *esp.* — 13. ad .... ferendam *esp.* — 17. *per errore l'amanuense scrisse* Polysenam *invece di* Ysottam — 24. cum *invece di* dum - belli *esp.* — 25. qui .... exercitum *esp.* — 30. postremo *esp.* — 35-37. cuius .... pertulerat *esp.* — 38-39. nam .... conabantur *esp.* — 39. ut *esp.* — 40. compararet - curet *esp.* — 42-43. quae .... gerebantur *esp.* — 43-44. frequentibusque *esp.* — 44-45. extrema .... compulsum *esp.*

suos quoque milites, quo paratiores sint, admonet, et qui aberant, statim in castra redire cogit et quoniam hostes, ut demonstratum est, magno equitum ac peditum numero superiores erant, quos pro suo judicio atque eorum officio in tanto Mediolanensium discrimine proelii fortunam tentaturos impetumque adversus suorum castra propediem facturos arbitrabatur, omnibus ex partibus relictis oppidis, ubi essent, copias cogere exercitumque recenti milite augere dies noctesque non desinit; fretus enim veteranorum militum robore ceterorumque virtute atque fide statuebat ut, si hostes in quampiam castrorum partem vim facerent aut in planiciem, uti rumor vagabatur, descenderent, continuo eos invadere et proelio aperto decertare, nam cum nihil victoribus impeditum, victis nihil tutum esse soleat, si vicerit, ubique se victurum, sin minus, quicquid in Mediolanensibus obtineat, cito amissurum sciebat.'

5. ubi essent *esp.* — 7. ut *esp.*

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER VIGESIMUSPRIMUS

Dum haec in Mediolanensibus a duobus potentissimis exercitibus geruntur, Mediolani in dies magis atque magis durius haberi periculosiusque laborari, inopia rei frumentariae et esuria multi mortales quotidie interire, nam eo deventum erat, ut supra demonstravimus, ut nullo animali, quod genus abhorret humanum, plebs abstineret; discordiae simul ac seditiones increbrescere, divina omnia humanaque misceri; jam omnes, qui fucato libertatis studio tyrannidi praeerant, nulli metui, nulli terrori esse. Quare cum magnitudo mali magnos aeque ac parvos corripuisset, per universam urbem variis in locis tumultus fieri, omnes obstrepere, ploratus ubique esse, clamores coelum terramque confundere. Quo factum est ut, mussantibus ceteris, nec in apertum jam martem ire audentibus, a Porta Nova salutis initium coeptum' sit. Imperaverant si quidem publicae libertatis principes, quos magistratus diximus, ne quod portarum consilium fieret, nisi quando et per quos ipsi jussissent; delegerant enim quos vel rudes esse rerumque imperitos intelligerent, vel suae depravatae mentis fautores. Hi autem omnes convenerant in templum, uti vocant, Sanctae Mariae Scalaris, ut aliquid ibi consilii dolique confingerent, quo ignara plebs spe inani pasceretur et ita concepta pestis tam diu produceretur, donec a Venetis et res frumentaria et auxilia, quae dicebantur, in urbem reciperentur; id vero aliud nihil erat, quam laborantem afflictamque civitatem Venetis tradere. Cum id consilii ageretur, erant extra locum, ubi consultantes convenerant, cives duo, animo non desides et tyrannicae conjurationi minime grati, Petrus Cotta et Christophorus Pagnanus, qui praesentem inter sese calamitatem querebantur et quae salus, aut quod consilium aerumnis eorum afferri posset, commentabantur advenientesque minutatim alios cives non fortiter minus quam prudenter ad bonum publicum hortabantur; alii alia respondere, quemadmodum animi cujusque variis perturbationibus essent affecti. Cum per urbem increbruisset rumor, jam Portam Novam in armis esse deque publico statu in eo Sanctae Mariae templo agitari, nonnulli etiam ex aliis por'tis non gregatim, sed singillatim convenerunt. Quae res posteaquam tyrannidis principibus cognita est, mittunt Lampugninum Biragum collegam suum, virum callidum et non infacundum, ut eos cives, quibus posset verbis deliniret hortareturque ut singuli domum abirent, futurum annuntians, ut rem omnes audirent gratam et salutarem. Is cum venisset in locum et accurata oratione civium animos suam in sententiam trahere studuisset, ita omnes

Mur., 597 — c. 984 — c. 985

3-7. Dum haec .... abstineret *esp.* — 7. Mediolani interea discordiae — 12. si quidem *esp.* — 13. quos.... diximus *esp.* — 15. autem *esp.* — 15-16. uti vocant *esp.* — 16. ibi .... dolique *esp.* — 17. ita, tam diu *esp.* — 19. Cum .... ageretur *esp.* — 29. ut singuli *esp.* — 30-31. Is .... studuisset *esp.* — 30-31. salutarem. Ad hanc orationem ita

excanduerunt, ut vix sine magno periculo se inde eripere potuerit, nec multo post prin-
cipum eorum iussu Dominicus pisaurensis, publici praesidii praefectus justitiaeque capitaneus
appellatus, quem ibi Picininus reliquerat cum magna lictorum et satellitum manu, eques
advenit, laqueos permultos, quibus gulae sontibus franguntur, secum ferens, ad eos vel ple-
ctendos vel perterrendos, qui eo loci iniussu principum convenissent. Quod ubi cognitum
Mur., 598 est, e vestigio cives templum' egressi, in Dominicum impetum faciunt et in fugam vertunt;
deinde more patriae, quemadmodum in hujusmodi tumultibus fieri solet, tanquam adversus
patriae hostes templi campanae pulsantur, quo cives omnes tyrannidi infesti undique continuo
illo convenirent. Quo signo non sine magna trepidatione plerique convenere, qui inter sese
c. 986 quid agendum esset' consultantes, decreverunt unum aut duos, veluti duces, coactae multi-
tudini praeficere: hi fuere Gaspar Vicomercatus, qui postridie illius diei ob civitatis calami-
tatem decessurus erat ad Sigismundum Malatestam quique domi erat et non procul a templo,
et Petrus Cotta, viri ambo haud rerum ignari, sed Gaspar, bellicarum peritior, qui ab ipsa
usque adolescentia sub Francisco Sfortia meruerat. Nec multo post eodem accessere cum
alii nonnulli viri, tum Johannes Stampa cum quatuor suis fratribus, juvenis sane et manu
promptus et animo ad ulciscendum acerrimo. Quare ex communi omnium consensu factus
est impetus adversus curiam principum; sed ii, cum forti multàque factiosorum civium manu
sese muniissent, conatus omnis frustra fuit, quin cum utrimque in ipso arengi foro, ut vulgo
dicitur, mutuis vulneribus confoderentur, tandem invadentes illi paulatim pugna cessere,
plerisque etiam fuga salutem quaerentibus. Hi cum recta peterent Orientalem Portam, Fran-
ciscus quidam ex triulcia familia adolescens, qui vulnere esset affectus, conversus ad fugien-
tes: " *Quo fugimus*, inquit, *cum nos insequatur nemo ?* „ Qua voce exaudita, mox Christophorus
Pagnanus excepit, inquiens: " *Nonne hunc adolescentem auditis ? Quo enim fugimus homines'*
c. 987 " *ignavissimi ?* „ Ex quo rursus ad Gasparem conversi omnes, qui erat in extremo agmine
frustraque fugientes revocabat, se recipiunt, nam Petrus Cotta, cum antea vidisset tantam ani-
morum mutationem atque discordiam, se inde amoverat extra urbem abiturus aut salutis ser-
vandae gratia, aut festino equo Franciscum auxilii causa petiturus. Is, dum concitato equo
iter facit, interceptus ab iis, qui Portam Comensem praesidio servabant, in carcerem conji-
citur. Gaspar, ubi omnes rursus in unum convenisse videt, accommodata oratione ad bonam
spem vincendumque adhortatus, ne se a coeptis conatibus subtrahant et monet et rogat de-
monstratque, si secus fecerint, fore, ut in sequenti nocte singillatim inimicorum jussu captivi
facti obtruncentur; quod si una omnes fuerint, non modo nihil mali posse accidere, sed
perditis inimicis secunda omnia eventura, nec credendum esse inimicorum blandiciis. Mi-
serant enim principes subdolum nuntium, qui omnes hortaretur ut, positis armis, singuli do-
mum repeterent, cum postridie futurum doceret, ut et bene consuleretur reipublicae et pacata
Mur., 599 omnia atque tranquilla forent. Quibus auditis, omnes ma'iore animo maioribusque viribus
c. 988 adversus inimicos sunt, irritantur atque inter sese de agenda invasione consultabant;' multum
enim ad rem proderat Melchior Marlianus, qui, cum non mediocri armatorum manu auxilio
venerat animumque pugnantibus addiderat; dubitabatur autem de Ambrosio Triulcio, qui, ut
erat animo audaci et temerario, contraria sentire videbatur. Cum inter consultandum non-
nulli dixissent, optimum sibi videri factu ut qua dux Maria vidua, Philippi uxor, in postrema
habitabat curia, per posticum sibi iter ad invadendum parent, quod ea parte minus erat cu-
stodiae idque alii nonnulli affirmassent, quidam Johannes Andreas tuscanus subdidit: " *Ego*
" *futurum spero ut tutum vobis ingressum tradam eo ostio, quo a posteriore parte itur in*
" *Curiam, nam illac mihi aditus semper patet ad Mariam ducem* „. Itaque cum nox jam esset,
adolescentem omnes sunt secuti. Venit ille ad ostium et, cum signum dedisset, ut consue-

1-2. principum .... iussu *esp.* — 3. appellatus *esp.* — 4. quibus .... franguntur *esp.* — 11-12. qui .... templo *esp.* — 13. viri ambo *esp.* — 15. viri, suis *esp.* — 17. in *invece di* adversus — 25. antea *esp.* — 37. sunt *esp.* — 37-38. atque .... proderat *esp.* — 38. qui *esp.* — 39. autem *esp.* — 41. sibi .... ut *esp.* - Philippi quondam uxor — 42. esse *invece di* parent — 43-44. Ego ut spero tutum

verat, illico valvae sunt patefactae; ingreditur ille confestim, hunc Gaspar et Johannes Stampa et cives armati permulti subsecuntur et deinde reliqua multitudo maximo impetu in Curiam est recepta. Quae res ubi et strepitu et clamoribus est audita, qui in anteriore erant curia, omnes in pedes sese dedere et nusquam converti, sed singuli saluti fuga consulere. Quo etiam tempore magnus civium numerus per anteriorem januam in Curiam' irrumpere et coe- *c. 989* lum ac terram fragore vocibusque confundere; Gaspar et Johannes primi scalas ascendere, cetera turba confestim subsequi. Sed ubi tandem per interius deambulatorium, quod sursum est, devenitur ad illud ostium, quo itur ad id coenaculum, quod interiori adhaeret turri, ubi etiam libertatis principes residebant, occurrit advenientibus obviam Leonardus Venerius, Venetorum legatus, de quo supra mentionem fecimus. Qui cum insolentius ingruentes cives appellaret severiusque accusaret, illico multis confossus vulneribus cecidit exanimus. Quo facto, qui praeerant magistratui, nondum enim eo usque se loco dimoverant, facie perterriti tanti facinoris, in fugam se omnes vertere. Itaque universa jam Curia in pace potiti cives ac e truculentissimae tyrannidis jugo patria liberata, ad singulas portas concurrere; unde qui praesidio fuerant collocati, metu perculsi, alii se continuo surripuerunt, alii persuasi ultro portas dedidere. Una relinquebatur porta, Romana denominata, quae, firmissimo munita praesidio, nullis neque suasionibus neque minis concedebat, freta illa quidem vel audacia vel formidine Ambrosii Triulcii; is enim unus, perinde ac in porta princeps, reliquis civibus acerrime omnibus resistebat, non ideo quod repugnare posset et quae gerebantur, sed quia, posteaquam' animadvertit nullam ejusmodi pestiferae libertatis spem esse relictam, novitatis *c. 990* principibus socium se adjungere voluisset, quo Francisci animum eo beneficio sibi reconciliaret. Sed ubi multi eum perhumane sunt allocuti et Melchior Marlianus affinis non solum adhortaretur, sed et rogaret oraretque ne a ceteris civibus unus dissentiret maximumque et imminentissimum periculum prospiceret, vix tandem coactus concessit.

Quibus rebus confectis, cum jam universa civitas nihil contra sentiret, sed omnes rem bene gestam laudibus ferrent ad coelum diesque iam illuxisset, primarii cives de agendis ineunt consilium; con'venerunt igitur omnes in idem Sanctae Mariae Scalaris templum, unde MUR., 600 tam praeclari facinoris, ut demonstravimus, emanarat initium. Multa sunt in ea consultatione agitata, diu ac multum inter se viri disseruerunt, cum plures vellent liberam civitatem et principem nullum admittere: nonnulli Francorum regem, Sabaudianorum alii ducem, alii Alphonsum regem accersendum censerent, qui tanti principatus administrationem susciperet, aliis pontifex maximus placeret, Venetos cuncti odisse, Franciscum Sfortiam nominare nemo audere, sive propter recens bellum, quo in tantam esuriem universus populus esset redactus, sive ob priscum odium, quo fere omnes in eum erant' accensi, quia cum Venetis societa- *c. 991* tem inisset; quo factum est ut in tam variis civium voluntatibus nil sani consilii discerni posse videretur. Tum Gaspar, aut quod ita sentiret, aut quia Francisco, sub quo, ut diximus, diu meruerat, summo esset affectus studio, sic accurata oratione ostendit nihil magis reipublicae mediolanensi commodo fore, quam si Franciscus Sfortia in civitatem reciperetur; itaque omnium primum demonstravit de statu publicae libertatis nullam haberi posse rationem, non modo quod intestinis discordiis ac seditionibus universa civitas laboraret, verum etiam quod omni exhausta pecunia amplius bellum sustinere, undique hostibus circumsepta, in tanta rei frumentariae penuria intolerabilique fame, nullo pacto posset; summum vero pontificem et Carolum atque Alphonsum reges propter longius locorum intervallum auxilio esse, qui posse dicerent, eos sua plurimum opinione falli; at sabaudianum ducem nullarum esse omnino

---

1. illico valvis patefactis ingreditur - ille confestim *esp.* — 4. et nusquam .... consulere *esp.* — 5. etiam *esp.* — 9. etiam, obviam *esp.* — 10. de .... fecimus *esp.* — 11-12. exanimus .... facto *esp.* — 12. nondum .... dimoverant *esp.* — 13. tanto facinore - in pace *esp.* — 17. denominata *esp.* — 17-18. vel audacia vel formidine *esp.* — 18. Ambrosio Triulcio - enim — 19. omnibus *esp.* — 25. Quibus .... confectis *esp.* - civitas consentiret ac omnes — 26. bene, jam *esp.* — 26-27. de .... consilium *esp.* — 27. igitur omnes *esp.* — 28. multa *esp.* — 29. agitata, viri *esp.* — 34. vetus *invece di* priscum - quo .... accensi *esp.* — 35. Cum *invece di* Quo .... ut — 42. vero *esp.*

virium: itaque aut Venetis, patriae nostrae antiquo aeternoque odio semper infestis, succumbendum esse, id quod omni morte calamitosius foret, aut Franciscum, Philippi ducis generum et adoptione filium, vel hereditario quodam jure admittendum, qui eo ingenio, ea humanitate et mansuetudine praeditus est, quod non reipublicae dominus, sed perinde atque com- [c. 992] munis quidam Mediolanensium omnium socius' atque pater futurus esset; praeterea neminem esse nisi eum, qui uno die et bello et rei frumentariae inopia oppressam civitatem liberare posset. Vix credibile est, quam brevi momento omnes omnium animi in eum ipsum Francisum conversi sunt; decretum est igitur, ut celeriter ad illum Gaspar ipse proficisceretur et quae esset publica voluntas, eum doceret et quamprimum urbem petere et ingredi hortaretur. Cum his de rebus tam diu quam noctu Mediolani gestis Franciscus crebris nuntiis factus esset certior, quorum primus Leonardus Gariboldus et quidam Aloisius tubicen fuerant, continuo hoc tam felici nuntio laetus Deo immortali gratias agit; deinde castrorum equitumque praefectos, praecipue Robertum atque Salernitanum, qui hostibus, ut praediximus, proximi erant, edocet, ut in armis sint, vel ad invadendos hostes, vel Mediolanensium ad urbem petendam primo nuntio signoque parati; ceterum Mediolanum celeriter mittit cum iisdem nuntiis ac ducibus, qui quo in statu res sint quidve opus sit facto cognoscant atque renuntient. Interim, ubi dies venit, convocato concilio, quidnam in praesentia sit utilius atque magis neces- [Mur., 601] sarium, 'aut in hostes toto exercitu proficisci, quos adeo repentina rerum mediolanensium mutatione perterritos facile arbitrabatur, aut Mediolanum properare civiumque animos, de- [c. 993 ee 1] positis' armis, ad bene quieteque vivendum confirmare proponit. Re diu multumque discussa, placuit maiori praefectorum parti in hostes fore celeriter contendendum, de quibus nonnisi victoria haberi poterat; at cum novissime Franciscus sententiam diceret, praefectorum consilium, urbe nondum in potestate recepta, improbat, deinde esse Mediolanum copiis properandum demonstrat. Eius igitur consilio communi omnium voce laudato, cum peditatus equitatusque delectu, quem tunc apud se habebat, celeriter Mediolanum ire contendit; cui in itinere nobiles civitatis quamplurimi obviam occurrunt, qui consalutatum congratulatumque ei et ut confestim ad capessendum urbis imperium maturaret, hortatum rogatumque venerant; paulo post vero Gasparem comperit ad se maturantem, qui itidem eum ad urbem celeriter proficisci hortatur, quod res nondum firmae, sed propter nonnullorum audaciam atque proterviam, qui eam rerum novitatem molestissime ferebant, nullo adhuc imperante, in magna erant trepidatione atque periculo positae. Quibus cognitis, male suos eo mane consuluisse ait, qui, praetermissa ad urbem profectione, ad invadendum hostem iter faciendum [c. 994] suasissent. Ceterum infinita paene populi multitudo, qua Franciscum' venturum existimabant, effunditur, quae urbe profecta et novi principis visendi studio et cibi ab advenientibus militibus petendi gratia, illi obviam ierat et adeo progressa est et tanta fuit hominum frequentia, ut ad decem passuum millia ager undique compleretur. Quibus esurientibus satis pro tempore a militibus ipsis gratis subvenitur, nam cum famelicos versus ituros se intelligerent, tantum quisque panis detulerat, quantum pro facultate poterat. Operae pretium quippe erat, circumspicere qua frequentia quave aviditate Mediolanenses panem e militum brachiis aut collo aut humero pendentem certatim capiebant quave voracitate edebant. Ex his vero propheticum illud multis erat in ore: " *Haec dies, quam fecit Dominus, exultemus et laetemur* " *in ea* ". Ubi autem ad Novam Portam ventum est, qua tutior futurus affirmabatur ingressus, propterea quod qui eam urbis partem cives incolebant, primi, ut demonstratum est, arma

---

1. patriae.... infestis *esp.* — 4. praeditus *esp.* - sit ut *invece di* est quod — 5. praeter eum *invece di* praeterea — 6. nisi eum *esp.* — 8. est igitur, ipse *esp.* — 10. tam.... gestis *esp.* — 11-12. certior per Leonardum Gariboldum et quendam Aloysium tubicinem continuo — 20. re.... discussa *esp.* — 21. fore *esp.* - contendere — 21-22. de.... poterat *esp.* — 22. cum novissime *esp.* - sententiam diceret *esp.* — 23. ac *invece di* deinde - copiis *esp.* — 26. civitatis, qui *esp.* - consalutant congratulantur — 27. ei *esp.* - hortantur — 27-28. rogatumque venerant — 28. vero *esp.* — 29. nondum.... sed, atque *esp.* — 30. proterviam, rerum *esp.* — 34. quae.... profecta *esp.* - tum, tum *invece di* et, et — 35. illi.... et *esp.* - tanta autem fuit — 37. cum.... intelligerent *esp.* — 40. carpebant — 40-41. edebant. Nonnullis erat in ore — 42. autem *esp.* — 43. cives *esp.*

sumpserant, fit ab Ambrosio Triulcio aliisque civibus perpaucis ingrediendi difficultas, tum quod ipsius portae aditus grandi materie repletus et occlusus ponsque interruptus esset, tum etiam quod prius in urbem quam dux reciperetur, de civitatis conditionibus' agere volebant. *c. 995 ee 2* Quare Franciscus perturbatus ad Gasparem reliquosque, qui aderant cives, conversus: “ *Hoc* “ *si praescissem*, inquit, *hucusque non venissem, sed alio his rebus tutiore consilio prospexissem* „. At Gaspar, qui liberum in urbem aditum omnium consensu illi patere dixerat, non modo pudore ductus, sed aliorum civium favore principisque praesentia incensus, Francisco ingressum negantes increpat datque operam celeriter, ut porta recludatur; quibus confectis, omissis civium postulatis, Franciscum recta introire urbem hortatur. Introductus igitur magna omnium laetitia excipitur, nam si foras magna confluentium civium multitudo obviam sibi exierat, maxima etiam intus exspectabat. Tum consalutationes laetissimae fieri, festivi clamores ad coelum tolli, ducale sfortianumque 'simul nomen omnes conclamare, omnes Fran- Mur., 602 cisco dexteram certatim attingere conari contractaque gaudere. Incredibile dictu fuit, quanta cum universae civitatis alacritate et exultatione urbem ingrediens Porta Nova exceptus fuerit; tanta et tam crebra tamque conferta populi multitudo eunti illi occurrebat ut, quod vix credi possit, etiam equus ipse, in quo insidebat, civium veluti humeris, multum spatii veheretur. Erat autem Franciscus Sfortia majestate quadam' supra mortalem, facie serena atque hilari, *c. 996* sermone mira suavitate condito. Quare non minus reverenter excipiebatur ab omnibus quam familiariter et ipse egregia quadam facilitate benignitateque omnes excipiebat. Ceterum omnium primum ad sublime celebreque beatissimae Mariae Virginis templum, quod media in urbe positum est, Franciscus petit, hic equo insidens, nam propter frequentissimos civium globos equo descendere non poterat. Confertissima inter armatorum millia Deo immortali Virginique pientissimae, misericordiarum matri, gratias agit; deinde in forum, quod Viridarium appellant, proficiscitur, quo in loco antiqua ac nobilis Marlianorum familia aedes possidet. Hic cum ita eques, ut erat, apud virum gravem Albertum Marlianum ante eius aedium limina familiaritatis gratia, aliquanto panis miliacii sumpto, modice bibisset, Carolum ad se vocat, huic mandat, ut cum peditatus parte in Curia praesideat, portarum arces communiat, tumultus rapinasque reprimat, arma deponi jubeat, nulli iniuriam fieri patiatur, cives omnes servari incolumes principem velle pronuntiandum curet; denique civitatis totius negotia ad suum usque reditum eius curae committit. Ipse per Orientalem Portam egressus et Vicummercatum, unde discesserat, rediens, dat 'operam, quo celerius civitas fame eximeretur et *c. 997 ee 3* affatim eo frumenti copia importetur; per universam ditionem suam pronuntiari quod cuique cibaria Mediolanum comportare volenti, omissa vectigalium exactione, impune deferre liceat; ex quo civitas intra triduum tanto commeatuum omnium genere abundare coepit, ut obsessa nunquam, aut fame pressa fuisse videretur. Civitatibus deinde imperavit, ut cumulatissime voluntati suae satisfacere conarentur et ob id ac etiam egentium pietate commoti viri cremonenses atque papienses magnam panis triticique copiam ex publico comparatam Mediolanum devehendam et in pauperes distribuendam curavere. His rebus constitutis, cum de hostibus equitando Franciscus sermonem faceret, Roberti nuntius advenit: ab eo cognovit Sigismundum venetosque legatos, ubi ex crebra ignium significatione, qui a nostris laetitiae gratia fiebant, de Mediolanensium deditione cognoverunt, re multis etiam nuntiis confirmata, gravi illico dolore affectos magnoque insuper timore perculsos esse; proinde commu-

---

3. etiam, civitatis *esp.* — 4. reliquosque .... cives *esp.* — 8. celeriter, quibus confectis *esp.* — 9. igitur *esp.* — 10. si.... confluentium *esp.* - sibi *esp.* — 11. etiam *esp.* — 12-13. Francisco *esp.* — 13-14. Incredibile .... fuerit *esp.* — 16. etiam, ipse in *esp.* - vehebatur *invece di* insidebat - civium .... spatii *esp.* - comportatus sit *invece di* veheretur — 19. egregia *esp.* — 20. ad sublime *esp.* - celebre - beatissimae *esp.* — 20-21. quod .... Franciscus *esp.* — 21. hic *esp.* — 23. pientissimae misericordiarum *esp.* — 26. familiarissime - gratia *esp.* — 30. suscipiat *invece di* eius .... committit — 31. reversus *invece di* rediens - dat operam *esp.* — 31-32. et .... importetur *esp.* — 32. licere *invece di* quod — 33. volenti *esp.* - absque *invece di* omissa — 33-34. impune .... liceat *esp.* — 35-36. Civitatibus .... cumulatissime *esp.* — 36-37. voluntati .... viri — 37. eiusdem precibus Cremonenses — 38-39. His .... faceret *esp.* — 39. Interea Roberti — 42. proinde *esp.* — 42-l. 1 p. 342. communicatoque

nicato consilio, cum cis Adduam commorandum sibi amplius non videretur, praemissis impedimentis relictoque in postremis peditatu, flumen summa celeritate trajecisse eorumque novis- c. 998 simum agmen Robertum Salernitanumque invasisse, sed ob nostrorum pauci'tatem ita hostes pugnam sustinuisse, ut copias ultra flumen incolumes reduxissent; quo flumine superato, pontem fregisse. Post ubi Vicomercato ad multam noctem appulit, mox et romano pontifici et cunctis fere italicis potentatibus et plerisque etiam exterae nationis regibus atque principibus, de parto mediolanensi imperio communicandae laetitiae gratia literas dari jubet et Mur. 603 Angelum 'Simonetam et Nicolaum Arcimboldum, quos anno superiore ad Alphonsum regem legatos miserat, ad se, rebus praetermissis omnibus, revocat. Eius autem legationis mittendae causa fuerat, ut cum eo rege, qui tunc cum Venetis maritimo bello contenderet, societatem legati inirent, auxilium conficiendi mediolanensis belli peterent et ad ulciscendas adversus communes hostes injurias vehementius volentem impellerent. Quas quidem res facile a potentissimo et lacessito iratoque rege impetrari posse arbitrabatur, cum praesertim accessisset ad haec, quod saepe eum dixisse ferebatur, libenti se animo foedus cum Francisco percussurum auxilioque sibi adversus venetos mercatores futurum, si ex suis aliquem ad se mitteret, quo cum his de rebus agere posset; idemque postea Palermus neapolitanus, fami- c. 999 liaris regius, Francisco coram affirmarat. Sed ignoratur, quo pacto post' legatorum adventum rex, mutato consilio, Pisleonum oppidum et urbem Parmam, si de societate auxilioque petito transigendum esset, tradi sibi postulasset. Deinde post biduum Moguntinos, Comenses atque Bellincionenses, quos ex omni Longobardia dumtaxat in fide Mediolanenses continuerant, in deditionem accepit; praefecti quoque arcium, eodem usi consilio, ei sese nullo negotio permisere.

His rebus confectis, cum exercitum diuturno labore hiemisque tempore jam prope confectum, reficiendi causa, dividi oportere animadverteret, neque defatigatis etiam tot maximisque bellis Longobardiae populis adversus Venetos in bello perseverandum judicaret, in omnes civitatum fines distribuit. Idem faciunt Veneti; praecipue Picininum, quem suo stipendio conduxerant, in Brixianis considere jubent; peditatum in Bergomensibus atque Transadduanis collocant, Sigismundum in Flaminiam Picentesque remigrare permittunt pontemque praeterea, quem paucis ante diebus in Addua apud oppidum Ripaltam lintribus construere coeperant, lignea materie conficiendum curant; neque enim ulla vi aut arte ab eo opere Mur. 604 repelli potue'rant, quod ab altera fluminis ripa oppidum erat, ab altera ramus quidam a c. 1000 flumine ipso derivatus e regione oppidi defluebat, qui' nullo vado transiri quiverat insulamque quandam parvulam efficiebat; ibi castellum fascibus, cratibus, tignis et cespitibus construxerant; quae res, pugnantibus saepe nostris, ita obstabat, ut minus coepto ab opere hostes amovere possent. Profectis vero in hiberna militibus, Franciscus Moguntiae aliquot dies manendum sibi censuit; quod oppidum est et satis amoenum, Mediolano propinquum, ubi aedificata est domus amplissima, fossa duplicique muro munita. Et quoniam, nisi pacatis mediolanensium civium rebus, quo securiore jucundioreque animo ibi esse posset, proficiscendum sibi in urbem non videbatur, ad sextum kalendas apriles profectionem eam differendam constituit; accessit ad hoc etiam, quod is dies ob salutarem Beatae Virginis Annuntiationem annua festivitate celebris et ad Dei honorem et ad pompam pro principatus dignitate aptior visus esset. Interea res urbanas componere studet, viros graves rerumque peritos designat, quorum alii negotiis publicis intendant, alii jus populis reddant, alii aerario praesint; eos autem cives, qui novissimum magistratum gesserant, quoniam universa paene civitas ob multa ab eis impie crudeliterque gesta, incredibili capitalique odio insequebatur, c. 1001 velut etiam eam fortunae ac' imperii felicem mutationem deflentes, partim Papiam, partim

1. sibi *esp.* — 9. autem *esp.* — 12-14. Quas.... quod *esp.* — 14. Alphonsum *invece di* eum — 15. sibi *esp.* — 19. Modoetienses *invece di* Moguntinos — 20. dumtaxat *esp.* — 26. suo stipendio *esp.* — 27. Brixiensibus — 35. vero *esp.* - Modoetiae *invece di* Moguntiae — 36-37. ubi.... munita *esp.* — 40. accessit.... etiam *esp.*

alio relegavit; Ambrosium vero Triulcium, Antonii fratris filii causa, quem ob singularem veteremque eius in se fidem atque gratiam unice diligebat, iure suo in agro mediolanensi nunquam discedere iussit; at Ossonam et Applanum, qui, uti ostendimus, praeter ceteros in nobilitatem saevierant et ob id mortis metu latitabant, carcere servandos imperavit. Dum Moguntiae Franciscus moratur, magnus civium mediolanensium numerus ad eum quotidie confluebat, quorum pars eius revisendi contemplandique studio, pars gratulandi et consalutandi gratia illum adibant. Fuere autem inter eos ex nobilitate cives complures, qui proxima falsae libertatis tyrannide multis variisque contumeliis atque iniuriis affecti novoque imperio laeti, simul hanc, uno tantummodo in multorum conspectu verba faciente, ad Franciscum orationem habuere: " *Cum ex felici jucundissimoque primo tuae sublimitatis in mediolanensem urbem ingressu, invictissime princeps, revocata sit mirum in modum universae civitatis facies, quae paucorum prius perditorum hominum fraude seducta crudelique tyrannide dilacerata, nunc denique tuae serenitatis lumen atque splendorem faustis oculis contemplata est unoque et eodem brevissimo temporis 'momento triste bellum cum suavissima pace, intestinas* c. 1002 *domesticasque seditiones cum tranquillo otio, intolerabilem famem cum rerum omnium opulentissima ubertate, tuae sublimitatis divino beneficio commutavit. Incredibile est, quanto tui desiderio universa civitas ipsa exarserit quantove studio exoptet facultatem sibi dari, ut clementissimo tuae serenitatis aspectu quam diutissime perfruatur. Quod tantum commune omnium desiderium et ardorem ingenti laetitia explevit perlata recens in urbe fama et exstante hesterna concione summo cum applausu confirmata, te, antequam ad proterendos subigendosque hostes proficiscare, velle demum urbem tuam Mediolanum cum decreto tibi jure triumpho revisere tuaque praesentia aliquot dies recreare. Quid enim optabilius audiri, quid gratius quidve jucundius intelligi potuit? Aequiore siquidem animo deinceps te feliciter bella gerente, desideria nostra sustinebimus et eo maxime quod cum tanta sit apud omnes divinae tuae virtutis opinio, auctoritas nominis cognitaque rei militaris scientia et perpetua in gerendis bellis felicitas, quanta cuiquam prorsus mortalium contigit, jam sane persuasum est omnibus nobis, te parta propediem justissima de ingratis jamque perterritis hostibus victoria* c. 1003 *cum speciosissimo secundo triumpho, in 'urbem tuae sublimitati fidelissimam brevi rediturum. Et quisnam tuis in manibus jam certam esse victoriam dubitaverit, si divinas virtutes tuas contempletur? Sed dum brevitati studeo, inauditam seculis nostris clementiam tuam cursim praetereo, quae sola hominem Deo proximum facit; qua cum semper in omnes usus fueris, non minus parcere quam vincere assuetus, nuper vero eam maxime ostendisti, cum praeter spem et eorum, quae egissent, conscientiam, incolumes eos esse jusseris, qui non tam tibi, quam communi patriae obstinatissimo et capitalissimo odio sunt adversati. Et cum hactenus de hostibus semper victoriam reportaveris, nunc vicisti profecto victoriam ipsam, quae de sui natura cum sit insolens et superba, nihilo tamen te reddere potuit elatiorem, nihilo quam antea minus humanum atque clementem, quin cum ceteris virtutibus reliquos duces ac principes facile omnium judicio superes, hac una clementia te ipsum superasti. Sed non omnia persequi tam brevi spatio datur; illas tantummodo imperatorias, quas dixi, virtutes in te sitas enumerando magis quam enarrando attigisse satis fuerit. Quis enim 'vel admirari sufficiat* Mur., 605 *summum in providendo consilium, industriam in agendo, celeritatem in conficiendo? Quis rursus tantam in obeundis periculis et corporis et animi fortitudinem' audivit unquam? Quis* c. 1004 *tantam in dignoscenda temporum ac locorum opportunitate prospicientiam? Quis insuper tantam parta victoria modestiam et temperantiam et in regendis populis innocentiam, fidem,*

---

1. vero - Antonii nepotis ex fratre precibus donatum quem — 2. eius, atque gratiam *esp.* — 2-3. diligebat, rus in perpetuum relegavit at — 3. ut ostendimus *esp.* — 5. Modoetia *invece di* Moguntiae - Franciscus *esp.* — 6. tum *invece di* quorum.... eius - tum *invece di* pars — 7-p. 345 l. 21. illum.... triumphamus *esp. e sostituito dalle seguenti parole:* Ab iis carmina, ab iis elegantissimae orationes subinde recitatae sunt, cum de rebus ab eo praeclarissime gestis, tum vero de reliquis eius virtutibus certatim quisquis verba facere adniteretur P — 11. renovata *invece di* revocata — 28. pulcherrimo *sostituito a* speciosissimo, *poi ambedue esp.*

" *sapientiam incredibilemque in admittendis ad se omnibus ac audiendis etiam infimi subsellii*
" *hominibus benignitatem et facilitatem parem nedum legendo comperit, sed ne suspicando me-*
" *ditatus est? Ad scientiam rei militaris brevissime transeo. Qua una quis te unquam vel ma-*
" *ximus quivis imperator magis instructus, qui incunabula tua et primae tyrocinia pubertatis*
" *intra ipsa paterna castra deposuisti? In castris natus patriis, nutritus in armis, singulari*
" *quodam omine divinaque providentia jam princeps futurus videbaris; supra aetatem igitur*
" *et ante omnium exspectationem patrias artes adhuc puer induisti, signa ducere, fortiter*
" *facere, hostem vincere, victis vero divina etiam virtute ignoscere. Itaque non immerito sub-*
" *secuta est hanc tantam rei bellicae scientiam, maxima tui excellentissimi nominis auctoritas,*
" *quam hostes etiam ipsi verentur atque formidant. Quoties illud miraculo simile visum est,*
" *ut pugnantibus hostibus tuas adversus acies longe numero superioribus, ubi in ipso belli fre-*
c. 1005 B 1 " *mitu conspectus est tuae maiestatis fulgor, concidisse pronos ex' hostibus permultos et, po-*
" *sitis telis, tuam sublimitatem fuisse veneratos? Interrogare hoc loco mihi libet peritissimum*
" *quemque rerum gestarum, cui unquam maximorum exercituum imperatori tanta nominis au-*
" *ctoritas, tanta contigit majestatis veneratio? De felicitate vero tua tam breviter parciusque*
" *loqui propemodum erubesco, quae pulcherrimis ac longissimis est annalibus referenda. Si-*
" *quidem tibi imperatorum omnium felicissimo nunquam fortuna supra animum fuit; nam cum*
" *universam Italiam victoriis et triumphis tuis repleveris commissoque toties proelio nunquam*
" *nisi victoriam reportaveris et quod, de magno Pompeio a Cicerone relatum est, pluries cum*
" *hoste vincendo conflixeris, quam quivis alius cum adversario concertaverit, maius tamen quid-*
" *dam, quam quod a mortali viro confici possit, in admirabili virtutum tuarum splendore et*
" *continua felicitate homines intuerentur. Ignosce, clementissime princeps, pauca mihi e plu-*
" *rimis pro temporis angustia recensenti; illud enim unicum silentio praeterire nefas duco, in*
" *quo quanta esset imperatoria tua virtus, haud obscure apparuit: aggressus tua castra in Pi-*
" *centibus audacissime, ut solebat semper, Nicolaus Picininus, is qui magnis urbibus et populis'*
c. 1006 " *terribilis erat ac viribus et exercitibus etiam invictus habebatur, conserta saepe pugna, acer-*
" *rimo marte a te semper victus, superatus et profligatus est, nec minus paulo post tempore*
" *filios ac potentissimum Eugenii romani pontificis exercitum fudisti atque fugasti et Fran-*
" *ciscum Picininum natu majorem inter ceteros belli duces cepisti; quibus solatio certe fuit a*
" *maximo duce fuisse superatos. Sed quid tempore aut loco remotiora quaerimus, cum nuper*
" *ipsi et audiverimus et viderimus, non ausas esse maximas venetorum equitum ac peditum*
" *copias cum omni eorum bellico apparatu, non dicam manum conserere, sed ne propius qui-*
" *dem castra movere; verum ubi se munitissimis locis diutius continuissent, cum primum Medio-*
" *lanum se fidei tuae dedidisse cognoverunt, praecipiti fuga trans flumen Adduam salutem sibi*
" *quaesiverunt. Cum iis igitur hostibus nunc tibi res gerenda est, quos olim, cum te amicum*
" *sibi et auxiliatorem sano usi consilio habere studuissent, solus ab imminenti excidio et ruina*
" *liberasti; rursus cum ingrato, ut solent, usi animo te sibi hostem effecerunt, eorum militiam*
" *omnem copiasque maximas fortissime ad Caravagium stravisti ac profligasti, instructissimas*
c. 1007 B 2 " *classes' delevisti, munitissimas urbes vi subactas ab eorum manibus eripuisti. Quas ob res*
" *adversus hos tam ingratos totiesque victos hostes consumatam cernimus praesto tibi adesse*
" *victoriam, cuius deinceps maxima et certissima te praemia manent tot inclitae urbes, tot fre-*
" *quentes populi, tot fertilissimi agri, qui tibi paterno avitoque ducatus jure debentur tuaeque*
" *clementiae sinu confoveri avidissime praestolantur. Nobis vero et universae huic patriae tuae*
" *mediolanensi perpetua pax securissimam quietem exoptatissimaeque felicitatis fructus est pa-*
" *ritura. Secundis igitur rebus incumbe, oramus, obsequentemque tibi fortunam laetus ample-*
" *ctere, nec enim humano solum consilio haec tanta fiunt, sed divina providentia, cui tu reli-*
" *giosissime servis. Et illud etiam maxime mirabile sit, inter continuos armorum strepitus,*
" *semper tamen a te divine majestatis cultum religiosissime servari. At nos interea, dum expe-*

---

48. devotissime *sostituito a* religiosissime, *ambedue poi esp.*

“ *ditionem bellicam paras, solabitur maxime et recreabit tuae sublimitatis aspectus ac pulcher-* “ *rimae et pudicissimae coniugis Blancae Mariae praesentia, quae magni quondam Philippi* “ *Mariae ducis unicum germen tuaeque felicitatis pars non minima, parens foecunda, pulchra* “ *te prole parentem fecit; illa, inquam, diva Blanca' nostram felicitet urbem, illa matronarum* c. 1008 “ *nostrarum frequentia celebretur, illa regios a nobis honores accipiat ac sua pariter munifi-* “ *centia, clementia reliquarumque virtutum suarum splendore Mediolanensium urbem illustret.* “ *Ceterum cum praestantissima omnia et animi et fortunae bona Majestas Divina in te con-* “ *gesserit, nec etiam quae corporis sunt, desideranda reliquit, sed eius rei certissima fides oculis* “ *nostris subjicitur; admirantes enim non sine summa animorum jucunditate decentissimam cor-* “ *poris tui proceritatem, absolutissimam membrorum compaginem et lineamenta, intuemur pro-* “ *fecto ipsum corpus tuum et ad militiam perferendosque labores et ad speciem ac decorem a* “ *summo opifice Deo omni ex parte pulcherrime fabricatum atque perfectum. Itaque glorientur,* “ *quantum libet, antiqui vates, aurea Saturni secula praedicantes, quin et Romanis ipsis rerum* “ *dominis faustum fuerit, Augusto imperante, vivere contigisse, pro cujus salute nummi aurei* “ *quotannis in Curtii cloacam congerebantur. Nobis multo major ac melior spes et dies illuxit;* “ *nos longaevae felicitatis et gloriae munera, te principe, allata et videmus et sentimus; exempti* “ *enim per te sumus et liberati cunctis hostilibus insidiis, seditionibus intestinis calamitatibus-* “ *que teterrimis; nulla non modo adversa formidantes', sed in summa triumphorum tuorum* c. 1009 ff 3 “ *exspectatione positi, summam tui nominis et urbis nostrae, immo tuae, gloriam jam limine* “ *ipso intenti adesse confidimus. Nos te clementissimo principe gloriamur, nos te invictissimo* “ *duce nostro triumphamus* „.

Ut vero dies ingressui dictus venit, Franciscus ad viam, quae e Mediolano Papiam ducit, non procul a Ticinensis Portae suburbiis mane se contulit. Huc jam, ut erat constitutum, Blanca coniux adventaverat, quam Galeacius puer et Alexander magno cum legatorum et praestantium mulierum numero ex civilibus accersito comitabantur. His equitum praefecti bellique duces ornamentis militaribus mirifice compositi, paucis cum delectis equitibus turmatim instructi addebantur. Cives vero mediolanenses, qui novum ducem recipiant, urbis' Mur., 606 primores constituerant, utque ejus in urbem honorificentior foret ingressus, currum sibi triumphalem et umbraculum praeterea serico albo auro intertexto, quorum altero pro voluntate uteretur, paraverant. Quibus rebus comparatis, cum ingenti civium multitudine maximaque omnium laetitia principum adventum pro porta espectabant. At Franciscus, qui pro sua modestia, ut coram laudari aequo non ferebat animo, sic etiam pompas hujusmodi abhorrebat, quod regum hanc esse maximorumque principum superstitionem diceret, et currum ascendere et umbraculum subire negavit. Itaque urbem ingressus, recto itinere incredibili poene populi concursu ad sa'crum maximumque Beatae Virgi'nis Mariae templum proficiscitur; hic c. 1010 Mur., 607 cum ad ipsius templi vestibulum constitisset, veste alba sericea ad pedes usque effusa induitur, quam duces pro more in ipsius principatus assumptione induere solent; deinde cum Blanca coniuge sedens, dux jam Mediolanensium electus, Guarnerio Castilioneo magni consilii magnaeque doctrinae et eloquentiae viro dicente, ducali dignitate insignitur atque sublimatur et una omnium voce consalutatur; mox deinde cives, a portis singulis urbis electi, jurejurando deditionem fidemque perpetuam confirmarunt; imperii sceptrum, ensem, vexillum, portarum claves et sigillum, quo priores Mediolanensium duces usi fuerant, ad verae imperii ipsius translationis documentum, tradiderunt. Itaque ex eo tempore pro civitatis jure et auctoritate a cunctis nationibus, praeterquam a Frederico tertio, Romanorum imperatore, quod mortuo sine liberis maribus Philippo Longobardiae principatum ad imperium rediisse, et a Carolo, Francorum rege, quod Philippo ipsi in eo principatu Aurelianensium ducem

---

24-25. Blanca uxor advenerat cum Galeacio filio et Alexandro magnoque legatorum et matronarum numero. His — 26. bellique *esp.* - ducesque — 28. esset *invece di* foret - sibi *esp.* — 29. umbrellam - praeterea *esp.* — 29-30. quorum.... uteretur *esp.* — 34. umbrellam *esp.* — 37. duces de more in auspicando principatu induere *esp.* — 39-40. atque sublimatur *esp.* — 40. deinde *esp.*

consanguineum suum hereditario jure successisse dicerent, Mediolanensium dux semper est appellatus. His peractis, Galeatium primogenitum suum Papiensium comitem nominat; deinceps Gasparem Vicomercatum comitatus titulo decorat, qui postea Valentia nobili oppido in ipsius tituli honorem meritorumque gratiam donatus est. Dies deinde quinos in urbe cele- c. 1011 B 4 brandos indixit, quo tempore ad communicandam cum novis subditis, conceptam ex tan'to dono coelitus dato laetitiam, convivia lauta, magnifica et sumptuosa peregit et ad ea non modo reliquarum civitatum, quae suo parebant imperio, proceres accersiti, sed frequentes etiam ex Mediolanensium primoribus utriusque sexus benigne invitati convenere atque discubuere. Quicquid autem infra prandium coenamque intercedebat temporis, id totum placidis hinc choreis, illinc laetis hastiludiis trahebatur: quem quidem ludum armati equites bini, currentibus equis, invecti, conversis invicem hastis pari longitudine et tricuspide ferro praefixis exercebant; quos ad laevam scutum tegebat in medio linea quadam signatum, hanc infra adacti ictus inanes habebantur, supra vero quanto feriebant altius, tanto gloriosius ducebatur: quin etiam si cassidem e regione frontis lancea attingebat, pro singulis ictibus duplices annotabantur. His dati cum legibus ipsis a Francisco judices erant rei militaris et ludi ejusdem peritissimi, ne quis sua laude fraudari posset, quo fiebat, ut omnes cum proposita praemia, quae quisque pro gloria maxime appetebat, tum etiam eorum, qui spectaculo aderant praesentia in primisque dux ipse, quem suae virtutis testem habebant, ad pugnam admodum inflammarent. Hic pulcherrimum erat, confractis hastis, volitantes per aëra truncos cernere; alios equites impares congressos validioribus cum illatos ictus perferre non possent, nunc Mur., 608 dejectos ephippiis humi semianimes prosterni, nunc vacillantes, pendulos'que et resupinos c. 1012 interdum, ut cadere viderentur,' resumpto spiritu certamen redintegrare. Quibus rebus facile accidebat, quod erat necesse, ut perinde ac suum quemque movebat studium aliique aliis favebant, ita ex vario eventu in timore spes et in spe timor saepius oriretur. In eodem fere certamine ordo alter equitum versabatur, quem Franciscus in speciem laetioris spectaculi inter sese congredi jusserat: paribus instructi armis erant, verum aequata cuspide ferro et iis ephippiis, quae nulla haberent retinacula et theutonica ab usu illius gentis appellantur. Quibus cum haud facile equites stare possent saepiusque ictuum impulsione dejicerentur, ingentem spectatoribus risum movebant. Centum dehinc et quinquaginta viros tam ex iis, qui tum simul discubuerant, quam ex aliis, qui ad eum ex omnibus imperii finibus gratulatum venerant et secum multis veteribus recentibusque officiis obstricti erant, ad equestrem auratae militiae ordinem evexit, quos deinde laetos et pro cujusque merito collaudatos donatosque domum remisit.

His rebus peractis, omni Longobardia pacata, tanta est de belli eius confectione in omnes partes perlata opinio ut, etsi antea Francisci nomen ob magnum virtutum suarum culmen, ubique celebre et gloriosum erat, magis ac magis tamen per universum ferme terrarum orbem c. 1013 B 5 increbresceret existimatioque simul eius ac potentia, summa cum' virtute conjuncta, pro maximis haberentur. Quibus rebus adductus, Nicolaus pontifex summus cum literis tum nuntiis et patris et amici gratulando officium amanter persolvit et Florentini in primis ob veterem etiam singularemque inter eos amicitiam incredibili poene laetitia affecti, egregiam ad eum legationem gratulatum misere; fuerunt namque ei legationi praepositi ex primariis Florentiae urbis civibus viri praestantes quatuor, Petrus Medices, Cosmi filius, Nerius Capo, Gini filius, Lucas Pictus et Detesalvius Nigius, Neronis filius, qui ingenti honore laetissimaque fronte a Francisco excepti sunt, dies quamplures Mediolani in deliciis fuere. Idem fecere Genuenses,

---

7. quae.... imperio *esp.* — 10. illinc hasticis ludis trahebatur - quem quidem ludum *esp.* — 12. committebantur *invece di* exercebant - hos *invece di* quos — 14. etiam *esp.* — 31. et secum *esp.* - obstrictos - erant *esp.* — 31-32. auratae militiae *esp.* — 32. ordinem dignitatemque evexit - collaudatos *esp.* - donatos — 34. de *esp.* - huius *invece di* eius - confectione *esp.* — 35. ob.... culmen *esp.* — 36. et gloriosum *esp.* — 39. et *esp.* — 40. etiam, inter eos, poene *esp.* — 41-42. fuerunt.... quatuor *esp.* — 43. filius legationis principes fuere qui P — 44. sunt, idem fecere *esp.* — 44-l. 1 p. 347. Genuenses quoque qui

qui eo bello grandi illum pecunia juverant, Senenses, Lucenses, Anconitani et plerique non tam italicae quam transalpinae gentis principes atque respublicae. Solus Alphonsus rex ac Veneti eo tempore, ubi nullum erga eum benivolentiae argumentum ostenderint, suae virtuti invidere eiusque fortuna ac felicitate ei indolere visi sunt. Interim quoniam res mediolanenses non satis firmae tutaeque videbantur, cum populus frequens assuetus armis recentisque' fucatae libertatis memor, dirutis prostratisque paulo ante arcibus, nimia licentia liber *c. 1014* quodammodo esset, cunctas urbis portas Franciscus munire curavit et antiquam Jovis Portae arcem funditus, ut initio demonstravimus, excisam, magna celeritate instaurare coepit; quam insequentibus annis magno suo sumptu non modo, ut ante steterat, erexit, sed amplificavit et admirabili opere murorumque structura quam munitissimam reddidit.'

---

2. respublicae ad Franciscum legatos gratulatum miserunt. Solus P — 3. ubi *esp.* — 3-4. argumentum ostendere virtuti fortunae ac felicitati eius invidentes. Interim — 9. suo *esp.*

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER VIGESIMUSSECUNDUS

Eo anno, qui fuit a Natali christiano quinquagesimus et quadringentesimus supra mille Franciscus quievit a militari quotidianoque labore, quod sibi, posteaquam a literarum disciplina a patre in militiam revocatus fuerat, nunquam seu raro contigerat. Quievit etiam Italia omnis a bellorum motibus atque incommodis, quibus per superiora tempora terra marique pluribus in locis saepe vexari solita erat, nam dum ea, quae supra retulimus, bella in Gallia Cisalpina gererentur, Alphonsus rex in Etruscis grave Florentinis bellum intulerat; Veneti quoque cum eodem rege in Siculis valida classe contenderant, sed, compositis postea inter se rebus, in pace atque amicitia vivebant. Soli eo tempore Genuenses, qui fato quodam civilibus intestinisque discordiis laborare consueverunt, terra marique externis petitis auxiliis bello continenter exagitabantur. Interea vero Guilielmum monferratensem, quem Papiae retentum supra' ostendimus, in libertatem restituit; urbem Alexandriam cum omnibus adjacentibus oppidis, quae in illius erant potestate, ultro ab eo recepit; Ludovicum, Mantuanorum principem, in amicitiam sibi ascivit, stipendio affinitateque obstrinxit. Quam quidem rem Carolus, quod gravi simultate fratrem prosequebatur, adeo moleste tulit, ut non modo Venetos ad redintegrandum adversus Franciscum bellum secreto cohortaretur, verum etiam se ad eos suis copiis transiturum polliceretur ac facile totius Longobardiae imperio illos potiri posse demonstrabat, nam neque diuturno bello, neque multo negotio Franciscum in principatu recentem atque pecuniae amicorumque inopem, aut rebus omnino spoliaturos, aut subacturos minime dubitabat. Haec ubi Franciscus intellexit, Ludovico renuntianda curavit; qui, etsi graviter admodum ferebat pro ejus animi integritate egregiaque in omnes fide, quae frater contra ejus nominis decus familiaeque Gonzagae dignitatem et antea egisset et in praesentia moliebatur, tamen Franciscum rogat, quo nihil in fratrem gravius statueret consuleretque suarum rerum saluti, quoad fieri possit, absque fraterni honoris offensione. At Franciscus, ubi in dies magis atque magis de Caroli perfidia fugaque cognoscit, illum retineri ac in Binaschi arce custodiri jussit, qui nec quae cum Venetis egisset,' nec fraterno se odio impulsum egisse negavit. Quo facto, Derthonam in suam resumpsit Franciscus potestatem; quae urbs, ut demonstratum est, a Carolo possidebatur, idemque de equitatu peditatuque actum est; verum non multis post

c. 1015 MUR., 609 — *c. 1016* — *c. 1017 g 2*

---

4. sibi *esp.* — 6. fecerat *invece di* seu.... contigerat - etiam *esp.* — 10. inter se *esp.* — 11. eo tempore, qui *esp.* — 12. soliti *invece di* consueverunt — 15. mantuanum principem propter opinionem sapientiae et rei militaris scientiam in P — 16. quidem *esp.* — 18-21. ad eos transiturum pollicetur. Haec — 25. ne quid *invece di* quo nihil - si *invece di* quoad — 26. At *esp.* — 28. nec, nec, se *esp.* — 28-30. egisse non negavit. Quare Derthonam, quae a Carolo possidebatur, equitatum peditatumque Franciscus abstulit, verum P

diebus illum Ludovici precibus liberavit, quem cum frater praescriptis e locis non abiturum recepisset, in Novariensium Papiensiumque trans Ticinum fines relegavit; sed, his spretis, ad Taurinenses primo, deinde per Genuenses perque Lunenses, relictis omnibus, ad Venetos profugit.

Sed enim, etsi Longobardorum provincia post multos ac varios bellorum casus variasque temporum conditiones atque calamitates, quas quadriennio pertulerat, biennio quieverit et Mur., 610 pacis commoda consecuta fuerit, acerbissima tamen pestilentiae calamitas eam 'invasit; nam, ut plerumque propter praeterita incommoda iis locis accidere solet, ubi diu bellum gestum est, in graves primo populosissima Mediolanensium civitas aegrotationes incidit, deinde in morbos pestiferos devenit; quo malo per loca evagato, nulla Longobardiae pars effugere potuit, quin maximam pestis vim anno fere integro perpessa fuerit. Accessit ad haec mala, quod eo tempore sanctum Romae jubilaeum Nicolao pontifice quarto celebrabatur, cujus gratia cum magna omni ex christiana natione multitudo eo conflueret et transmontani com- *c. 1018* plures per Galliam' nostram Cisalpinam iter facerent, civitates in ipso itinere positas morbo inficere coeperunt: Placentia enim primo inficitur, quae civitas ingentem defunctorum cladem pertulit; dehinc Laus propter vicinitatem eodem morbo labefactatur, sed, divina ope et Francisci diligentia servata, parum detrimenti accepit. In autumno vero ejus anni atque hyeme, Mediolani coepit pestis serpere, ineunte vere sequentis anni invalescere; aestate vero tantum incrementi sumpsit, ut saepe ducenta aut etiam amplius hominum capita singulis diebus obirent; nec ullo humano auxilio occurri potuit, donec circumacto graviore anni tempore hiems et frigorum siccitas finem pestilentiae imposuit et, cum mortuorum numerum perquireret Franciscus, relatum est ei triginta millia hominum capita, non inclementia coeli aut aëris intemperie, sed pestis iniquitate atque contagione, Mediolani periisse. Ceterum Franciscus cum universum ejus imperium, tam proximo bello quam recenti morbo defatigatum labefactatumque videret, de pace sibi magis quam de bello cogitandum judicat; proinde ad Pasqualem Maripetrum et Jacobum Antonium Marcellum venetos in Transadduanis legatos mittit, qui dicerent, se recentium injuriarum oblitum pacem cum Venetis esse facturum, si Bripiensium *c. 1019 gg 3* arcem pontemque sibi restituendum' et alterum in Addua apud Ripaltam aedificatum rescindendum jusserint. At Veneti, qui cogitationem eorum omnem ad occupandum Longobardiae imperium verterant, de his per legatos certiores facti, pollicitam modo pacem, non autem postulatas conditiones placere sibi responderunt. Forte per idem tempus magna inter eos et florentinum populum mercaturae gratia dissensio orta est, ob quam Florentini, qui in Venetis negotiabantur, senatus edicto omni ex Venetorum ditione non sine gravi eorum ignominia atque iactura ejiciuntur atque deinceps iisdem locis negotiatione prohibentur. Quibus ex rebus Florentini quam graviter perturbati atque irritati, ad Franciscum Detesalvium Nigium, Mur., 611 virum in civitate praestantem, legatum mittunt, qui de foedere cum 'eo agat. Accesserat ad hoc etiam, quod praescriptum societatis tempus inter eos initae effluxerat, qua obstricti multos per annos gravia cum Philippo bella gessere. Legato humanissime accepto, alacri quidem animo Franciscus veterem singularemque inter eos necessitudinem novo foedere firmandam comprobavit; facile igitur eo foedere percusso, quod ad quintum et vigesimum annum pro communi rerum salute duraturum voluerunt, Florentini ob acceptam injuriam,

---

3. relictis omnibus *esp.* — 5. Sed .... provincia *esp.* — 6-7. quas .... fuerit *esp.* — 7. tamen, eam *esp.* — 10. devenit *esp.* — 11. sit *invece di* fuerit — 14. pestilentia *invece di* morbo — 15. enim *esp.* - inficitur .... civitas, defunctorum *esp.* — 16. labefactatur *sostituito da* corripitur; *poi ambedue esp.* — 19-20. saepe supra ducentos singulis diebus periisse compertum sit nec — 21. pestilentiae *esp.* — 22. et, ei, hominum capita *esp.* — 22-23. corruptione *invece di* intemperie *esp.* — 23. sed huiusmodi veneni contagione — 24. pestilentiae clade *invece di* morbo — 25. videt *invece di* videret - magis .... bello *esp.* — 29. eorum *esp.* — 30. de.... facti *esp.* - oblatam *invece di* pollicitam - modo *esp.* — 31. id *invece di* idem — 32. Florentinos *invece di* florentinum - populum, est .... quam *esp.* — 33. eorum *esp.* — 34-35. atque .... rebus *esp.* — 35. atque irritati *esp.* — 36. virum .... legatum *esp.* — 37. etiam *esp.* — 38-39. alacri .... animo *esp.* — 39. singularemque .... eos *esp.* — 40. facile .... eo, quod *esp.* — 41. pro .... voluerunt *esp.*

auctore Cosmo Medice, suae civitatis principe,' ad suscipiendum adversus Venetos bellum, *c. 1020* Francisco multis pollicitationibus persuadent. His cognitis, Veneti, Francisci populique florentini potentiam veriti, ad Alphonsum regem legatos mittendos decernunt, qui doceant quae inter eosdem facta sint quaeque molituros se demonstrarent, quod si Veneti succubuerint, nec eum diu regno incolumi futurum, Franciscum Florentinosque, gravissimis injuriis lacessitos, capitali illum odio prosequi et Renati, Andegavensium ducis, rebus magno studio favere, qui regno ab eo pulsus jure Siculorum se regem posceret; idcirco pro communi eorum incolumitate optimum maximeque necessarium judicare, ut itidem mutuo se foedere jungant. Alphonsus, qui non minore odio Franciscum Florentinosque habebat, quam haberetur, Franciscum praesertim, ejus virtutem sibi haud parum metuebat et nominis celebritati semper ac propemodum inviderat, oblatam eius societatis occasionem arripuit. Itaque rex ac Veneti, socii facti, ad belli studia animos convertunt, ille in Florentinos, hi in Franciscum uno tempore, quo alter alteri auxilio esse non possit, arma sumere constituunt; deinde Ludovicum, Sabaudianorum ducem, et Johannem, Monferratensium marchionem, belli socios sibi asciscunt; Guilielmum stipendio conductum belli ducem designant, Ludovicum urbem Novariam, Guilielmo Alexan'driam, si adepti fuerint, tradituros se paciscuntur. Per idem quoque tempus *c. 1021 gg 4* Collio, cum in Veronensibus, non longe a mantuano agro, suis tantummodo copiis castra faceret, non de retenta solum mercedis suae pecunia apud venetum senatum querebatur atque instabat, sed de stipendii in reliquum tempus adiectione contendebat; quae res si omnino denegarentur, de data sibi abeundi licentia testabatur. Veneti tum ex his, tum quod milites nullo senatus imperio unum in locum contraxisset, tum etiam quod inter Veronensium Mantuanorumque fines consisteret, de illius fide non suspicari, sed magnopere dubitare coeperunt. Addebatur ad haec Leonissani Picininique vetus gravisque inimicitia, qua eum occulte insectabantur, quorum opera adeo Collionis fugae suspicio apud Venetos crevit, ut eisdem a senatu capiendi ejus cura sit data. Duces conficiendi negotii percupidi, delectu copiarum instructo, e Brixianis movent Mintioque amne trajecto, celeriter in Collionem ire contendunt, quem nil tale timentem de improviso 'ad primam ferme lucem adoriuntur; equites primo impetu cunctos Mur., 612 inermes capiunt; Collio, exorto tumultu, tribus ad summum equitibus comitatus, fugae se mandat et cum nonnulli levis armaturae milites jussu ducum concitatis equis insequerentur equusque longo cursu lapsus cum deficeret, oblatam agricolae cujusdam inephippiatam equam ascendit' Mantuamque semianimis se recepit; equos supra mille et quingentos amisit; milites, *c. 1022* bonis omnibus exuti, ducem amplius illum sequi destitere; Mediolanum deinde profectus, perbenigne a Francisco excipitur. Qua apud Venetos fuerat accusatus culpa, se vacuum immeritoque spoliatumque demonstrat, multis proinde verbis acerbe dictis in Venetos invehitur; bellum in eos parandum atque inferendum longa oratione persuadere conatur; multa se praeterea pro Francisci commodo atque gloria in Bergomensibus Brixianisque praestiturum pollicetur, apud quos non tam cognatione praecipuaque familiaritate et clientela, quam gratia plurimum posset, ac magno insuper animi fervore affirmat, si, priusquam e vita decedat, id sibi Francisci auxilio contingeret, uti bello rem venetam invadendi et injurias tam insignes ulciscendi facultas daretur, quocumque tempore quacumque hora eum mors auferat, non injucundum sibi futurum et, dum in humanis superesset, se animo atque corpore semper Fran-

---

1. suae .... principe *esp.* — 2. Franciscum multis - impellunt *invece di* persuadent. - His cognitis *esp.* — 3. mittunt *invece di* mittendos decernunt — 4. quaeque .... quod *esp.* — 6. magno studio *esp.* — 7. sibi regnum *invece di* se regem - eorum *esp.* — 9-10. Alphonso odio quodam in Florentinos eius — 10-11. semper ac propemodum *esp.* — 11. invidens - admisit *invece di* arripuit - ita — 11-12. rex .... facti *esp.* — 13. ne *invece di* quo - non *esp.* — 14. sibi *esp.* — 16. se, quoque *esp.* — 17. suis .... copiis *esp.* — 17-18. haberet *invece di* faceret — 18-19. atque instabat *esp.* — 19. conditionibus *invece di* adiectione — 20. de *esp.* - datam licentiam — 21. iniussu suo *invece di* nullo .... imperio — 22. non *esp.* - et *invece di* sed - magnopere *esp.* — 25-26. percupidi copiis instructis e Brixiensibus movent Mintioque Collionem nil — 30. lassus - cum *esp.* — 32. amplius illum *esp.* — 33-34. excipitur seque immerito oppressum spoliatumque — 34. multisque - proinde, dictis *esp.* — 36. Brisiensibusque — 37-p. 352 l. 4. apud .... quia *esp.*

cisco deditum semperque devinctum fore beneficiique magnitudinem memoria nunquam depositurum. Franciscus tum Collionem admodum diligebat, quem per superiora tempora quocumque ductu bella ille gesserat, omnibus in rebus benivolum et in capiendis praesertim
c. 1023 RS 5 consiliis obsequentem sibi et inimicum' inimici invenerat, tum vel maxime quia tam graviter laesum et infestum acerrimumque Venetis hostem ac fidelissimum sibi futurum sperat, suo stipendio adjicit ac duorum equitum millium quingentorumque peditum ducem declarat; deinde quo magis sibi illum devinciat, beneficium beneficio cumulans majore quam petierat, pecunia donat concessamque militiam ultro, vexillo suis insignibus ornato, decorat.

Decreto susceptoque subinde, Florentinis stimulantibus, adversus Venetos bello, Franciscus, quae ad bellum gerendum usui sunt, quam occulte potest comparare, militem novum conscribere, veteranum armis, equis resarcire atque ornare, tota, quae insecuta est, hieme non desistit; adventante autem vere, quod fuit biennio post urbis Mediolani adeptionem, aperte omni ex parte in laudensem cremonensemque agrum militem cogere coepit; idem in Veronensium Brixianorumque fines faciunt Veneti; Leonissano, cui praecipuam habebant fidem, summam imperii sui exercitus tradunt, rati praeterea quantum in bello valeat conficiendi celeritas; tempus Francisco exeundi in aciem, quo majore possunt studio praeripere contendunt. Quamobrem tanta festinatione copias instruxerunt, quod pluribus ante diebus quam Franciscus existimaverat, in Transadduanos duxere; castra deinde penes Adduam eo
c. 1024 consilio locant, ut inde, confecto ad Ripaltam 'jam ponte, ut ostendimus, crebris incursionibus mediolanensem agrum vexarent, Franciscum urbem indefensam relinquere verentem in Mediolanensibus distinerent, contrahendi exercitus et in Brixianos trajiciendi facultatem
Mur.. 613 adimerent atque per hunc modum aut se bello ea 'aestate superiores fore, aut utrumque exercitum in Francisci finibus futurum, aut saltem suis finibus arcere hostem posse putabant. Leonissanus, firmatis castris dataque militibus populandi potestate, totum laudensem agrum, qui trans Adduam est, uno atque eodem die incursionibus variis perturbat; sed quamvis contra militaris disciplinae morem, bello non indicto, regionis incolas agrorumque cultores incautos offendisset, levem tamen exiguamque inde praedam abegit. Quibus rebus renuntiatis, Franciscus Adduae transitus nullo tempore intermisso muniendos statuit; itaque postridie eius diei, sumpto equitatus delectu, mane summo Meltium contendit, quod erat oppidum minus quinque passuum millibus hostibus propinquum; ibi relicto equitum mille quingentorumque peditum praesidio, quibus simul et oppidanis Johannem nucensem praefecerat, Cassianum Tritiumque defertur arcesque fido peditum robore munit; turres praeterea geminas, sub ipso Mucciae fluvii aditu quondam eductas ac prope ostium pontis e regione positas,
c. 1025 quas paucis ante 'diebus fossa valloque muniendas jusserat, pedite complet; qui fluvius ex Addua derivatus ad irrigandos agros in Laudenses decurrit, et dum prope amnem defluit, propter riparum altitudinem locis perpaucis transitur. His rebus efficiebatur, ut hostes non ita licentius atque minus late vagarentur et nisi aut toto aut majore exercitus parte in mediolanenses agros populatum transire auderent. Haec a mane usque ad vigesimam primam diei horam armatus in ipso solis ardore obeundo nunquam equo descendit, nec cibum prius ullum sumpsit, quam Laudem ad multam noctem reversus, coenavit.

His rebus in Mediolanensibus constitutis, praeter hostium opinionem post biduum per Pisleonis oppidi pontem in Cremonenses binis castris proficiscitur, unis exinde ad Olii fluminis ripam, ubi ad Jovis Altam dicitur, pervenit. Hic quamprimum, reliquis copiis apud Cremonam contractis, exercitum auget; Ludovicum, qui eius equitatu atque peditatu Marcariam suo iussu venerat, ut ad se copiis omnibus per Cremonenses secundum amnem iter

1. nunquam *già* nequaquam — 4. quodque tam graviter — 5. et, sperat *esp.* — 12. autem, urbis *esp.* - partum imperium *invece di* adeptionem — 14. Brixiensiumque — 15. gnari *invece di* rati — 17. Quamobrem .... quod *esp.* - ac multis *invece di* pluribus — 21. Brixienses — 22. atque *esp.* — 29. equitatu - delectu *esp.* — 33. *propriamente* hostium — 37. licentius.... minus *esp.* — 40. quam, coenavit *esp.* - reversus est — 44. cum *invece di* eius — 45-l. 1 p. 353. iter faciens *esp.*

faciens properet, literis nuntiisque frequentibus solicitat. Ipse interim pontem lintribus in Olio faciendum eo consilio curat ut, cum primum Ludovicus adventasset, in Brixianos exercitum trajiceret commeatuque hostes, qui e Brixia comportabatur, intercluderet. Quarum rerum metu deficien'tibus, ut jam coeperant, ad se populis, non eos modo a Mediolanensi- c. 1026 bus rerum coeptis destituturos, sed a Transadduanis etiam in brixianum agrum propediem redituros non dubitabat. Ludovicus cum certum profectionis suae responsum diebus aliquot dare retardasset, integris tandem negat copiis ad eum venire posse, quod Manfredo fratribusque corrigianae gentis, quae trans Padum obtineat, oppidis bellum inferentibus copiarum partem suis subsidio misisset, quibus diminutus copiis cum reliquis non satis tuto, quo iuberet, se conferre videbat; oportere proinde, si se ita celeriter sibi iungere cupiebat, ut propius 'cum exercitu Marcariam accederet seque interea, nullo temporis spatio omisso, pon- Mur., 614 tem in flumine scaphis e regione Hostiani oppidi, quod in Brixiensium finibus aedificaturum affirmare. At Franciscus, etsi eam, quam afferebat Ludovicus causam, cur ad se eius distulisset adventum seque venturum recusasset, levem neque eo dignam censebat; tamen quia relinquendus haud omnino videbatur in ipso praesertim belli initio, tum propter eius principatus auctoritatem, tum etiam quod ad tria equitum millia peditesque mille stipendii jure ducere in exercitum obstringebatur, ad locum, quem ipse statuerat, totis castris ire decernit. Itaque Soncinum oppidum, quod in frontibus atque in' ipsis prope hostium faucibus relin- c. 1027 quebatur, Tristanum filium suum cum quingentis ex veteranis equitibus totidemque peditibus ingredi iubet; huic mandat, oppidanos in officio fideque contineat, eosdem ipse coram cohortatur, ut se atque oppidum eo servent tueanturque, quo ipse, traducto ultra Olium exercitu, Urceis Novis, quod est oppidum contra Soncinum positum, castra admovisset, quod propediem futurum sperabat. Oppidani bono se fore animo pollicentur, coniuges liberosque, si oportuerit, pro eius commodo oppidique salute expposituros. Ipse autem die postero movens ad locum, ubi pons erat in flumine constructus bidui spatio, proficiscitur ac, Ludovico sibi addito, postridie exercitum traducit ac primo impetu Pontemvicum obsedit. Quo die inter eundum Gotholengum, Pratalbuinum, Manerbium multaque praeterea castella atque municipia, accolis ultro sese dedentibus, in fidem accepit. Ponsvicus oppidum est tum loci natura, tum arte permunitum maximeque belli tempore Cremonensibus infestum ac proinde non mediocris apud Venetos aestimationis habitum, nam ab una flumine, a partibus reliquis ripa fossaque altissima circumdatur ponsque, a quo nomen capit, a portae exitu ad Cremonenses pertinet; a Brixia viginti, a Cremona decem passuum millia recto aequoque itinere distat' et, quam- c. 1028 quam alterum ex adverso oppidum, quod Rebeccum nuncupant, paulo minus passibus mille insurgat, tamen ob loci opportunitatem saepe ab ea parte Cremonenses infestari ac frequenti populatione exagitari soliti sunt. Hoc primum Franciscus oppugnandum obtinendumque putavit ut, eo aditu suo praesidio custodito, et cibaria in castra breviore tutioreque itinere comportarentur et ea Cremonensibus ora ab hostium incursionibus tuta redderetur. Ponte igitur ad inferiorem oppidi partem in Olio celeriter confecto, ab utroque fluminis latere firmatis castris, duabus deinde bombardis in aggerem vallumque adactis (nam tunc materie eiusmodi non muro muniebantur, sed postea Veneti ab imo fossae usque ad ripae verticem lapide cocto cinxere) oppidum oppugnare adortus, bidui intervallo in suam redegit potestatem; milites, qui praesidio eo missi fuerant, Brixiam incolumes remisit. Dum haec aguntur, hostes nondum Adduam transire ausi, ubi de nostrorum in Cremonenses discessu per exploratores certiores facti sunt, relictis in transadduano agro impedimentis, in Mediolanenses transiere. Mur., 615 Picininus 'ante alios populabundus ad suburbiorum usque Mediolani fossas progressus, globo militum facto in armis se ostentat; sed cum Francisci jussu pluribus ante diebus cives' in c. 1029

5. brixiensem — 10. cuperet — 11. se *invece di* seque — 12. in Brixiensium possideat finibus — 13. affirmare at *esp.* — 13-14. etsi .... tamen *esp.* — 15. relinquendus Ludovicus non videbatur - propter rei militaris scientiam ac eius — 17. ille *invece di* ipse — 19. suum *esp.* — 23. bono .... animo *esp.* — 24. ipse autem *esp.* — 26-27. ex itinere *invece di* inter eundum — 36. suo *esp.* — 41. in *posposto a* redegit - suam *esp.*

urbem se contulissent factaque etiam ab iis, qui Meltii consedebant, de ipsorum transitu significatione, totius regionis quam Martesanam vocant cum pecoribus cultores in proximas munitiones confugissent, villas agrosque desertos nacti, praeda vacui rediere; solus Antonius Sextus infelix ea incursione hostibus praedae fuit; Nuciensis et qui oppidis arcibusque praesidio relicti fuerant, nulla egrediendi facta potestate, pugna se continuerunt. Postridie vero eius diei castra movent et ad flumen Olium remigrantes non prius constiterunt quam ad Plumenengum vicum, Soncino proximum, pervenerunt; deinde posteaquam cum exercitu Marcariam versus Franciscum abiisse cognoscunt, in Soncinates ducunt. Oppido castris circumsepto, tormenta in muros mira celeritate disponunt ac omni insuper machinarum missiliumque genere non tam interdiu quam noctu expugnare contendunt; addunt insuper ad haec terribiles comminationum voces, quod nisi statim sese oppidani iustissimo mitique Venetorum imperio dediderint (quod toties superioribus annis re ipsa cognoverant) miserandum oppidi excidium visuros; si milites muros transcendere, si expugnationem denique exspectarint, miserabilem eorum cladem, qualis accidere victis solet, passuros ostendere; si suam salutem in c. 1030 Francisci auxilio posuerint, spem vanam in auxilio vano' collocasse, ubi ille, qui subsidium sit laturus, tanti tamque potentissimi veneti exercitus impetum in Cremonensibus exspectare veritus, ad mantuana claustra profugisset. His atque aliis Soncinates vocibus territi ac praediorum quoque devastationibus, quae cernentibus illis sub ipso prope percipiendarum frugum tempore fiebant, longe permoti, de oppidi traditione, Tristano insciente, cum Leonissano agere coeperunt. Ea re nuntiata, Tristanus nunc hos acerrime increpat, nunc illos, ut in fide permaneant, hortatur; verum ubi nihil verbis proficere populumque ad dedendum Venetis oppidum iam pronum videt, ubi etiam neque tantis hostium viribus, dirutis iam a duabus partibus muris, diutius resistere, neque adeo oppidanorum perfidiae occurrere posse animadvertit, quin tandem circumventus praedae hostibus tradatur, pactus uti sibi sociisque rebus salvis abire liceat, deditioni consensit. Hostes quamprimum oppido potiti, Tristanum abire incolumem permittunt, qui ab equitum parte destitutus, qui iam stantibus Soncinensium in fide animis cum Picinino clam de stipendio convenerant, longo Leonissani iussu circumacto itinere, Cremonam pervenit. His rebus peractis, tanto terrore municipes, qui Soncino proxime inhabitant, perculsi sunt, ut Romanengates in primis et omnes, qui a via, quae a Ponte- c. 1031 vico Cremonam et a' Laude Soncinum ducit, praeter Castroleonenses, quorum in oppido validum Tristanus ex itinere praesidium reliquerat, hostibus sese nullo negotio dediderint. Hoc rerum successu elatis hostium animis, unde nostri pridie discesserant duces, ad Jovis Altam ducunt et quamquam Franciscum eo tam insigni detrimento accepto Venetorum Mur., 616 finibus cessurum arbitrabantur, tamen quo citius trans 'Olium cibariorum penuria remigrare cogeretur, itinera occupare, quibus a Cremona commeatus devehebantur atque omnia in Cremonensibus crebra invasione atque tumultu involvere maximo studio adnituntur esseque insuper eos propediem Cremonam per deditionem capturos nonnullis in exercitu nostro Cremonaeque praefectis, amice secretoque enuntiari student. At Franciscus et quamvis Soncini amissio, et municipum defectio pergrave suis rebus incommodum in ipso prope belli initio intulissent, quae res sibi magis ex hostianensi profectione, quam hostium virtute acciderant, nihilominus maiore incensus animo (nam quae de Cremonensium proditione dicebantur, arte atque versutia hostium magis dicta, quam quod vera essent, iudicabat) unis castris profectus ad villam quandam, quam Agellum vocant, Brixiae quinque passuum millia proximam, militibus stationes metitur et quod in suis finibus hostes factitare conantur, idem' c. 1032 in eorum finibus faciendum curat; hinc civium agros usque ad ipsa urbis portas frequentes populatum immittit cohortes. Quae res militibus ultro stimulantibus Alexandro et Collioni

5. vero *esp.* — 11. quod *esp.* — 11-12. iustissimo.... imperio *esp.* — 12-16. quod.... potentissimi *esp.* — 16. Franciscum Veneti - exercitus.... expectare *esp.* — 17. veritum - ad.... claustra *esp.* - profugisse — 22. ubi etiam *esp.* — 24. quin.... tradatur *esp.* — 38. et *posposto a* quamvis — 39. prope *esp.* — 45. frequentes *esp.* — 46. cohortes *esp.*

propemodum erat curae; hinc vias, quibus cibaria in hostilem exercitum comportabantur turbandas studet. Quo tempore nostri prope nobilem iumentorum colonorumque iacturam brixianis civibus intulerunt; nam cum eos intra fines, qui urbis claustra appellantur circa moenia posita, milites nostros nequaquam penetraturos existimarent, nihil fere inde in munitiones retulerant, quibus ex agris pecore ingenti homineque agresti refertis, perpauci admodum fuere, qui non praeda onusti in castra redierint. His rebus quotidianisque adjectis civium querelis, Leonissanus Marcellusque legatus compulsi, flumen in Brixianos non longe ab Urceis trajiciunt atque duobus passuum millibus e nostrorum regione, palude continua perpetuaque intercedente, quae nisi vado transiri unico iis locis poterat, bidui itinere profecti castra firmant vadumque ab ea parte, quae ad eos vergebat et pistrini aedificio servabatur, confestim occupant. Franciscus, ea re nuntiata, cum exercitu omni ad paludem profectus et hostium tentoria intuetur et loci situm circumspicit et de regionis natura longe percontatur; queritur' vehementer, quod suorum indiligentia paludis aditus in hostium sit potestate, qui, *c. 1033* si locorum cognitionem habuisset, nunquam alieno usus consilio, ubi nunc esset, eo primum venisset aditumque teneret et hostes, Brixianorum planicie vi relicta, montes nunc errabundi quaererent; hunc reprehendendo, totum Collioni, quem proximae profectionis ducem habuerat, errorem modeste adscribit. Eo die, factis quibusdam levibus proeliis, in castra reditum est; postero autem die supra paludis ripam ad bombardae iactum hostibus propinquam, quo intervallo paludis latitudo constabat, castris positis consedit; qua vicinitate fiebat, ut nostris ad vadi 'usque ostia, quae ab hostibus tenebantur, insultantibus equestria simul ac pedestria inter- MUR., 617 diu proelia consererentur. In quibus proeliis, cum suos Tibertus Brandolinus Picininusque iuveniliter in certamen impellerent et a nostris equitibus, a Francisco edoctis refugere simulantibus, saepe in insidias traherentur, multi ex iis equites capti ad Franciscum deducebantur. Quibus intermixtus dimicantibus Picininus, equo humi prolapso, inter semel interceptus est, sed impuro quorumdam peditum consensu, adjuvantibus suis, in libertatem redditus. Quod ubi animadvertit, Leonissanus parvo deinceps militum numero pugnandi copiam faciebat. Cum hic rerum status utrique exercitui 'esset, ut neque in hostes nostri impetum facere pos- *c. 1034* sent, neque ipsi nostros invadere auderent, Franciscus duas magnitudinis non exiguae bombardas in hostium stationes dirigit frequentique ictu caedere coepit, nec interim maioribus copiis diversisque itineribus Brixianos infestare intermittit; ex quo nostri apud Brixiam hostibus immixti dimicare coacti, atrocia saepe certamina inibant. In eo bello fuit equitatus numero et virtute Franciscus longe superior, peditatus numero non praestantia hostibus inferior; constabat enim Venetorum exercitus equitum quindecim et peditum sex millibus, Francisci vero exercitus equitum decem et octo, peditum tribus millibus, praeter inermem et inutilem stratorum, vastatorum et calonum exercitus utriusque multitudinem, quorum ingens erat numerus.

Dum haec in Brixianis geruntur, alterum grave et prope repentinum in Alexandrinis bellum oritur, quod, etsi haud magna manu Francisco inferebatur, tamen Alexandrinorum mobilitas ac veteres ardentesque inter eos factiones longe detrimentosum suis rebus atque periculosum faciebant; stimulantibus namque per legationem Venetis, Guilielmus, ornato Alphonsi regis sociorumque pecunia milite contractoque in Monferratensium finibus exercitu, cuius ad quatuor equitum duoque peditum millia erat 'numerus, ubi de Francisci in Brixia- *c. 1035 hh 1* nos transitu intellexit, extemplo in Alexandrinos impetum fecit agrosque passim depopulatus, paucos intra dies maiorèm regionis partem, dedentibus sese nulla vi oppidanis, in potestatem acceperat. Conradus Folianus, Francisci ex eadem matre frater, qui ei provinciae praesidio a fratre cum tribus equitum millibus quingentisque peditibus praefectus fuerat, hostium viribus

2. gravem *invece di* prope nobilem — 3. brixiensibus — 13. negligentia *invece di* indiligentia — 15. Brixiensium - nunc *esp.* — 24. inter *esp.* — 30. Brixienses — 32. virtute *invece di* praestantia — 37. in Brixiensibus alterum *esp.* — 38. Francisco *esp.* — 39. suis rebus *esp.* — 42-43. Brixienses — 44. nulla vi *esp.* — 45. Folianus .... frater *esp.*

impar, Alexandriae se continebat civitatemque in fide servare studebat, quod, ea servata, redeuntibus aliquando in meliorem fortunam rebus, recuperare se amissa non dubitabat. Quibus de rebus cum Franciscus frequentibus Conradi literis nuntiisque certior fieret, nisi maiora propediem eo auxilia mittat, res urbanas in maximo positas discrimine animadvertebat quod, desciscentibus circumquaque ad hostem oppidis, cives a suismet brevi tempore undique obsessi relinquerentur. Accedebat ad haec quoque, quod cum in ea civitate duae sint factiones, quarum altera contrario studio belli praesertim tempore gallicis, altera, quam gibellinam dicunt, monferratensibus rebus favere consueverint et ubi in iis locis vigeat bellum, quod ab horum altero geri contingat potentatu, miro inter se odio certent et magna prodendae urbis suspicione laborant. Ob id dissidentibus inter sese animis, Conradus de nonnullorum civium
MUR., 618 c. 1036 gibellinae factionis fide, quae in ea civitate 'longe viribus prae'valet, plurimum iam dubitare coeperat, quos sibi beneficio antea Guilielmus conciliarat et nunc eorum agros a populatione immunes praecipue servari iusserat factionisque principibus enuntiari studebat, ut guelfae factionis civibus caveant; qui, Francisci etiam consensu, ubi duobus oppressus bellis diutius tenere urbem nequeat, Carolo Francorum regi tradere eam summopere curent. Quibus ex rebus Nuciensis cum equitibus mille eo confestim mittitur, qui, magnis itineribus confectis, quinto die Alexandriam pervenit; Guilielmus interim Derthonensium fines ingressus, Puteolum, sola oppidanis bidui obsidione territis, obtinuerat devastatisque Derthonensium agris, Papiensium quoque fines, obsistentibus nullis, invaserat. Ex quo tantus omnibus ferme trepidantibus transpadanis populis terror iniectus est, ut plerique secreto ad hostem, ut postea cognitum est, de deditione pactum miserint; nec ulla ad dedendum se alia fuit causa, nisi quod Guilielmus, seu metu, quod hostes post terga reliquisset, seu quod pollicentium verbis minus crederet, ad eos se cum exercitu non contulerat. In Alexandrinis etiam tanta oppidorum omnium ad defectionem inclinatio fuit, ut praeter Castellatium et Cassinas nihil esset reliqui; quae oppida, nec minus exempla reliquorum secuta, hosti iam se tradidissent, nisi
c. 1037 h 2 arcium metu, quae cervicibus suis imminent,' a rebellione abstinuissent. Guilielmus nuciensis adventu in Papienses progredi veritus, in alexandrinum agrum revertitur Cassinasque obsidet. Quod oppidum, etsi forti militum praesidio muniebatur, tamen suis frequentibus circumdatum oppidis, se brevi expugnaturum confidebat. Eo igitur summa vi oppugnari coepto, oppidani aliquot dies oppugnationem fortiter atque obstinate sustinuere; verum ubi obsidionem fieri in dies diuturniorem atque duriorem vident, aegre admodum ad defensionem se praebent et languidioribus se animis in fide permanere ostendunt; deinde paulatim de deditione sermonem facere coeperunt. Franciscus, quod suos Alexandriae inclusos, nec ante, nec post quidem transmissum cum Nuciense auxilium quicquam virtute laudeque dignum egisse et ad reprimendos hostes nihil conari intelligebat, aegre ferens, Conradum reliquosque militum praefectos literis nuntiisque quotidie quam graviter arguebat ostendebatque quod, cum hostem hactenus per patentes campos tam diu impune vagari permisissent, ob id desidiae atque vecordiae culpa non mediocri damnarentur, animadvertere vellent, ne majore etiam ignaviae crimine damnarentur, si, videntibus ipsis, aut obsessum expugnari oppidum, aut negligentia per deditionem in hostis potestatem devenire paterentur. Conradus cum his, tum etiam quod Cassinenses,
c. 1038 longa op'pugnatione defatigatos, de deditione jam agere coepisse intelligerat, praefectos in concilium convocat et quid de ope obsessis ferenda sit agendum proponit. Nuciensis, seu timore seu dolo, quod cum Guilielmo, ut postea cognitum est, conspirabat, in primis dissuadet cum hostibus esse confligendum, tum propter numerum, quo longe superiores essent,

---

2. recuperaturum — 2-3. dubitabat. Interim Franciscum *invece di* Quibus.... Franciscus — 3. Conradi *esp.* - certiorem facit — 4-7. mittat res alexandrinas in maximo discrimine fore — 6-7. Alexandria in duas factiones divisa est, quarum — 8. consuevere — 8-10. et ubi.... laborant *esp.* — 12. tunc *invece di* nunc — 13. praecipue *esp.* — 13-14. ut Guelfis caverent qui — 20. multi *invece di* plerique — 21. ulla a deditione alia causa sunt deterriti nisi — 25-26. quae.... imminent *esp.* — 31. accinguntur *invece di* se praebent — 33. nec ante *esp.* — 34. virtute.... dignum *esp.* — 36. admonebatque *invece di* ostendebatque quod — 37-38. et ob.... damnaretur *esp.* — 42. quid, sit agendum *esp.* — 43-44. negat *invece di* in primis dissuadet

tum 'etiam propter loci iniquitatem et confectas nuper circum castra munitiones; quibus Mur., 619 rebus fiebat ut nostris loco longe iniquo pugnandum foret. At Johannes Palavicinus ex Scipiono, vir et armis et animo praestans, hostem adoriendum laborantibusque succurrendum multa oratione censet, quod, etsi hostibus, ut Nuciensis praedixerat, numero inferiores essent, nostros tamen plurimum virtute et rei militaris peritia praestare demonstrabat; quid praeterea in committendo conserendoque proelio dux hostium valet, se satis superiore tempore, dum apud eum meruisset, perspexisse; proinde non dubitare, ubi eodem tempore ab una parte acie instructa ab ipsis et ab altera, oppidanis militibus immixtis in castra erumpentibus, impetus fiat, se hostes nullo nostrorum periculo, neque multo labore profligaturos. Hunc Sacramor parmensis, vir longo belli usu clarus, item reliqui novissimeque Conradus secuti, eundum in hostem et Cassinensibus subsidium laturi constituunt; itaque postri'die *c. 1039 hh 3* eius diei praefecti (nam Conradus invalitudinis causa Alexandriae remanserat) omnibus copiis in hostem contendunt. De quorum adventu Guilielmus jam dudum certior factus, suas copias castris eduxerat et longo agmine eorum impetum exspectabat. Praefecti id conspicati, quod longe aliter quam sperassent, compererant, mille circiter passus ab hostium castris haud ultra progredi dissimulantes constitere. Guilielmus, cum jam octavam et decimam horam sextilem ad solem in acie stetisset nostrosque timoris causa proelio abstinuisse putaret, in stationes regreditur et, quamvis omnes in acie suoque loco stare jussisset, tamen major militum pars non multo post paulatim in castra ad curanda reficiendaque corpora revertitur; armis equites levantur; ducis dicto de reditu, unde discesserant, negligenter parent. Hanc ubi rei gerendae occasionem praefecti animadvertunt, quae sperata ex sententia contigerat, confertissima acie in hostes advolant. Guilielmus inopinate exorto tumultu proximum collem protinus muniri jubet, quem Ferracutus ex praefectis equitum forti militum manu celeriter occupat, nam omnes fere, quos eo momento in armis offenderat, sibi addiderat; reliquum Guilielmus exercitum pro temporis angustia armandum constitutaque in loca disponendum anxius curat. Sed tanta nostrorum velocitas fuit, ut ad instau'randos rursus ordines spatium *c. 1040* illi deesset, nam Johannes cum cohorte ex delectu equestri instructa primus impigre pugnam inire hostemque lacessere coeperat, quem Sacramor et Antonellus burgensis natione tuscus, vir intrepidus et manu promptus cum duabus ex veteranis cohortibus subsequebantur; hi acclivum vi superant et primo impetu hostes colle depellunt, qui turpiter deiecti cursu repugnantibus paucis in castra refugiunt. Ex quo, cum spem omnem sustinendae adversus nostrorum impetum pugnae Guilielmus in colle posuisset eoque, quas ad celeritatem poterat, vires contulisset, territis militum animis, omnia in castris tumultuarie miscentur, omnia nullo ordine nulloque imperio aguntur; cuique enim, ut fit in extremo salutis periculo, magis quod carum habebat, corripere ac de salute cogitare quam se pugnae parare 'erat curae. Nostri fugientes Mur., 620 magno omnium clamore atque concursu insequuntur; pro castris proelium instauratur; at cum aliquamdiu utrimque pugnatum esset acerrime, hostes funduntur; fusi, munitionibus desertis, fugantur. Guilielmus, ubi suos palantes terga dare, nec ullo proelium ordine renovare posse animadvertit, nec spem ullam sustinendi nostrorum impetus relictam videt, in fuga salutem ponit; milites item fugae se mandant. Sfortiani et qui Cassinis obsessi fuerant, erumpentes castris impedi'mentisque potiuntur fugientiumque reliquias, quoad possunt, persequuntur; sed *c. 1041 hh 4* ob propinqua frequentium oppidorum refugia, magna eorum pars evasit. Guilielmus Castellum Novum, quod erat sibi ad mille passus proximum, incolumis se recepit; praefecti his rebus gestis praeda onusti Alexandriam remigrant. Guilielmus suos diffugio colligere atque

---

1. etiam *esp.* — 1-2. quibus .... foret — 6. valeret — 7. mereret *invece di* meruisset — 11. ferendum *invece di* laturi — 13. pridem *invece di* jamdudum — 15. procul *invece di* ab — 17. timore - causa *esp.* — 20. de .... discesserant *esp.* — 21. sperata *esp.* — 27. turma *invece di* cohorte — 28. quem *esp.* — 29. ex *esp.* - ordinibus *invece di* cohortibus — 30. et *esp.* - depellunt qui *esp.* — 31. Ex quo cum *esp.* — 31-32. adversus .... impetum *esp.* — 32. in colle *esp.* - ponit — 32-33. eoque .... contulisset *esp.* — 38-39. ubi .... videt *esp.* — 43. sibi *esp.* — 44. diffugio *esp.*

resarcire studet; oppidanos tam alexandrinos quam monferratenses eo proelio eoque detrimento territos in fide perseverare cohortatur; milites ea in oppida, quae in Alexandrinis occupaverat, de quorum fide dubitabat, ut in officio oppidani constantiores sint, distribuit.

Dum haec in Alexandrinis geruntur, Franciscus, aliquot interiectis diebus, non longius passibus mille ab Urceis exercitum duxerat. Idem fecerant hostes, sed postremo ad oppidum castra firmarunt et a lateribus apertis fossa atque aggere clauserunt; quo opere perfecto, et castra munitissima efficiuntur et superior brixiani agri pars, quae ad montes pertinet ab omni nostrorum invasione tuta redditur. Quas ob res, cogitantibus liberius legatis ducibusque venetis, quibus viribus, aut quibus artibus suis hostem finibus pellere seu ad excedendum cogere possint, visum est maxime negotio conducere, si non modo Mediolanensium, sed Laudensium quoque fines, unde illi praecipue ad gerendum bellum vires suppetebant, continuis incursio- *c. 1042* nibus vexarentur,' quibus compulsum incommodis in Cremonenses facile rediturum iudicabant. Ad eam rem conficiendam Carolus Fortebracius et Matthaeus campanus cum tribus equitum millibus milleque peditibus delecti in Cremenses mittuntur; hi per noctis silentium non procul a Cerreto navibus in Addua pontem construunt perfectumque, nullis Laudensium praefectorum negligentia sentientibus, ab utraque fluminis ripa castellis et peditum praesidiis communiunt, deinde secus flumen castra locant atque aggere cingunt. Laudensium agros invadunt et late incursionibus vastant. Quod cum intellexisset, Franciscus continuo Petrum Mariam Rubrum et Antonium Landrianum cum mille circiter equitibus Laudem proficisci iubet edocetque ut ratibus atque omni machinatione per profluentem demissa, pontem rescindere studeant atque terra eodem tempore ponte disjecto castellum in laudensi ripa aedificatum expugnare contendant. Facta, ut Franciscus constituerat, a praefectis flumine atque terra vi et frustra ex continenti pugnatum est et acqua in irritum conatus cecidit, quod et castellum hostes fortiter tutati sunt et materies atque classis e Laude in pontem immissa, rapidissimo aquae impetu impulsa, non prius restitit quam Pisleoni oppido appulit. Hostes enim, MUR., 621 *c. 1043 hh 5* relicto in castello, 'quod e regione alterius erat, praesidio, pontem diviserant, naves' cremensem ad ripam subduxerant et ubi materiem classemque ad inferiorem fluminis partem praeteriisse vident, rursus pontem junxerunt moxque iis, qui in castello a nostris oppugnabantur, subsidium renovant. Nostri timore territi, pugna illico dimissa, Laudem celeriter revertuntur.

De his rebus Franciscus certior factus, maiora eo mittenda esse auxilia iudicat, quibus et Laudensium fines a continuis hostium molestiis perturbationibusque tueretur et pontem aut capere, aut evertere posset; proinde cum ei rei Alexandrum fratrem praeficiendum statuisset, post biduum, duobus equitum millibus delectis, eum cum his mandatis in Laudenses mittit, ut cum primum eo pervenerit, copias quas paulo ante praemiserat, sibi adiungat; homines, qui arma ferre valeant, et magnum insuper fossorum numerum regioni imperet; tormenta, quae Laudi erant, in exercitum devehi iubeat, quibus pontem delere postea curaret; his omnibus comparatis, e regione pontis castra ponat locumque ipse, cuius paucis ante diebus cognitionem habuerat a flumine non longius passibus quingentis designat; at priusquam ad parandas stationes milites dent operam equoque descendant, castra celeriter ab ea parte, quae ad flumen spectat, aggere obeat, vias aditusque omnes repagulis obstruat, ne forte hostis paratus *c. 1044* incautum aut imparatum campo aperto' offendat; quod cum in omni ceterarum rerum actione, tum vel maxime in re militari, habenda erat ratio, ne quid per ducis imprudentiam, aut negligentiam detrimenti accidere possit, praesertim propinquis hostibus et ipsa aut locandorum at mutandorum castrorum opportunitate, nam nullum quippe errorem aut peccatum tam grave esse dicebat, cuique celerius parata sit poena, quam quod in re militari admittebatur. Ale-

---

3. In officio *esp.* — 7. brixiensis — 20. edocetque *esp.* — 23. et *esp.* - ex .... aqua *esp.* — 24. egregie *invece di* fortiter — 25. oppido *esp.* — 29. miserunt *invece di* renovant *esp.* - timore, illico *esp.* — 31. eo *esp.* — 37-38. iubeat pontem diruere curet e regione — 39. ad *esp.* — 39-40. parandis stationibus *esp.* — 42-43. Quod .... ratio *esp.* — 45. nam *esp.* — 46. admittatur

xander iussa faciens, die tertio in Laudenses pervenit et non longe a Pisleone triduo moratus, cetera exsequitur. Interim Franciscus de parta a suis in Alexandrinis victoria cognoscit; quo nuntio et hostibus minuitur et nostris additur animus. Franciscus, quod magna deinceps rei bene gerendae spes proposita videbatur, Petrum Posterlam in Alexandrinis confestim mittit, qui apud Conradum de recuperandis oppidis instet, cum Guilielmo interea de pace agat, qua, ut opinabatur, composita, omnes, quae in iis locis sint copiae, in Brixianos reducat; Alexandrum praeterea ad rem mature conficiendam solicitat. Iis, quae ad expeditionem necessaria videbantur, comparatis, designatum ad locum movet, quo ubi ventum est, mox stationes partitur, exercitusque partem in armis esse, partem victum inquirere stationesque parare iubet; sed, ut plerumque inter milites fit cupiditatis causa, suum quisque magis' commodum quaerere *c. 1045* quam ducis imperium servare studet; omnes praeter paucos, depositis armis, partim frumentatum, partim pabulatum et partim lignatum aquatumque pergunt; vacua fere defensoribus castra relinquuntur. Haec ubi hostium duces a speculatoribus, qui excelsas conscenderant arbores, intelligunt et a tubicine, quem rei alterius simulatione ad Alexandrum miserant, confirmantur, et oblatum committendi proelii et exploratum vincendi tempus nulla cunctatione praeripiunt; aciem quam ocissime instruunt et traiecto amne incredibili celeritate convolantes, a partibus duabus nostros invadunt. Alexan'der in tanta rei necessitate, quos Mur., 622 proelio paratos comperit, ad eam primum partem in hostes celeriter mittit, qua faciliorem illis aditum patere cognoscit et confertissima acie instare conspicit; hi facile primo congressu vim hostium sustinent longeque repellunt; sed, redintegrato rursus proelio, pugnatur eminus cominusque quam enixissime. Deinde Alexander ad dexteram se vertens, cum ex opere alios colligere, alios ad pugnam instruere properaret et locis, ubi hostes ingruere videt, occurrere conaretur, milites admodum perpaucos proelio idoneos reperit; ex quo ingenti affectus dolore, tunc se demum ab equitatu deceptum animadvertit; queritur vehementer, quod dicto milites non paruissent quodque tam propinquis hostibus, neglecto' imperio neglectoque *c. 1046* omnium periculo, ordines castraque deseruissent. Hostes interim, pulsis propter paucitatem iis, qui ad dexteram occurrerant, in stationes penetrant; quo factum est, ut qui ad sinistram primo proeliari coeperant, circumventi a tergo superarentur et, a partibus pluribus uno tempore urgentibus hostibus, in castra irrumperetur. Quo impetu nostri ubique disiecti fugantur; quisque qua se obtulerat via, fugae se mandat et saluti consulit. Alexander inter hostes, inter tela diu versatus, quorumdam eius familiarium virtute, quos eo die sibi elegerat et lateri consertos in proelio continenter habuerat, hostium e manibus dissolvitur et Laudem cursu se recepit. Hostes victoria potiti, castra impedimentaque diripiunt et fugientes nostros diversis itineribus insequuntur majoremque militum partem capiunt, armis equisque denudant; praefecti equitum partim Laudem, partim Pisleonem et ad Sancti Columbani oppidum profugientes evadunt; solus Andreas Biragus, qui apud Franciscum eo tempore gratia et auctoritate plurimum valebat, vir quidem imbellis et militaris disciplinae ignarus, cum magna evocatorum parte, quibuscum paulo ante eo venerat, interceptus est et ad legatos, qui in majoribus castris versabantur, primum missus, deinde Venetias ad senatum productus. Hunc Alexandri casum ad secundam et vigesimam' eius diei horam Franciscus *c. 1047* ex hostibus primum cognoscit; quae res tunc minime credebatur, tamen literis postea Johannis Caimi Pisleonis praefecti, et frequentibus ignibus, quorum flamma universa hostium castra collucebant, ad multam noctem confirmatur. Hoc tam iniucundo nuntio Franciscus quam graviter indolet accusatque peracerbe fratris negligentiam, qui, si eius mandata servasset, tantum illi dedecoris sibique detrimenti nequaqnam accidisset; haec secreto; palam vero et in omnium conspectu postero die bono ac forti se esse animo ostendit; Alexandrum parce reprehendit; milites autem quod eius dicto non audissent, vehementer accusat, deinde acce-

---

1. iussa faciens *esp.* — 5. interea *esp.* — 6. ut opinabatur *esp.* - Brixienses *esp.* — 8. quo .... mox *esp.* — 10. inter milites, cupiditatis causa *esp.* — 11. partim — 12. partim, partim *esp.* — 15-16. et oblatum .... praeripiunt *esp.* — 21. Deinde *esp.* — 29. Quo impetu *esp.* — 30. et .... consulit *esp.*

ptum parvi facit incommodum. Nova ad id se bellum iustaurandum consilia initurum ac, uti forte multi tunc arbitrarentur, Brixianis finibus, nisi aut victoria parta aut pace composita, Mur., 623 nequaquam cessurum demonstrat. De hoc Venetorum in Laudensibus successu Guiliel'mus certior factus, resipiscere aliquantisper et melius suis rebus confidere coepit; Alexandrini quoque, qui in sua erant potestate, et ob recentem ac insignem, quam acceperant, calamitatem, vacillare coeperant, a summa animi trepidatione in meliorem fortunae spem revocantur et in eius fide pertinacius confirmantur; ex quo factum est, ut et Guilielmus oblatas c. 1048 pacis' conditiones, quas paulo ante complexurus percupide videbatur, respueret et oppidani ea, quae timore territi se de reditu in Francisci fidem facturos polliciti fuerant, omnino negarent. Deinde, quod post acceptam Alexandri cladem, trepidantibus Laudensium animis, urbs, quam temporis conditio ferret, infirmior videbatur deque nonnullis guelfae praesertim factionis civibus, ne eam proderent, gravis erat iniecta praefectis militibusque suspicio, Bosium fratrem mille cum equitibus eo proficisci iubet, Alexandrum ut bono sit animo cohortatur, nam quae sibi de rebus adverse gestis ascriberentur, culpa eum vacare perspexerat atque, data largiter pecunia, suos equis armisque exutos celeriter resarcire imperat, Laudensium Mediolanensiumque simul agros ab hostium populatione, quoad possit, tueri contendat. Ipse autem cum propter transfugas, quorum ea aestate non exiguus fuerat numerus, tum etiam propter eos, qui multis de causis aut sua voluntate aut jussu aberant, exinanito propemodum exercitu, Quintiano oppido, quod mille ab Olio passibus distat, admovet castra, aggeribus quam diligentissime potest munienda pontemque in flumine Bordolanum contra, quod est municipium in cremonensi ripa situm, summo studio faciendum curat. Inter haec c. 1049 Johannem nuciensem a Conrado cum hoste conspirare sibi nuntiatur; deinde intra' dies paucos ea, de quibus jam verbis egerat, scriptis sanxisse idque per Antonium quendam, Realini fratrem equitem cognovisse, cujus opera Nuciensis ob magnam, quam in eo habebat fidem, plurimum utebatur. Qui cum ab eo ad Guilielmum cum scriptis mitteretur, doli eius detegendi causa, ad Conradum secreto declinaverat, mandata scriptaque detulerat, adiecta Nuciensis ipsius eodem tempore, Conrado inconsulto atque invito, ad Incisiates profectione, unde ad hostes commodius atque liberius transire posse putaret. Qua re cognita, Franciscus statim mittit, qui eum retineret et ad se perduceret. Nuciensis ignarus eorum omnium, quae eius nuntius egerat, Petri diligentia, qui apud nobiles popularesque Incisiates plurimum poterat, comprehenditur Cremonamque Pado devectus fune suspenditur. Per idem quoque tempus Corrigiani, qui eo anno Alphonso regi venetoque senatui sese tradiderant et, accepto stipendio, Ludovici oppida, uti ostendimus, in Transpadanis vexarant, bellum in Parmensibus Francisco inferre coeperunt; Pupilium oppidum de improviso, capta oppidanorum magna parte, obsederunt. Hac Franciscus novitate vehementer in Manfredum Gibertumque commotus, qui nulla a se injuria sed beneficiis potius affecti, belli eius quod Antonius tertius c. 1050 Mur., 624 frater semper vetuerat, non modo auctores concitatoresque fuerant, ' sed in' gerendo praeessent, non expectandum sibi existimavit, ut homines infesto animo, eo capto oppido, in capiendis reliquis, maiore licentia atque audacia pergere sequerentur. Itaque confestim Bosius ex Laudensibus et Angelus Camposilvius ex castris cum forti equitum ac peditum' manu, uno atque eodem tempore Pupiliensibus subsidio mittuntur; hi, biduo itinere confecto, Pupilium paene sero perveniunt; at, etsi oppidani subsidii tempus non exspectarant, quod cum asperis obsidentium verbis territi, tum captivorum etiam commiseratione atque pietate moti, quos ultima statim passuros, nisi sese dedidissent, pronuntiabatur, paucis ante horis sese atque oppidum Corrigianis permiserant praesidiumque receperant, tamen magno animo hostes aggrediuntur et, commisso proelio, primo impetu profligant atque in fugam vertunt; duces primi Brixillum, quod tribus a Pupilio passuum millibus abest, se recipiunt; idem fecere milites reliqui: sed eius oppidi propinquitas et noctis interventus fecerat, ut non multi caperentur.

2. Brixiensibus -- 9. timore *esp.* — 22. sibi *esp.* — 24-25. ob .... fidem *esp.* — 29-30. quae .... egerat *esp.* — 39. pergerent - sequerentur *esp.* — 40. valida *invece di* forti

Ea nocte Parmam versus nostri revertuntur; Bosius Francisci iussu urbis praesidio remansit, Angelus in castra rediit. Corrigiani exinde duos circiter annos cum Parmensibus continenter bellum gessere, quod bellum Alphonsi regis Venetorumque pecunia nutriebatur.

Interim cum sexaginta iam fere dies' ad Quintianum Franciscus consumpsisset satisque *c. 1051* civitatibus, quae quotidianis invasionibus infestabantur, providisset, optimum esse judicavit, si munitionibus egrediens vi aut arte hostilem exercitum ad Brixiam propius compellere posset; quod si fieret, futurum intelligebat, ut et hostibus minor in suis et sibi maior in eorum finibus esset nocendi facultas. Re igitur consultata atque explorata, ad kalendas octobres millia circiter decem a Quintiano urbem versus castra movet; Lemnum oppidum obsidet. Hostes item diverso itinere duobus millibus passuum ab his castris castra ad Porcianum firmant; ex eo oppido, quod pro muro sibi obiecerant, deinceps perpaucis interdum equitibus, data proeliandi copia, nostros lacessere atque oppidi expugnatione prohibere adnitebantur. Lemnenses nihilo secius, cernentibus ipsis, bombardarum impetu tridui spatio coacti deduntur. Hic dum aliquot dies moratur, sagittarii supra mille, quibus Antonius Blaxa spediensis praeerat, a Genuensibus amicitiae societatisque iure, Petro Fregoso duce, auxilii causa missi, Francisco adduntur: horum adventu propter singularem virtutis opinionem, quae de Liguribus habetur, magna nempe universo Francisci exercitui rei bene gerendae spes est. Sed cum eos certamine experiri Franciscus vellet, quid animo quidve arte prae'starent, non *c. 1052* sic in campestri planicie ad dimicandum idoneos comperit, ut in navali dimicatione aut in oppidorum defensione feroces esse feruntur; faciebat enim exercitus utriusque vicinitas, ut per interiectam planiciem quotidiana interdiu proelia committerentur, in quibus de se cuique periculum facere licebat; proinde cum omnes de sagittariis fefellisset expectatio, magnam partem in oppida hostibus finitima praesidio distribuit. Calvisianenses praeterea diu ad dedendum se persuasi, nunquam adduci potuere, nisi exercitum signaque militaria prius pro' fide Venetis data ad moenia conspicerent, quorum opinioni non sine gravi eorum iactura Mur., 625 satisfactum iri potuit; nam cum eo Franciscus duxisset, nec per commeatus difficultatem ultra progredi liceret et pedem referre turpe admodum fore putaret detrimentosumque cognosceret, dies multo plures quam oppidani existimassent, in eorum finibus resedit. Hostes vero eodem die ad laevam iter facientes, Gaydum contenderunt; ibi castra locant atque fossa et aggere communiunt, vias semitasque omnes, quibus Calvisianum petebatur, repagulis obstruunt. Gaydum est oppidum non ignobile, aequo positum loco, a mane ad vastam famaque celebrem planiciem pertinet, quam vulgo Montis Clari appellant, quod' ab eo monte *c. 1053* et oppido insuper initium nomenque capiat, arboribus ubique nuda, ubique fossis collibusque libera; a sero autem loca palustria et praedia fossis frequentibus arboribusque multis referta ad Calvisianum usque perpetua continet, a quo oppido quinque et a Brixia decem millibus passuum abesse constat. Hac tanta soli aequitate allectis, proeliandi studio, exercitus utriusque equitibus, crebrae conserebantur pugnae, quas ad palustria et impedita, ut diximus, loca hostes propter peditatum, quo maxime abundabant, summa industria deducendas enitebantur. Quibus in pugnis Hector Brandolinus, Tiberti frater, juvenis insignis et manu promptus, nimium exercitata dimicatione, graviter hasta vulneratus concidit multique praeterea, acceptis illatisque utrimque vulneribus, periere. Haec dum per singulos dies geruntur, magnae inter Franciscum venetosque duces, omissa belli causa, crescunt iniuriae, magnae calumniae, quas literis nuntiisque per omnes italicos potentatus ad minuendam Francisco auctoritatem hostes circumferri studebant, nam ignaviae atque desidiae eum accusabant, quod ea aestate nunc paludibus, nunc munitionibus se continuisset et venetus exercitus per apertissimos campos castra habuisset.' Franciscus, quae sibi ab hostibus obiicerentur, false dicta demonstrans, *c. 1054* illos eodem crimine remordebat; de fide quoque publica saepenumero violata, quam multis

6. si .... egrediens *esp.* — 6-7. posset *esp.* — 8. Re .... explorata *esp.* — 15-16. auxilii .... missi *esp.* — 16-17. quae .... habetur *esp.* — 17. nempe, Francisci *esp.* — 24. suasi — 29. locant atque *esp.* — 31. spatiosissimam *invece di* vastam — 46. falsa - dicta *esp.*

municipiis in agro brixiano sibi parentibus dedissent, acriter accusabat. Sed ingentis spiritus homo, qui, sicut ad cetera obeunda negotia, belligerando diligentissimus, ita ad propulsandas iniurias ardentissimus erat, non his contentus, cogitabat, quo pacto, non verbis sed re, in hostes rejicere posset, quae in sui dedecus et infamiam literis crebro falsoque disseminassent; nec requievit, donec re mature in concilio discussa, statuit ea intercedente planicie illis proeliandi potestatem se facturum polliceri; quod si proelii conditionem acciperent, quos et numero et virtute militum plurimum anteiret, superaturum non dubitabat; sin detrectarent, et voluntati et aestimationi suae apud omnes satisfacturum se facile perspiciebat. Ex quo Mur., 626 per epistolam, quam ipsemet dictaverat, materna lingua, Leonissano, Jacobo Pi'cinino, primis exercitus ducibus, ac Pasquali Maripetro et Jacobo Antonio Marcello legatis, in hunc modum conscripsit; " *Deum hominesque testamur, uti et vos, qui veneti senatus vices geritis, non ignoratis, nos neque augendi imperii cupiditate, neque veterum recentiumque iniuriarum causa ductos, sed contra fas iusque belli armis de improviso lacessitos ad hoc bellum venisse, quod'* c. 1055 jj 1 *profecto, cum in pace viveremus, saltem triduo ante nobis indici debuerat. Quid autem ex eo bello laudis hostes nostri retulerint quidve adhuc commodi consecuti sint, commemorare in praesentia supervacaneum esse censemus; silentio enim praetereundum videtur, quo animo quove studio universae Italiae pacationem tranquillitatemque perquisiverimus et quot nostra populorumque nostrorum incommoda pertulerimus, ne in huiusmodi bellum deveniremus; neque nunc tempus est, neque locus patitur iniuriarum causas recensere querimoniisque agere, cum ne idoneus quidem ad id iudex adsit, nisi ille unus omnium optimus, Deus, qui hominum mentes et consilia habet iudicare litemque omnem dirimere, a quo cum, nullis nostris meritis, sed sua solum clementia, tot immensa beneficia acceperimus, ingrati profecto gravique animadversione digni iudicaremur, nisi omni studio iis malis, quae futura essent, pro viribus occurrere quaereremus, ubi ad ea, quae hactenus non nostra, sed aliorum culpa insecuta sunt, consulere nequiverimus. Proinde, cogitantibus nobis, quibus divina providentia haec Italiae pars concessa est, quam pro patria, pro quiete nostra nostrorumque omnium possidemus, quo consilio aut quibus artibus huic tam gravi bello modus imponi possit, nulla aptior via, nulla* c. 1056 *me'lior visa est, quam ut pars utraque, instructa acie, communem in locum conveniat ac proelio contentio haec decernatur. Quod profecto quanto magis futuras totius Longobardiae, ne dixerimus Italiae, quae ex hoc bello proveniunt, calamitates animo volutamus, tanto magis proelii utrimque conserendi consilium probare et vehementius confirmare movemur, populorum causa potissimum et commiseratione huius praesertim brixiani agri, qui tam diu ab utroque exercitu continuis depopulationibus stragibusque variis opprimitur atque pessumdatur. Quam quidem rem minime videmus, quo animo aut qua ratione sine manifesta honoris vestri, totiusque exercitus diminutione improbare detrectareque possitis, cum iam in omnem Italiae oram, ut scitis, literis nuntiisque vestris, non semel, sed saepenumero disseminatum sit, nos in paludibus et in munitionibus castrametari, vos contra aequis et patentibus locis consistere, neque etiam negari queat, quin per nonnullos vestri exercitus equitum peditumque ductores nonnunquam proclamatum interminatumque sit, si aequitas loci utrique parti daretur, fore ut controversia haec cito terminetur; neque in hoc postremo per inficias ire poteritis, quod literae ad nos vestrae ad decimum kalendas novembres scriptae testantur, vos consilio viri-* c. 1507 jj 2 *busqua ita adnixuros, ita effecturos, ut nos aliquan'do poeniteat, usque adeo in vestros fines processisse; ne igitur haec jure nobis ascribi queant, libero laetoque animo vobis pugnandi copiam, quantum ad nos attinet, collatis signis, pollicemur, aut die sabbati, aut alio quovis*

2. vir *invece di* homo — 6. polliceri *esp.* — 17. quietem *invece di* pacationem — 18. ad *invece di* in — 20. ille, omnium optimus *esp.* — 21. habet *esp.* - iudicat - litemque.... dirimere *esp.* — 21-22. nullis.... clementia *esp.* — 23-24. occurreremus — 24. quaereremus *esp.* - iis *invece di* ad ea — 25-26. quibus.... possidemus *esp.* — 32. brixiensis — 36. ut scitis *esp.* - pluries *inv. di* saepenumero — 36-37. nuntiisque saepe significaveriti in locis impeditissimis nos et in paludibus castrametari — 40. in *invece di* per — 43. libero *esp.* - laeto — 44. potestatem *invece di* copiam — 44-p. 363 l. 2. pollicemur de vestro arbitratu delegendo hora a solis ortu inter tertiam et quartam in planicie quam

“ *horum proximorum vestro arbitratu deligendo, hora diei inter tertiam et nonam super planiciem,* [Mur., 627] *quam Montisclari communi usu nuncupant, quo omnibus copiis procul dubio convenimus. Ut autem consilium hoc nostrorum non modo utrisque populis, sed et toti etiam terrarum orbi innotescat, neve tot huius provinciae populi bello exhausti, quod superest, vana spe nutriantur, ubi nunc potissimum recusari non possit, quin hic utrique parti par sit et idem locus, vobis etiam quam nobis commodior, ecce in huius rei argumentum ad vos chirothecam sanguine illitam pugnae signum per tubicinem nostrum mittimus nostram adiurantes fidem, sibi eodem ad diem dictum et vos pariter cum exercitu conveneritis, nos pugnandi potestatem, ut praediximus, facturos. Qua quidem ex re nostra sententia, post tot incommoda, multa haec miseranda provincia commoda consequetur: primum siquidem graves et intolerabiles auferentur agri depopulationes et prope eversiones; tollentur aedificiorum incendia, oppidorum direptiones, matronarum virginumque raptus; cessabunt tot hominum caedes atque interitus et reliqua ingentia horrendaque maleficia,' quae inferre bella solent; tum vanam* [c. 1058] *spem saepenumero populis datam iam tandem finiri necesse erit nec in reliquum tempus literis exspectationibusque falsis decepti manebunt; deinceps praeclarum et memorabile facinus nostra hac tempestate conspici licebit, cum tot utrimque fortissimorum virorum multitudo et ingentes exercitus in tam aequum tamque expeditum locum convenerint, propriae virtutis experimentum ostensuri; postremo ea loci definitiva porro ferretur sententia, quis iustius arma sumpserit atque id a tali tantoque iudice promulgabitur, ut non facile contingat, qui appellationem audiant reperire. Ex felicibus castris nostris apud Calvisanum pridie kalendas novembres, anno a Natali christiano quadrigentesimo quinquagesimo secundo supra mille* „. Ad haec duces venetique legati ita responderunt: “ *Pridie hora vigesima quarta redditae sunt nobis literae tuae, quae nos ad conserendam pugnam plurimum et invitant et provocant; intelleximus praeterea quae tubicen tuus et alter item cum eo nuntius nomine tuo coram explicarunt et quoniam hoc illud est, quod nos summopere et continenter hactenus non concupivimus solum, sed conquisivimus, ut tuo exercitui omnique Italiae notissimum est, quandoquidem nos non in paludibus castra fecerimus, non intra aggerem, fossam, aut vallum, ut tu, copias continuerimus, quin in planicie et patentibus locis semper consederimus, quod et* [c. 1059 jj 3] *coram nuntii ipsi renuntiare tibi debuerunt, itidem his literis nostris respondemus nos ad quod tantopere incitas, bono libentique animo acceptandum statuisse in diem lunae proximum, hora inter tertiam et nonam et loco utrisque copiis pari atque idoneo; nam tui non est ad eam rem, sed ad nos potius attinet, uti abs te provocatos, locum diemque praescribere atque in eius rei conficiendae fidem et bellicae chirothecae committendique proelii signi per te ad nos missi corresponsionem, chirothecas geminas et hastas totidem sanguinolentas ad te remittimus, ut intelligas, nos Gentilem leonissanum, comitem Jacobum Picininum, Carolum Gonzagam, huius exercitus gubernatores, cum reliquis equitum peditumque praefectis pro veneti senatus honore, pro commodo proque imperii amplitudine, paratos praestoque fore. Quod, divina adiuvante clementia, servandum ac longe lateque propagandum speramus, cum didicerit consiliumque semper suum fuerit et studium, totius terrarum orbis legitimis principibus atque regibus pacem quaerere et in primis sanctam catholicamque fidem adversum infideles tutari, tyrannos insectari et cum eis bellum gerere, qui hanc nostram Italiam saepe armis invadere et iniuste sibi vindicare praesumpserunt. Quos quidem tyrannos divino auxilio et alios' item* [c. 1060] *subigere confidimus et eos praesertim, qui pecunia ipsius' nostri senatus uxorem sibi et imperium* [Mur., 628] *comparaverunt; tibi vero non iniuste bellum intulit, quo cum nulla sibi pax, neque in-*

---

3. etiam *esp.* — 6-7. manicam *invece di* chirothecam — 7. astringentes *invece di* adiurantes — 8. dictum.... pariter *esp.* — 9. ut praediximus, quidem, nostra sententia *esp.* — 11. et.... eversiones *esp.* — 14-15. nec.... manebunt *esp.* — 18. periculum facturi *invece di* experimentum ostensuri — 22. quartam *invece di* nonam — 31. nam non tuum est — 32. ut *esp.* — 33-34. fidem geminas manicas et hastas — 37. paratos decernere — 37-40. praestoque.... tutari *esp.* — 41. invasere *invece di* invadere — 42. ausi sunt *invece di* praesumpserunt — 42-43. Quos.... praesertim *esp.* — 43. ipsius *esp.* — 44. iuste *invece di* non iniuste - illatum est *invece di* intulit - sibi *esp.* - nullae *invece di* neque

“ *duciae erant. De quo felicem reportare victoriam cum optata totius Italiae tranquillitate* “ *minime dubitamus. In castris apud Gaydum kalendas novembres* „. Quo responso et universus exercitus, qui in magna eius rei expectatione versabatur, summo gaudio afficitur et Franciscus, perspecta ea Venetorum arrogantia eaque rerum iactantia, multo gravius in eos animo incenditur. Nam pro eius animi moderatione non solum de iis principibus deque rebuspublicis, cum quibus amice viveret, sed et de iis, quibus cum bellum gereret, vel injuria lacessitus esset, modestissime aut si contumeliis affectus ipse etiam in eorum contumeliam prorupisset, parce et non palam loqui solebat moxque proinde omni ex parte copias, quae castris aberant, ad se venire militemque omnem armis equisque sese celeriter ornare imperat; idem faciunt hostes. Interim dimenso, quod inter utraque castra spatii intercedebat, tumulus quidam terrenus in ea, quam diximus, planicie positus et passibus amplius quadrigentis hostium quam suis castris proximus metae signoque datur. Hic pugnae dictus est locus eoque *c. 1061 ij 4* parti utrique impune venire licet; equitatum deinde omnem centum in ordines partitur, quibus ex omnibus ducentos egregie ornatos delegit equites, quos et longo belli usu et corporis robore et animi virtute plurimum praestare novisset. Hos item duas in partes dividit subsidiariasque cohortes appellat, quarum alteri Bosium, qui relictis Parmae copiis eo accersitus venerat, alteri Colellam quendam neapolitanum, ex ductoribus equitum virum fortem et rei militaris peritia egregium, praefecit; praeterea ne tanto in certamine, quod futurum existimabat, ullus accideret error, ulla praeceptorum fieret transgressio, ulla inter equites in capiendis ex hostium equitibus oriretur contentio, ulla decertando temporis dimissio intercederet, ut saepe inter eiusdem exercitus equites praedae cupiditate evenire solet, hanc legem instituit, quam cunctis servandam diemque pugnae simul ingenti tubarum clangore in exercitum pronuntiari iussit: “ *Primum, quisque ordinem servato in eoque persistito; qui secus fecerint, inexorabiliter seu ante, seu post proelium laquei poenas danto eamque ob causam certi* “ *deligentur exploratores, a quibus turmas per singulas equitum legis huius contemptores obser-* “ *vabuntur. Post haec ea servetur consuetudo, quae antiquo belli iure moreque italico servari* “ *consuevit: primo si quis equum hostis inter pugnandum habenis manu ceperit ac retinens ad* *c. 1062* “ *suos converterit, captivus illius esto, nec ullatenus impediatur; at si quis equum loris intercе-* “ *perit, nec vertat, modo eo sit loco, ut redimi nequeat, illum interturbare liceat nemini; si* “ *quem vero ex hostibus a sfortiano milite, aut cassidis crista aut collo comprehendi contigerit,* “ *ita ut illius sit causa retinendi, nec suorum auxilia liberari queat, huius captivus esto, nec* MUR., 629 “ *liceat perturbari; item si quis equitem humi prostraverit, eius captivus esto et dimidium* “ *equi pretium, si in aliorum manus devenerit; item die proelii suum quisque signum tergo* “ *consuetum deferto; item die, qui dictus erit certamini, hora qua tubicines proelium praecine-* “ *rint, armatus quisque adesto ac ordinem constitumque locum adito; postremo et imprimis Lu-* “ *dovici mantuani principis et Bartholomaei Collionis ceterorumque item, quibus praecipiendi* “ *demandaretur auctoritas, universi non secus ac imperatoris iussis parento* „.

At ubi constitutus proelio dies affuit, Franciscus prima luce copias in armis esse imperat, quas in turmas deinde coactas in planiciem singillatim educit et cum ad dexteram, quae ad septentrionem vergebat, planiciei tenuisset, quantum sibi visum est, agminis frontem ad sinistram vertit, quae ad occidentem solem spectabat, et medium per patentissimum anteriorem *c. 1063 ij 5* cohortem ad tumulum iter facere reliquosque deinde ordines aequo inter se spatio, ne alteri alter, ubi opus esset facto, impedimento sit, pedetentim incedere iubet. Quod duabus fecit de causis, tum ut ordines in aperto omnes extendendi copiam haberet, tum etiam ut

---

2. Hoc *invece di* quo — 7. in .... contumeliam *esp.* — 8. mox - proinde *esp.* — 9. iubet *invece di* imperat — 11. terrenus *esp.* — 12. nostris *invece di* suis - proximior - metae .... Hic *esp.* - locus *esp.* — 15. item *esp.* — 16. turmas *invece di* cohortes — 17. quendam *esp.* — 20. ex *esp.* - amissio *invece di* dimissio — 22. cunctis .... simul *esp.* — 24. eam — 28. verterit — 30. vero *esp.* — 32, 33, 34. item *esp.* — 35. et imprimis *esp.* — 36. et *esp.* — 37. demandabitur - *propriamente il codice dà* iussibus — 38. venit *invece di* affuit — 39. deinde *esp.* — 42. turmam *invece di* cohortem — 44. etiam *esp.*

in planiciem hostibus maiorem progrediendi potestatem faceret et a munitionibus, quam posset, longius submoveret. Subsidiarias vero cohortes in utrumque latus disponit, quarum praefectos pugna abstinere, at si qua in parte nostros laborare, aut gravius premi conspicerent, eo confestim occurrere laborantibusque subsidium ferre admonebat. Equites item quocumque se praefecti verterint, quocumque ierint, eos subsequi et suae virtutis operam navare remque ferro edere iubebat et si proelii conserendi causa turbati disiungerentur, ipsos, facto primo in hostes impetu, protinus convenire edocebat. Ferebant enim pro crista praefecti utrique, quo pugnantes inter reliquos agnoscerentur, linteum quoddam album in parvuli modum vexilli adactum et baculo satis sublimi in casside defixo revinctum; signa deinde militaria medium inter agmen collocat; praeterea maiorem peditatus partem praesertim veteranam, cuius virtuti atque viribus plurimum confidebat, in fronte lateribusque alarum instar constituit; reliquam insuper pedestrem multitudinem inter ordines et in postremis praesidio versari iussit. Postea vero quam ad tumulum' ventum est, consistere omnes Franciscus *c. 1064*
imperat et quaerenti quid ab adversariis strueretur, renuntiatum est omnes esse in armis totamque superiorem noctem eorum duces multo opere vias aditusque omnes, qui in planiciem ducebant, partim obstruxisse, partim fossa a latere utroque repagulisque frequentibus permunitos reddidisse, equitatus peditatusque minorem partem eas intra munitiones disposuisse, reliquum adhuc in castris consedere peditatus, residuum et omnes fere gregarias pedestresque copias Calvisanum versus per loca palustria et arboribus fossisque impedita, de quibus supra mentionem fecimus, emisisse, castra invadendi causa simulantes, quorum in aperto pedites equitesque perpauci conspiciebantur. Paulo deinde hinc atque illinc ingentes virorum fremitus exaudiri coeperunt, quod studio ab hostibus factum intelligebatur, ut quanta constarent multitudine in conspectu nostri exercitus clamori'bus ostentarent; inspici nam- Mur., 630
que non poterant, quod et arborum densitas et nebula frequens prohibebat. Quod cum animadverteret Franciscus, veritus ne quid in castra per insidias conarentur, illico ad postremos misit, qui ediceret, ut castris, si oporteret, praesidio essent propinquioresque ordines singillatim planiciei terga verterent. Relatum est, nondum novissimam castris cohortem excesisse, totum' intervallum, quod a castris ad tumulum intererat, turmas complesse, quod in- *c. 1065*
tervallum tribus amplius millibus passuum constare ferebatur. At cum per horam in acie stetisset, neque hostes, ut se facturos promiserant, in pugnam venire, neque in conspectum prodire videret, neque eos, ubi essent, propter munitiones locique iniquitatem et propter supervenientem himbrem, quo languescere omnes coeperant, invadere utile putaret, ex cohortibus unam paulum praeter tumulum progredi iussit. Hanc ultra per scorpionis iactum ministros parata cum materie mittit, quibus columnam in quorumdam ex hostibus conspectu lapide et cemento educendam curavit, ibique chirothecas, quas diebus superioribus acceperat, hasta infigendas mandavit; quod quidem opus et ad diei memoriam et in hostium ignominiam conficiendum iussit. Interim dum haec geruntur, Porcelius romanus civis, poëta insignis, cum pro rege Alphonso apud Picininum moram faceret, miro visendi studio ductus, ad Franciscum rogatum misit, ut eius voluntate sibi eum adire liceret; quod cum facile impetrasset, profectus totum agmen percurrit admiratusque ordinem, magnitudinem exercitus, equitatus ornatum, militum quoque animum ad dimicandum, tam alacriter paratum dixit quod vidisset memoria dignissimum seque' literis mandaturum. His peractis, in castra utrique exercitus *c. 1066*
multo cum imbre quasi sero rediere; deinde cum per hiemem continuosque imbres non sine magno exercitus incommodo perseverare amplius in castra posse videret, copias in hiberna

---

2. traheret *invece di* submoveret - vero *esp.* - turmas *invece di* cohortes — 10-11. veteranorum — 11. quorum *invece di* cuius — 13. Franciscus *esp.* — 18-19. castris esse omnem inutilem multitudinem Calvisanum *esp.* — 20. fecimus veluti ad invadenda castra nostra emisisse - castra .... simulantes *esp.* — 27. turmam *invece di* cohortem — 35. ibi manicas quas — 37. faciendum *invece di* conficiendum *esp.* - Interim *esp.* — 38. rege *esp.* — 40. lustravit *invece di* percurrit — 41. alacriter *esp.* — 41-42. paratum nil unquam se dignius vidisse praedicavit idque se literis — 43. circa vesperam *invece di* quasi sero — 44. castris

mittere constituit; sed antequam id conficiendum esset, per proximas villas vicosque dies aliquot commorandum videbatur, ut quid de recessu in stativa hostes quoque statuerent, cognoscere posset; at ubi eos non prius exercitum soluturos intellexit, quam ipse suum solveret, copias omnes partim ea in oppida, quae in Brixianis obtinebat, hiematum distribuit, quibus Tristanum filium suum, Robertum sanctoseverinatem sororis filium praefecerat, partim in Cremonenses et in ea loca, quae in frontibus erant remisit, praeter Bartholomeum, quem in Alexandrinos mittendum statuerat, quo bellum eam per hiemem Guilielmo inferret amissaque oppida recuperare conaretur. Ceterum haec dum exequi parat, Evangelista Sabellus quingentorum equitum ductor, qui pro Venetis Cerreti monasterium, quod permuniti instar oppidi effecerant, valido praesidio servabat, cum Francisco iam de deditione pactus, Alexandro sese atque monasterium tradiderat; pons vero, quem in Addua non procul ab eo monasterio, ut *c. 1057* ostendimus, Veneti summo studio aedificandum custodiendumque' curaverant, per proditionem, ut tentaverat, capi non potuit, quod esset quibusdam aliis peditum praefectis curae MUR., 631 commissus. Quod cum intellexissent hostes, continuo Leonissa'nus, Carolus et Tibertus cum magna exercitus parte Cremam proficiscuntur eo consilio, ut exinde pontem tueantur, quousque Francisci exercitum in hiberna pervenisse cognoscerent. Franciscus nihilominus Collionem omnibus iis copiis, quibus trans Adduam hiemandum erat, ad expugnandum pontem proficisci iubet. Is cum per Cremenses et ab oppido non longius passibus quingentis iter facere cogeretur, quod aliud sibi iter relinquebatur nullum, hostes oppido educunt eo animo, ut aut nostros transitu prohibeant, aut, si vim facerent, proelio contendant; Collio contra, ubi paratos ad pugnandum hostes conspicatur, sfortianorum militum viribus fretus, quorum apud se delectum habebat, suos eo consilio ad decertandum instruit atque hortatur, ut si eos itinere prohibere conentur, vi ac ferro viam aperiant. Omnibus itaque cassides indutis equitibus hastasque manu tenentibus, Collio ad pontem iter prosequitur et, cernentibus hostibus ipsis, oppidum sine ullo negotio praeteriit et alterum circa pontis castellum, quod erat aedificatum *c. 1058* ab eo latere, quod ad Cremenses pertinebat, castra ponit. Huc quoque Ale'xander continuo, ut erat a Francisco imperatum, magna cum militum manu advenit castellumque deinde ipsum adorti, cum totam noctem tormentis oppugnare contendissent, mane facto, territis defensoribus, vi capiunt moxque, ponte occupato, alterum castellum, quod erat ab alia parte pontis, nullis repugnantibus, diripitur; tertium item, quod erat intra continentem in Laudensibus ingenti artificio atque opere constructum et omni armorum genere et militum praesidio permunitum, dissipatur; eum postea pontem Franciscus rescindi et castella dirui jussit. His confectis rebus, Bartholomaeus in Alexandrinos ire contendit, Alexander Laudem revertit; reliqui in hiberna constituta proficiscuntur: Leonissanus item Brixiam, Carolus Veronam hibernatum se conferunt, Tibertus Cremae moratur, Franciscus vero Cremonam venit. Atqui non multo post suum eam in urbem adventum, Tibertus ad eum misit, qui diceret, nihil se amplius negotii habere cum Venetis, in sua esse potestate; praeterea sua erga eos merita et multa illorum cum in se, tum in omnes ingratitudinis vitia commemoraret seque proinde statuisse ab eorum amicitia omnino discedere et, quo fortuna tulisset, proficisci; rogare, ut eius voluntate per suos fines impune transire liceret; si sua opera eius in rebus uti velit, se pro *c. 1059* vetere' inter eos benivolentia, quas sibi dederit conditiones, non repudiaturum; sperare pro

---

1. Prius tamen *invece di* sed antequam - id.... esset *esp.* — 2. de.... stativa, quoque *esp.* — 3. eos spectare intellexit dum ipse exercitum solveret — 4. ea *esp.* - Brixiensibus — 4-5. distribuit ducibus Tristano filio et Roberto sanctoseverinate partim — 6. praeter, quem *esp.* - Bartholomeum vero — 6-7. Alexandrinos, qui b^ellum — 8. recuperaret mittere constituerat. Sed interim Evangelista — 11. tradidit — 14. hostes continuo *esp.* — 15. exinde *esp.* — 19. sibi *esp.* — 21-22. fretus omnes induere galeas jubet, ut si hostes itinere — 23-24. Omnibus.... tenentibus *esp.* — 24. Ita Collio - ipsis *esp.* — 25. alterum *esp.* — 27. venit — 27-28. deinde.... adorti — 28. contendisset - facto *esp.* — 29. capit — 30. intra continentem *esp.* — 32. delicitur *invece di* dissipatur - cum *esp.* — 33. ire *esp.* — 34. constituta - item *esp.* — 35. Cremae substitit et ad Franciscum qui jam Cremonam venerat — 35-36. Atqui.... eum *esp.* — 40. eius in rebus *esp.* — 41. inter eos *esp.*

ejus aequitate eam honoris sui rationem habiturum, ut quam in eo habeat fidem, minime se fefellisse intelligeret, quin quidem eius hostibus acerrimum se hostem futurum et quae imperasset facturum ostendit. Franciscus, etsi hunc tam inopinatum tamque repentinum Tiberti motum admirabatur, tamen visum est, hominem, qui ultro optimam eius in se voluntatem polliceretur, honore et beneficio complectendum, cum maxime non parvo sibi usui futurum perspiceret, quod et Venetis illum adimebat et suae eum militiae virum adiungebat, quem per superiora tempora acrem et rei militaris peritum cognovisset. Quas ob res ita cum nuntio egit, ut ad se ipse veniret; qui statim, reverso nuntio, suas copias in Cremonenses perduxit; deinde clam ad Franciscum pro'fectus ac re de stipendio composita chirografisque mutuis MUR., 632 et jurejurando firmata, novissime postulavit, ut Mirandolae cum suis hiemare liceret, ne ita repente pro eius honore ad Venetorum hostem transisse videretur et interim uxorem liberosque ab ipsorum manibus liberare et in suam potestatem redigere posset. Quod cum Franciscus liberaliter concessisset, per Cremonenses in agrum mirandolanum traiecit, qui neque Franciscum vidisse, neque cum eo rei aliquid, nisi de fide publica ' pro eius transitu egisse *c. 1070* atque liberum se esse dissimulabat. Collio inter haec, ubi in Alexandrinos pervenit, accersitis copiis, quae cum Conrado Alexandriae praesidio erant, hostium fines late longeque depopulatur atque interim Raynaldum, Astensium praesidem, quingentis cum equitibus sibi adiungit; imperaverat ei namque Carolus rex pro ea, qua Franciscum florentinumque populum benivolentia complectabatur, ubi Francisco ipsi esset usui, continuo sibi auxilio adesset. Cornientum deinde oppidum aggressi, cum per diem continenter oppugnassent, nec per deditionem, nec per vim, valido militum praesidio defensum, obtinere potuissent, ab oppugnatione destiterunt. Raynaldus, qui, quod sui Galli molles et laborum insueti, quos dura italica ferre solet militia, nullum perferre incommodum volebant; omnino se postridie abiturum testabatur astensem ad urbem regreditur. Collio in Derthonenses reversus, posteaquam Puteolum vi recepit, suos partim ibi, partim in proximis locis collocavit.

Dum haec in Longobardia geruntur, Alphonsus rex secundum et grave Florentinis bellum intulerat magnisque viribus cum eis contenderat; stimulantibus namque quotidie Venetorum legatis, in ipso prope aestatis initio, Ferdinandum filium suum cum potentissimo exercitu in Etruriam mittendum constituit, qui paterni regni' fines praetergressus et per Umbros *c. 1071* Perusinosque iter faciens, in Florentinorum fines, quibus pater, ut ostendimus, iam bellum indixerat, paucis diebus pervenit et primo aggressu Folianum oppidum obsedit; cuius oppugnationi acriter intendens, Cortonensium, Aretinorum finitimorumque agros ob florentini exercitus paucitatem multis incursionibus devastabat. Id vero oppidum etsi forti militum praesidio, Zenone cremensi praefecto, muniebatur, tamen cum variis tormentorum cuniculorumque artibus diu multumque oppugnasset, desperatis de subsidio oppidanis, per deditionem tandem accepit. Dum autem, ea durante obsidione, Eustorgius, Faventinorum princeps, vir fortis et bellicosus, qui primus ex Flaminia auxilio Florentinis accesserat, hostem lacessere, oppugnationem tardare, obsessos spe ferendae opis in fide continere studet, insidias pabulatoribus instruxerat; qua re Ferdinando enuntiata, primo impetu ita funditur fugaturque, ut magna suorum parte intercepta vix ipse cursu evaserit. Quo nuntio tantus populo florentino terror injectus est, tanta omnes trepidatio invasit, quemadmodum Detesalvius apud Franciscum legatus referebat, ut se quasi tueri posse diffiderent. Sed Sigismundi Pandulfi et Simoneti ex Ca'stro Petro cum non parva equitum manu adventus eam spem attulit, crescen- MUR., 633 tibus' etiam milite multis e locis conducto in dies copiis, ut respirare animo et melius suis *c. 1072* rebus sperare coeperint. At Ferdinandus nihilo tamen secius per eorum fines castra faciens,

---

1. eam *esp.* — 1-3. ut .... ostendit *esp.* — 9. scriptisque *invece di* chirographisque — 11. pro eius honore *esp.* — 13. qui *esp.* — 15. dissimulavit *esp.* — 19. sibi *esp.* - auxilia mitteret. — 22. qui, sui, molles et, quos .... italica *esp.* — 23. ferre .... militia *esp.* - poterant *invece di* volebant - omnino se, abiturum *esp.* — 24. testabatur *esp.* — 26-27. rex .... contenderat *esp.* — 27. namque *esp.* — 28. suum *esp.* — 29. et *esp.* — 30. iter faciens *esp.* — 35. desperantibus — 42. se quasi *esp.* — 45. castra faciens *esp.*

pleraque castella atque oppida cepit partim vi, partim pactione incolis sese dedentibus. Mur., 634 Exacto aestatis tempore, exercitum in Senenses de'duxit et per loca Florentinis finitima in hiberna distribuit; ea aestate et per Franciscum adversus Venetos aegre et per Florentinos adversus regem aegrius sustentatum est. Franciscus, peractis Cremonae cum Blanca coniuge natalibus dominicis diebus et ad comparandam pecuniam exercitus rursus ornandi causa et ad cetera providenda, quae bello, quod insequenti anno gesturus erat, usui fore cognosceret, Mediolanum belli sedem proficiscitur.

---

2. duxit — 3. et Franciscus - adversus *esp.* - et Florentini — 4. adversus *esp.* - sustinuere *invece di* sustentatum est - peracto — 4-5. coniuge natali christiano ad — 5. exercitus .... causa *esp.* — 7. belli sedem *esp.*

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER VIGESIMUSTERTIUS

CUM ea esset ad bellum utrimque gerendum rerum conditio, ut Franciscum c. 1073 majore pecuniae copia subveniri, quam sui aerarii facultas suppeditabat et florentinum populum maiore militum numero augeri oporteret, maxime necessarium fore pro communi salute iudicabant, ut ea re, qua affluerent, se invicem sublevarent. Itaque cum Franciscus milite, Florentini pecunia abundarent, Alexandrum fratrem cum millibus duobus militum Franciscus ad Florentinos, ubi per tempus liceret, transmittendum, ipsi vero eum octoginta aureûm nummûm millibus iuvandum constituunt; praeterea ad Carolum, Francorum regem, Angelus Acciarolus florentinus civis et Abraham Ardicius viglebiensis communi consilio legati mittuntur, qui regis eius opera Renatum, Andegavensium ducem, qui se, ut supra ostendimus, citerioris Siciliae regem deposcebat, florentini populi stipendio conducerent et, quo maiore copiarum numero fieri posset, in Italiam traducerent utque ad id munus suscipiendum facilius allicerent, haec illi pollicerentur: Alphonso Etruria pulso, si in regni fines eum persequi voluerit, Florentinos suas copias con- c. 1074 cessuros et quicquid opis sibi foret reliquum praestituros; Franciscum item, pacatis seu bello seu pace Longobardiae rebus, Alexandrum fratrem cum potenti exercitu, recuperandi regni eius causa, missurum. Legati regis hortatu Renatum florentinae reipublicae stipendio cum viginti supra centum aureûm nummûm millium impensa quotannis dependenda firmant scriptisque et jurejurando obstringunt. Reliqua vero socii, quae bello usui putabant, comparare tempusque hostibus praeripere summa cura studebant. Ceterum cum esset Mediolani Franciscus, crebrae ad eum Ludovici literae reddebantur, Carolum fratrem e Veronensium finibus suos fines mantuanos, praesertim quotidianis excursionibus, infestare et castella quaedam iam occupasse, nec esse absque civitatis suae suspicione, et propterea rogare ac deposcere, maiora sibi auxilia mittantur. Fiebat praeterea eodem fere tempore literis Roberti certior, Leonissanum et Picininum ex hibernis delectum eduxisse, Manerbium oppidum circumvallasse, tormentis die noctuque oppugnare. Quibus rebus cognitis, Franciscus celeriter Cremonam ire contendit eo consilio, ut et Manerbienses obsessione liberaret et Ludovico auxilia submitteret; at ex itinere cognoscit Manerbienses tridui oppugnatione coactos, Christophoro Taurello cum suis incolumi, quem eorum praesidio praefecerat, sese Venetis permisisse; c. 1075 k 1 Leonissanum, dum ei oppugnationi intenderet, a Christophoro in latus scorpione lethaliter vulneratum, Brixiam fuisse delatum, qui paucis post diebus vita functus est. Ubi vero Cre-

12. asseverabat *invece di* deposcebat — 13. fieri *esp.* — 17. valido *invece di* potenti — 21. cum.... Mediolani *esp.* — 21-22. Francisco — 22. ad eum *esp.* — 23. suos, praesertim *esp.* — 24-25. maiora sibi *esp.* — 25. mitteret — 26. delectum *esp.* — 27. Franciscus — 28. ire *esp.* - obsidione — 32. fuisse, qui *esp.* - functum - est *esp.*

monam pervenit, Roberti eiusdem et Alexandri, qui e Parmensibus in Brixianos obsessis subsidio ierant, literis intellexit, hostes ob rumores, qui de suo in eos adventu afferebantur, quamprimum recepto oppido praesidioque imposito, in hiberna rediisse; proinde Cremonae aliquandiu moratus, Tibertum, qui, ut supra diximus, Mirandolae hiemabat, ad Ludovicum auxilio proficisci iubet; deinde ad reliqua belli negotia conficienda Mediolanum regreditur. Tibertus interim in Mantuanos proficiscitur et Lodovici copiis sibi adiunctis Carolum vagantem non modo reprimit, sed in Veronenses turpiter redire cogit; in quorum fines progressus eumque intra munitiones adortus fudit ac, multis ex suis captis, fugavit. Ineunte autem primo c. 1076 vere, Florentinis maxime' instantibus, Alexander, superato per Parmenses Apennini jugo et per Lunenses emenso sex dierum itinere, in Etruriam pervenit. Eius adventu Florentini, redintegratis animis, reliquas eorum copias in unum locum cogi jubent et, quoniam inter Ale- Mur., 634 xandrum et Sigismun'dum, primos exercitus duces, gravis erat exorta contentio, quis eorum imperaret ita ut alter alterius dicto audiens non esset, florentini populi consulto dux exercitus Sigismundus declaratur, verebantur enim ne, si Alexandrum praeferrent, Sigismundum ob eius insolentiam animique mobilitatem minus obtemperantem amitterent; Alexandrum Francisci opera, cuius imperio ad eos venerat, obtemperaturum minime dubitabant. Qua re Alexander quam graviter indignatus statuit se ab exercitu seiungere et Florentinorum finibus omnino excedere. Quod cum intellexisset Franciscus, illico ad eum scripsit, ne quid de discessu statuisset committere velit, moleste se quidem ferre, quod summopere cupiebat, imperii summam ad eum, a quibus debuerat, non fuisse delatam; verum id aequo pateretur animo, cum non modo Florentinorum, sed sua etiam ageretur causa; non enim eum ad Florentinos misisse, ut ab iis sui exercitus praefecturam peteret, sed ut sibi auxilium ferret. Alexander, cognita fratris voluntate, invitus paruit. His rebus constitutis, Folianum, quod superiore anno, uti demonstravimus, regius exercitus occupaverat, obsedere et, ne qua posthac Mur., 635 inter eos dissensio oriretur, negotia non tam exercitus quam belli inter sese di'videbantur. c. 1077 k 2 Eo oppido recepto, nul'lis prohibentibus, quod Ferdinandus nondum ex hibernis copias eduxerat, ad reliqua recuperanda, quae in hostium erant potestate, magno exercitu contendunt. Haec aestatis initio in Etruscis cum magna populi florentini auctoritate geri coepta sunt.

In Longobardia vero sic bellari ea coeptum est aestate: Veneti, mortuo, ut diximus, Leonissano, quo duce anno ante acto bellum gesserant, Picininum exercitui praefecerunt, non quia tanta esset virtute praeditus, ut res bellicae suo consilio atque ductu administrarentur, sed ut beneficio in officio continerent, quem cum Francisco atque florentino populo conspirare animadvertissent, et cum pabuli copia adesse coepit, ornato iam ad bellum milite, primi ex hibernis educere et oppida, quae Franciscus trans Olium obtinebat, invadere atque oppugnare coeperunt: primum siquidem Quintiano castra admoverunt et magnis tormentorum viribus non prius ab oppugnatione destiterunt quam, muro et aggere deleto, et oppidanos et milites, qui oppido ei praesidio erant, ad sese dedendum redegerunt; dein continuo Pontemvicum, non procul positum, toto exercitu obsederunt illumque item maiore conatu, nullo diurno aut nocturno tempore intermisso, expugnare contendunt; nam hostibus id erat animo ut, priusquam Franciscus suos contraxisset et in Brixianos rursus duxisset, omnibus Olii adi- c. 1078 tibus, quos ipse' possidebat, occupatis, eum transitu prohiberent et copiis, quae cum Tristano

---

1. Brixienses — 5. auxilio *esp.* — 6. Tiberto interim sibi adiuncto Ludovicus Carolum — 7-8. turpiter.... eumque *esp.* — 8. compulsum *invece di* adortus - ex suis *esp.* — 9. maxime *esp.* — 11. eorum *esp.* — 12. primos.... duces *esp.* - orta - uter *invece di* quis eorum — 13. ita.... esset *esp.* — 13-14. ducem Sigismundum declarant — 16. Qua re — 17. quam graviter - se.... seiungere et *esp.* — 18-20. scripsit moleste se quidem ferre imperii — 21. communis *invece di* sua — 22. sui, sibi *esp.* — 23. quamquam invitus — 25. inter eos — 27. magno exercitu *esp.* — 28. laetitia *invece di* auctoritate - sunt *esp.* — 29. sic.... aestate, ut diximus *esp.* — 30. quo.... gesserant *esp.* — 30-31. non ob virtutem sed ut — 32. quod *invece di* quem - florentino populo *invece di* Florentinis — 33. adesset - coepit.... milite *esp.* — 35. siquidem, castra *esp.* — 36. ab oppugnatione *esp.* — 37. milites qui in praesidio erant ad deditionem compulerunt P — 38. item *esp.* — 39-40. contendunt eo animo ut — 40. et.... duxisset *esp.* — 41. quos.... possidebat *esp.*

et Roberto erant, intercluderent, quibus nullum salutis praesidium relinquebatur, nisi fuga in Mantuanos se reciperent; praeterea ne Ludovicus et Tibertus Francisco iungerentur, Carolus, suis refectis copiis et aliis compluribus auctus cohortibus, in Veronensibus relinquitur, qui Mantuanorum agros vexando, eos in his locis occupatos distineret. Franciscus, eo repentino hostium motu successuque solicitus, Cremonam proficiscitur et, quas potest, eo copias contrahit, aestuabat namque vehementer animo, quod ante oculos in ipso praesertim aestatis initio sui oppugnarentur; quorum saluti, ut belli magnitudo existimatioque sua postulabat, celerius consulere non potuisset quodque insuper hostes magnam sibi auctoritatem vindicare magnosque in dies spiritus sumere viderentur. Pecuniae quippe omni ex parte difficultas hoc potissimum effecerat, ut sero admodum equitatus, in quem fuerat pecunia distributa, ex hibernis exisset; sed majus quoddam inopia rebus gerendis attulit incommodum, quod non omnis equitatus fuerat pecuniae particeps. Collio inter reliquos in stationibus etiam hiemalibus commorari coactus est; ex quo mirum in modum perturbatus, aliunde quaerenda sibi stipendia praedicabat et ob id, dum Nicolai summi pontificis voluntatem' quaerit, quod *c. 1079 k 3* Francisci consensu faciebat, Venetorum etiam mentem cognoscere ei non defuit animus; sed cum simulare illum existimassent, pollicitationem nec respuere omnino, nec tunc accipere sibi consilium fuit.

At Franciscus, etsi non absque periculo, exercitu nondum coacto, Cremona discedere posse animadvertebat, tamen cum intelligeret, non esse amplius cunctandum ad ferendam obsessis opem, in extremo discrimine constitutis, consilium capit, cum iis modo copiis, quas secum habebat, Senigam proficisci, quod est castellum in ulteriore Olii ripa positum, ubi anno superiore pontem construendum et vicum muniendum curaverat. Quem ad locum paucis ante diebus tam castelli ejus et pontis 'servandi gratia, quam ut auxilii spem iis afferret, qui MUR., 636 in Pontevico obsidebantur, quod minus quinque passuum millibus a Seniga distabant, Sacramorum Vicecomitem cum decem cohortibus et peditatus parte ire jusserat, ut exinde postea, iis acceptis copiis, quae trans flumen erant, per cremonensem agrum iter faciens, oppidum per pontem ingrederetur, nam omnis hostilis exercitus ultra flumen castra faciebat, atque in stationes eruptionem faceret. Quo subsidio non dubitabat, aut priusquam eo pervenisset, hostes discessuros, aut, se si exspectassent, profligaturum. Properanti igitur viginti non amplius cohortibus Senigam versus frequentes Sacramori 'nuntii, amissis atque laxis equis, obviam *c. 1080* occurrunt, qui dicunt die eodem mane Pontemvicum vallo aggereque ad solum aequato, nullis fere prohibentibus, hostes cepisse sfortianosque milites dissipasse ac, eo oppido recepto, toto exercitu, ea victoria elatos, Senigam velociter venisse vicumque oppugnare adniti et, nisi celerrime subveniatur, tantum impetum sustinere se diutius non posse. Qua re cognita, eo velocius ire contendit pontemque transgressus, pedites equitesque magno timore perculsos, cum se contra tantas hostium vires tueri diffiderent, munitionem deserere et fuga citra flumen in Cremonenses se recipere pontemque rescindere constituisse Sacramorumque tamen anxium et vallum defendere et omnes continere intra vallum conantem invenit; eosque primum acriter increpat, quod extra munitionem pugnam non sustinuissent quodque hostes munitionis fossam adire aggeremque oppugnare magno eorum cum periculo permisissent, deinde suos cohortatus, primus ipse in hostes erumpit proeliumque cum iis, qui pro porta erant, committit; peditatum, qui aggerem, ut diximus, ascendere adnitebatur et omnem denique pedestrem multitudinem, quae intra munitionem tela conjiciebat, statim submovit atque reppulit, equitatus namque omnis, praeter paucos equites, qui peditibus immixti eo venerant, procul a mu-

3. suis *esp.* - turmis *invece di* cohortibus — 6-8. contrahit indignabundus, ante oculos in ipso aestatis initio suos oppugnari hostes — 9. viderentur, quippe.... parte *esp.* — 12-13. in hibernis commorari — 15. mentem praetentavit. Sed — 16. accepere — 17. sibi.... fuit *esp.* — 20. modo *esp.* — 21. positum *esp.* — 24. distabat — 24-25. Sacramorem — 27. nam.... faciebat *esp.* — 28. stationes hostium quae ultra flumen erant eruptionem — 30-31. nuntii admissis equis referunt eodem - obviam.... qui *esp.* — 31. referunt *invece di* dicunt - die *esp.* — 32-33. toto exercitu *esp.* - *già* expugnare — 33. adniti *esp.* — 34. sustineri - se *esp.* — 37. Sacramoremque — 43. atque reppulit *esp.* — 44. equites *esp.*

c. 1081 kk 4 nitione 'constiterat. Picininus, ubi Franciscum tum vocis significatione, tum insignibus militaribus et cristata galea, quibus ipse in bello uti solebat, tum exercitu, qui trans flumen conspiciebatur, advenisse videt, Pontemvicum redire omnes iubet; quos Franciscus cum et equitatu et peditatu longe superiores esse sciret et intra eorum munitiones iam consistere animadverteret, insequendos non putavit; itaque receptui cani locumque castris idoneum ad ulteriorem fluminis ripam cremonensis agri nactus, stationes militem firmare jussit. Non videtur silentio praetereundum, quod eo ipso die, qui fuit ad quartum decimum kalendas junias anni a nativitate dominica millesimi et quinquagesimi tertii supra quadringentesimum, impius et immanissimus ille Maumethus, Turcorum imperator, amplissimam ac praeclarissimam constantinopolitanam urbem expugnavit ac per omne crudelitatis genus diripuit atque dissipavit; cuius miserandum atque deflendum excidium nulla unquam delebit oblivio. Dum autem ad Senigam Franciscus hostesque item ad Pontemvicum morantur, suum exercitum Franciscus magnopere augere studebat et praecipue Ludovicum et Tibertum frequentibus literis nuntiisque ad se venire iubebat, sine quibus, quod magnum copiarum numerum secum haberent,' [c. 1082 Mur., 637] in Brixianos, ut statuerant, traiiciendum non videbatur, propte'rea quod qui in hostium finibus bellum gereret, eum multo maiore militum numero quam essent ipsi hostes, oportebat esse auctum atque potentem. Sed Ludovicus, quamvis relicto in oppidis, quae in frontibus erant, idoneo militum praesidio, accersebatur, quod futurum non dubitabat, suo crescente exercitu, Venetos quoque e mantuano bello suos propediem in exercitum revocaturos; tamen infestantibus hostibus quotidie, Carolo duce, suos fines, nec ad eum cum copiis se conferre, nec Tibertum mittere posse respondebat. Quam quidem rem Franciscus molestissime ferebat, quod tam opportunum bello gerendo tempus amitteret seque, diutius quam vellet, iisdem castris mansurum cognosceret cogitabatque quo consilio his rebus prospicere posset; sed nihil occurrebat, quod ad traducendum in hostium fines bellum usui fore arbitraretur; aliae copiae, quas accersire posset, erant nullae; exspectare autem Renati regis adventum, pro Gallorum more incertum esse aut longum nimis putabat. Hostes praeterea, posteaquam per noctis silentium castra invadere stationibusque ignem inferre consilium inierunt, quod contra sententiam evenerat, nil conari aut quaerere, nisi ut Ludovicum ab eius castris seiunctum [c. 1083 kk 5] distinerent eiusque motus servarent atque consilia scrutarentur, quod neque' consilio ullo neque viribus per eam tempestatem ullis adversus eum quicquam proficere posse animadverterent, quandoquidem nihil erat, si quid in eum conabantur, quod sua prudentia modestia celeritateque non provideret aut superaret; quarum rerum gravissimum id erat apud eos testimonium, quod superiore nocte accidisset. Traduxerat per eos dies noctu Picininus exercitum omnem per pontem, quem obtinuerat in cremonensem agrum, eo consilio, re saepius explorata, se Franciscum incautum imparatumque offensurum ratus, ut primo per noctem in castra impetu facto eum nullo negotio funderet atque fugaret cumque iter faceret ad silvam quandam inter Pontemvicum et Francisci ipsius castra, medio fere itinere positam, hanc maiorem equitatus partem, ne transeat silvam, iubet, peditatum modo castra adoriri, incendia frequenter tabernaculis immittere atque omnia tumultu et clamoribus terribiliora facere edocet seque, ubi munitiones castrorum ingressos partem obtinuisse intellexerit, equitatum subsidio celeriter submissurum dicit. Ea de re, ut primum ab hostibus decretum est, pauloque deinde post de adventu Franciscus et per exploratores et per equitem ex hostibus quendam, cui Picinini consilia nota erant, certior factus, quae sibi enunciata sunt in concilio ad primam

---

1-2. tum ex voce et insigni galea tum ex exercitu — 8-9. impius .... ille *esp.* — 9. Ottomanus Maumethus - Turcarum - amplissimam ac praeclarissimam *esp.* — 10-12. ac .... suum *esp.* — 12. Interea exercitum — 14. secum *esp.* — 14-15. haberent et quod Ludovici prudentiae plurimum tribueret in Brixienses — 15. propterea, qui *esp.* — 16. bellum gesturum multo — 17. atque potentem *esp.* — 17-19. quamvis .... tamen *esp.* — 21. Quam .... rem, molestissime — 21-22. ferebat quod *esp.* — 22. amitti — 23-24. castris distineri dolens nihil inveniebat quod — 25. evocaret *invece di* accersire posset - autem *esp.* — 25-26. pro .... aut *esp.* — 30. per .... tempestatem *esp.* — 31-32. quandoquidem .... non *esp.* — 32-33. provideret .... accidisset *esp.* — 34-35. eo .... se *esp.* — 37. ipsius *esp.* — 40. se - partem *esp.* — 41. decreta — 43. quae .... sunt *esp.*

noctis horam communicat,' armari mox exercitum atque in acie consistere imperat, deinde *c. 1084* ex castris educit consistendique locum singulis equitum peditumque praefectis designat et quid fieri velit ostendit. Cum igitur omnes totam noctem Picinini adventum exspectassent, ad lucem primam hostium peditatus, paucis intermixtis equitibus, incaute excubiis interceptis, inopinans anteriorem in cohortem excubiarum ipsarum confidentia semidormitantem incidit et, clamore quamprimum utrimque sublato, pugna enixe conseritur; in qua Marcus Leo, ex sfortianis peditum praefectis vir fortis, primos inter hostes acriter pugnando pilula plumbea trajectus cecidit. Hostes primo impetu facto repulsi terga vertunt. Quod cum intellexisset Picininus, animadvertit Franciscum de suo in eum adventu 'cognovisse, proinde subito equi- Mur., 638 tes, qui silvam transierant, regredi peditatusque agmen remissiore passu idem facere imperat; Franciscus id conspicatus, cum Veneti praesertim peditatu maxime anteirent, suos ab insequendis hostibus prohibuit, receptui cani iussit et in stationes reditum est.

Ceterum dum in his difficultatibus, quas supra memoravimus, Franciscus versatur, de proelio in Veronensibus a Ludovico et Tiberto prospere facto ei magna omnium laetitia magnoque concursu nuntiatum est avidusque proelii eius summam cognoscere, dum eos,' qui *c. 1085* interfuerant, diligentius percunctatur, sic accipiebat: Ludovico et Tiberto Godii consedentibus, quod est oppidum supra Mincium amnem positum, ex quo oppido pons ad Veronenses pertinet, Carolus, qui odio magis quam ob aliam causam pro Venetis cum fratre certabat, intra munitionem, quam vulgo Muratam appellant, non procul Verona castra faciebat. Quo ex loco per singulos fere dies, ut ostendimus, Mantuanorum fines incursionibus turbabat atque interdum, non tam ut agros cultoribus militesque pabulatione prohiberet, quam ut a fratre per patentes campos impune vagari conspiceretur et quantum in bello posset, ostentaret, ab ea parte Godienses insultabat. Quod cum animadverteret Ludovicus, Tibertum, qui paucis ante diebus relictis copiis Franciscum adierat, ad se revocat et, quo facilius illuc fratrem, ut consueverat, peralliciat, ex composito pabulatores et pecora numero, quam unquam antea maiore, exiguo simul praesidio trans flumen mittit. Carolus ea de re per speculatores confestim certior factus, omnibus copiis eo celeriter ire contendit eoque audacius incursionis negotium suscepit, quo abesse Tibertum sciebat. Quo absente Ludovicum, qui eius copias multis in locis distributas habebat, haud in proelium descensurum arbitrabatur praecursoribusque missis mille' circiter passus a ponte consistit. Duces quod summopere affectarant, pro animi sen- *c. 1086* tentia evenisse conspicati, milite quamprimum instructo atque ultra flumen traducto, impigre hostem invadunt et loco haud iniquo proelium committunt. Carolus, ubi Tibertum adesse et tantum copiarum numerum eo convenisse videt, quarum magnam partem pridie ejus diei Ludovicus eam ob rem Godium accersiverat, trepidare animo coepit, quod haud obscure perspiceret eum in locum esse deductum, ut proelio sibi decertandum sit, quo aut vincere aut vinci oporteat; itaque nostrorum impetum primo congressu non modo sustinet, sed paulum aciem primam submovet. Quo favore elati, hostium animi non omnino de victoria aut salute desperant. Pugnatum deinde aliquandiu est acie utraque neutram in partem inclinante; fit modo magna equorum caedes. At Ludovicus, ubi hostes ita constanter resistere videt, ut aequo certamine dimicaretur, maius equitum robur ad pugnam impellit et, facto uno atque eodem tempore magno in eos impetu, loco cedere coguntur ac pugnam conserendo soli spatia, quae a cedentibus relinquebantur, a nostris occupantur usque adeo, ut cum tantam nostrorum ingruentium vim amplius sustinere non posset, terga verterent et quisque fuga salutem peteret. 'Planicies est in agro veronensi patentissima a meri'die et occidente Mur., 639 *c. 1087*

2. consistendique *esp.* — 5. turmam *invece di* cohortem — 6. In qua *esp.* — 7. pugnans — 8-9. vertunt. Picininus cernens Franciscum — 9. proinde *esp.* — 11. praesertim *esp.* — 12-13. iussit.... versatur *esp.* — 13-14. Interea de proelio — 15. avidusque.... cognoscere *esp.* — 16. reperiebat *invece di* accipiebat — 16-17. sedentibus — 17. positum *esp.* — 18. ob *esp.* - alia causa - adversus *invece di* cum - fratrem — 19. habebat *invece di* faciebat — 25. alliciat - quam.... maiore *esp.* — 26. simul *esp.* — 27. ire *esp.* — 28. eius *esp.* — 35. sibi *esp.* - esset *invece di* sit — 35-36. quo.... oporteat *esp.* — 39. modo *esp.* — 41. uno.... tempore *esp.* - cogit — 41-42. ac tandem profligata a nostris occupantur — 42-44. usque.... peteret *esp.*

sole ad Mantuanorum et Godiensium pertinet fines; fossa et muro perpetuo dividitur, cuius portae bellorum tempestate pontibus clauduntur, ne qua vis hostium, e mantuano egrediens agro, Veronenses ab ea parte incautos opprimat. Praeter hunc murum Carolus, ut praediximus, castra habebat, ubi impedimenta discedens relinquebat; huc ipse primo se recipit suique eo item effuso cursu ceteri fugere contendunt. Ex his multos munitio excepit atque servavit; sed nostri maiorem partem eo usque insectati ceperunt.

Hac victoria nuntiata Franciscus de re bene feliciterque gesta, statim ad Ludovicum gratulatum mittit, quem simul adhortatur, ut quam celerius posset, se sibi iungere cum copiis properet, neve amplius mittendis mutuo nuntiis tempus teratur, neve longiore mora victoriae praemia e manibus auferantur; deinde quid fieri statuit quidve eum facere velit, demonstrat; Gaydum, de quo oppido in superiore commentario mentionem fecimus, adhuc esse in hostium potestate; id capi se admodum cupere, quod propter loci opportunitatem ad bellum gerendum plurimum usui futurum censebat; si ei oppido se castra admoturum ostendat, hostes, qui pro locorum intervallo propinquiores essent et summo id studio custodiendum curabant, prius
c. 1088 locum occupaturos. Qua re opus erat uti arte, nam eos fallere opor'tebat, si praevenire cupiebant et proinde noctu omnibus copiis eo celeriter proficiscendum munitionemque circumquaque capiendam, quod quantum itineris ratione providerat, facile fieri poterat; se vero nocte eadem, quo maioribus viribus resistant, si qua hostium vi turbarentur, Robertum cum altera militum legione missurum; deinde cum primum hostes castra movere et Gaydum pergere cognoverit, velociter et ipsum toto exercitu eodem maturaturum. Ludovicus, post proelium ad Godium factum, paucos intra dies, oppidis, quae in Caroli fide praestiterant, receptis relictisque in pace per inducias mantuanis rebus, quas inducias annuentibus Venetis cum Veronensibus fecerant, Francisci imperata tandem exsequens, Brixianorum finibus appropinquat. Per noctem deinde, ut erat constitutum, Gaydum proficiscitur; quem ad locum diverso quoque itinere Robertus cum legione eodem tempore convenerat. Qui continuo munitionem ingressi nullo negotio occuparunt, nam Georgius dalmata, cui a multa caesarie cognomen erat, qui praesidio ei munitioni praeerat, cognito Ludovici adventu, in oppidum refugerat. Qua re et ad Franciscum et ad Picininum sub idem fere tempus delata, utraque confestim castra moventur; Franciscus Olium amnem Mellamque fluvium praetergressus, Gotholengo
c. 1089 appulit oppido'. Hic quia nondum, quo signa hostes verterent, certior factus esset, veritus ne cum procul Seniga abiisset, munitionem pontemque occuparent, consistere turmas signaque iubet iamque operiendo unius horae spatium transierat, cum a speculatoribus cognoscit, ho-
Mur., 640 stes nullo ordine Gaydum versus properare. Mox idem et ipse 'facit, nec mille praeterierat passus, quod crebri Ludovici adventare nuntii coeperunt magnoque pavore referunt hostes iam apparuisse, effuso agmine Gaydum contendentes, Ludovicum tantam cunctationem vehementer admirari dolereque pergraviter tam propinquis hostibus, rogare, ut celerrime eius occurratur periculo, quod si, priusquam ipse hostes illo pervenerint, cum tanti exercitus viribus a fronte et iis, qui in oppido erant a tergo, ubi uno tempore impetum facerent, resistere nequaquam posset, esset de eo actum affirmabant. Quibus Franciscus commotus nunciis admiratusque tantam hostium celeritatem, remittit, qui dicant, quosque ipse advenerit, pugnam extra munitionem cum hoste ineant et quam possint longius a munitione sustineant; se cum exercitu appropinquare, adesse conclament. Ipse interim quam celeriore itinere potest, ad eos maturat; equitatus peditatusque agmina idem facere ac se subsequi imperat. Nuntii item
c. 1090 eunti frequenter occurrere' non cessant, postulantes auxilium hostesque adesse, manus cum

4. reliquerat - ipse *posposto a* se — 5. suique *esp.* — 6. servavit reliquos nostri insectati ceperunt — 7. de.... gesta *esp.* — 8. quem *esp.* - ad se - sibi iungere *esp.* — 9. nec *invece di* neve — 10. fieri.... quidve *esp.* — 12-13. ad.... gerendum *esp.* — 19. manu *invece di* legione — 21-22. receptis.... inducias *esp.* — 22-23. Veronensibus induciis factis Francisco — 23. imperata.... finibus *esp.* — 25. cum legione *esp.* — 30. oppido *esp.* — 32. operiendo unius *esp.* — 33. mox, et *esp.* — 34. cum *invece di* quod - adventare *esp.* - coeperunt *esp.* - magno — 36. dolereque pergraviter *esp.* — 36-37. ut celeritas adhibeatur quod si prius hostes — 39. posset se de salute dubitare Franciscus - nunciis *esp.*

nostris conserere dicunt, maxima esse opus celeritate, maximum esse in mora discrimen ostendunt. Hoc tamen imminentissimo Ludovici periculo timoreque perspecto, non putavit Franciscus simul cum exercitu sibi amplius eundum, sed in proelium eo dimisso advolandum; itaque sumptis perpaucis levis armaturae militibus equoque commutato, velociter Gaydum ad Ludovicum contendit; quo ubi ventum est, circumspectis quae ab utraque parte gerebantur, in proelium suos magna voce cohortans defertur. Eius adventu tanta est illico facta rerum commutatio ut, instauratis omnium animis factoque in hostes concursu, ingenti simul clamore sublato, non modo eorum tardatus, sed repulsus sit impetus et proinde Picininus, quod summi imperatoris praesentia nostris animum addi, suis vero minui cerneret, nec ut totis copiis adversarii coniunctis dimicaretur, exspectandum ratus, pugnam confestim detrectare, suos colligere et in loca nostris iniqua reducere contendit, cui paulo ante audenti exploratam videbatur iam habere victoriam. Invenerat autem Franciscus, Roberto simul et Tiberto, uti praeceperat, medios inter hostes acriter proeliantibus, sed pugnam aegre ac vix per teli iactum a munitione arcentibus, Ludovicum pro munitionis' porta stantem ordinesque *c. 1091* instruentem et quam maximo in discrimine omnes constitutos, nam magno timore territi munitioneque omnino diffisi, fugae magis erant inclinati, quam ad obsistendum parati; non censuit eo die, quo annua beati Petri apostoli festivitas celebrabatur, militibus equisque itineris celeritate admodum defessis atque lassis, cum hoste contendendum, nec etiam recenti ac integro milite, qua venerat, proeliandum. Locus erat namque palustris ac poene invius, peditatui quam equitatui accommodatior, quo vix perpaucis ac perangustis semitis transiri poterat, et peditatu, ut saepe demonstratum est, venetus exercitus longe anteibat. Itaque castra locari oppidumque circumsederi curavit; hostes item campos palustres transgressi, quatuor a Gaydo passuum millia, ubi ad Porcianum dicunt, consedere. Qui, etsi castra inter utraque palustres, quos diximus, campi intercedebant, quorum litus venetae cohortes stationibus attingebant, tamen non iis locis tuto commorari posse con'fisi, nec prius coepto ab opere destiterunt, MUR., 641 quam se omni aperto ex latere fossa et aggere communierint. Franciscus, castris quoque firmatis, oppidum adortus tridui spatio, vi tormentorum coactis oppidanis, Georgio cum praesidio ad suos libere dimisso, per deditionem accepit. His rebus gestis, cum quereret Franciscus,' quo deinde exercitum moveat non inveniebat in ea regione, quibus oppidis sua *c. 1092* atque exercitus auctoritate arma inferri possent, propterea quod, si ad dexteram, quae ad orientem vergebat solem, se vertebat, quam in partem Ludovicus multis argumentis progrediendum censebat, et nunc in Asulanos, nunc in Veronenses ducendum fore exercitum, multis etiam pollicitationibus quotidie suadebat, verebatur ne occupatis, quae a tergo relinquebantur, commeatu ipse intercluderetur, incertus quibus esset rebus potiturus, aut quae hostibus detrimenta inferre posset; praeterea se a suae ditionis finibus continuo a oris tribus, bello lacessitis atque vexatis, perlonge nimium trahi animadvertebat; si recta pergere volebat, cum Brixia et Alpes a fronte obstarent, nihil erat reliqui, quod esset oppugnandum; pedem autem referre detrimentosum, quippe et turpe admodum putabat; proelio aperte cum hostibus decertare, qui erant ad laevam, difficillimum quidem atque periculosum arbitrabatur, qui, etsi equitatu sibi fere pares, peditatu longe meliores erant, tamen paludibus, munitionibus insuper adiectis, se continebant, quique etiam post terga urbem populosam atque opulentam, non amicam solum, sed subitam et agros ad commeatum pabulumque suppeditandum feracissimos habebant. Quibus de' causis, cum non minore ad Gaydum mutandorum castrorum difficultate, quam cum esset ad Senigam, angeretur, supersedendum in iisdem castris Renatumque *c. 1093*

1-2. ostendunt *esp.* — 2. timoreque perspecto *esp.* — 8. et proinde *esp.* — 9. vero *esp.* — 9-11. cerneret pugnam confestim solvere suos — 11. cum *invece di* cui - audenti *esp.* — 12. videretur - jam *esp.* — 15-16. et.... parati *esp.* — 18. atque lassis *esp.* - cum *invece di* nec etiam — 19. milite .... proeliandum *esp.* - namque *esp.* — 22. iubet *invece di* curavit - item *esp.* — 23. ubi, dicunt *esp.* — 24. ripas *invece di* litus - turmae *invece di* cohortes — 25. non *invece di* nec - coepto.... opere *esp.* — 29. moveret — 35. partibus *invece di* oris — 38. quippe *esp.* — 39. quidem, et si *esp.* — 40. tamen *esp.* — 41. quique *esp.* - et *invece di* etiam — 44. cum.... angeretur *esp.*

regem cum Gallorum manu exspectandum constituit. De cujus adventu literae frequenter afferebantur, quibus illum ab Andegavensibus profectum suam iam in Provinciam pervenisse conductumque ex omni fere Gallia militem contraxisse constabat atque omnibus ad profectionem comparatis, propediem per Sabaudianos in Italiam descensurum, nec tempus prius ullum praeter nocturnum quieti militibus datum, quam se Francisci lateri adjunxisset, intermissurum. Ea re in concilio communicata atque iisdem omnium animis, praeterquam a Ludovico, probata, datur deinceps praefectis exercitus castrorum muniendorum negotium, ne qua aut repentina, aut nocturna hostili invasione exercitus incaute ulla ex parte opprimi possit et ne, ut fieri solet, emissis multis de causis ex cohortibus per loca pluribus, manentibus reliquis sit timendum daturque item Bartholomaeo Gadio, viro quidem impigro, arcis Gaydensium cespite atque humo conficiendae cura, qua amotis castris praesidium servari incolume et oppidani in fide contineri possint. Interim, ne tempus labore militari vacuum transeat, ne
Mur., 642 c. 1904
copiae in castris segnes permaneant, dat mi'liti exer'cendo indefessam Franciscus operam, qui suos nunc hostem in planiciem trahere et in pugnam provocare, nunc agros sub ipsis Brixiae moenibus, qui ad Episcopi Portam sunt, depopulari, commeatus itinera turbare atque irrumpere iubebat. Haec praecipue Roberto atque Tiberto curae demandabat, haec eadem ducibus iisdem non minus diligenter atque impigre, quam iussa sint exequi conantibus. Hostes ex adverso nostros commeatu prohibere, Cremonensium agros quotidie per Pontemvicum infestare pabulatorumque praesidia interdum invadere contendunt. Atque cum per eos dies non procul ab urbe Brixia praedam ingentem Tibertus abduceret, qui non ex iis modo, quae civium erant, sed ex iis, quibus e Verona Brixiam et inde in castra magna vis cibariorum comportabantur, grandem jumentorum numerum relictis oneribus cepisset et ob id magnus esset in venetis castris tumultus exortus, Picininus infesto exercitu occurrens inter vinearum sepiumque angustias Tibertum aggreditur partemque praedae nondum abductam recipit; deinde in nostros a tergo impetum facit, quibus acriter in eum arma vultumque vertentibus proelium committitur. Ea re illico Francisco nuntiata, alter non minor in suis castris tumultus
c. 1095 l 1
excitatur extemploque, acie' instructa, ad suos auxilio ire properans, Tibertum ex itinere edocet, ut pugnam sustinendo hostem paulatim in planum deducere studeat; quod non secus ac iussus facit. At Picininus, qui campestribus aequisque campis nostrorum formidabat congressum paludesque et loca saltuosa atque iniqua adamabat, id metuens, priusquam in planiciem perventum esset, suis a nostris insequendis finem fecit. Hoc proelio, praeter Matthaeum ex Sancto Angelo, primum hostium peditatus praefectum, in femore telo traiectum et praeter multa accepta illataque vulnera equorumque caedem, perpauci sunt ex parte utraque equites capti. Per hunc ferme modum singulis paene diebus nunc equestri, nonnumquam pedestri proelio exiguis tamen copiis certabatur, nam et nostri crebro adversarios in eorum usque castrorum munitiones lacessere et ab iis contra irritatis animis immissis, qui invaderent, repulsi atque acti castra versus sese recipere. Quorum clamoribus compulsi, quoque qui in stationibus erant, arma capere et concurrere in hostem ardebant, et ob eam rem is modo equitum ac peditum numerus emittebatur, qui moderatori omnium Francisco videbatur; Ludovicus interim pro castrorum porta permanens, egredi neminem, nisi quem iussisset imperator, patiebatur et, si quis dicto audiens non erat, poena plectebatur'.

c. 1096
Bina haec inter castra planicies erat, quae passuum millia quatuor in longitudinem patebat; hic quotidie locus erat pugnae; heic utrimque exercebantur arma; quae quidem proelia,

---

9. turmis *invece di* cohortibus - permanentibus — 10. viro.... impigro *esp.* — 13. indefessam.... operam *esp.* — 14. qui.... nunc *esp.* — 16. mandans *invece di* iubebat — 17. impigri administrabantur hostes — 19. atque *esp.* — 20. et *invece di* qui — 21. Brixiensium *invece di* civium - quae *invece di* quibus - magna.... cibariorum *esp.* — 26. alter *esp.* - nostris *invece di* suis — 28-29. quod.... facit — 29. qui *esp.* - locis *invece di* campis — 29-30. formidans *posposto a* congressum — 30. paludesque.... metuens *esp.* — 31. suis a nostris *esp.* - insequendi — 35. proelio parva tamen manu certabatur — 36. munitiones progressi lacessere — 38. quoque *esp.* - sed *invece di* et — 38-40. ob.... videbatur *esp.* — 40. stans *invece di* permanens — 41. et, poena *esp.* — 42. haec, erat quae *esp.* — 43. quotidie *esp.* — 43-p. 377 l. 1. heic.... erant *esp.*

etsi frequenter fiebant, levia tamen erant; in his perpauci cadebant; equorum erant vulnera equorumque caedes. Cecidit inter reliquos epyrota, seu recentiore vocabulo albanensis, quidam, cui Grandis cognomen erat, hasta secundum occiput lethali vulnere percussus; is per superiora tempora sub Francisco meruerat, quem pro eius virtute non vulgariter diligebat, vir animo sane audens et corpore fortis atque praestans; sed postea belli eius initio, maiore spe praemii ductus, ad Picininum transfugerat. Multi vero parte ex utraque capiebantur, sed ex Venetis quam ex Francisci copiis multo plures; captivi ad Franciscum perducti, 'praeter Mur., 643 equitum praefectos, relictis dumtaxat equis, dimittebantur; in his Cichus Ordelafus, Foroliviensium princeps, fuit, quem, cum aliquandiu retinuisset, libertati restituit domumque remisit. Quot autem ex transfugis comprehendebantur, quorum superiore praesertim aestate haud parvus fuerat numerus, uti eorum ceteros perterrefaciat documento eoque jam vulgato arceat scelere, ulla absque mora suspendii nece Franciscus damnabat. In quorum multos eo bello saevitum est; in unum supplicem Scaramucetum calabrum, propter eius eximiam cor'poris c. 1097 virtutem, clementia atque mansuetudine Franciscus usus est, cui fidem postea servavit et fortis militis operam in hostem edidit. Atqui ubi nihil tot proeliis proficere Franciscus videt, alia ratione, quam sit factitatum hactenus, proeliandum putat, nam magis arte hostium duces ad faciendam totis castris pugnandi potestatem trahi oportere, quam viribus iudicabat; proinde aliquamdiu a pugna imperat abstinendum. Interim gravem equorum stragem ulla absque victoriae spe abstinendi esse causam palam dicit idque ad hostem perferri studet. Cumque diebus aliquot suos continuisset atque ex eo crevisse hostibus animos intelligeret, Donatum mediolanensem, rei militaris propter diurnum belli usum non ignarum, qui a teneris usque annis apud se meruerat, cum expeditis equitibus hostium castra exploratum mittit, quidve praeterea fieri velit, ostendit. Is ubi hostibus se ostentat, magnum in se concitat tumultum agiturque praeceps castra versus paulo minus tribus passuum millibus. Quod cum primum Franciscus cognoscit idque ex sententia evenisse videt, exercitum omnem in aciem educit Tibertumque cum veterano equitum delectu praemittit, cui Petrum Johannem camertem et Bartholomaeum Quarterium, viros egregia virtute praestantes, socios adhibet; hos certamen inire edicit hostemque, quoad possint, in apertum de'ducere edocet; ipse vero, duabus subsidiariis cohor- c. 1098 tibus instructis, per planiciem agmine longo in hostem ire pergit. At Picininus, qui anteriores inter pugnantes versabatur, ubi tam densa pulveris nebula quam ex micantium armorum splendore a prospectoribus, qui arduas conscenderant populos, de Francisci adventu toto exercitu intellexit, mox suos a pugna revocare et in castra reducere coepit. Hos tamen Tibertus acriter invadit et caedendo persequitur, nec finem persequendi facit, donec iuxta paludem impellit, nam prius ad eam, quam per teli iactum perveniri possit, fossa atque agger obstabant, qui a palude initium capiebant et in eandem haud longo circuitu finiebant propugnaculumque hostibus efficiebant, quod nisi vado difficulter transiri poterat. Hic suos Picininus subsistere iubet; huc omne equitum robur venetusque peditatus omnis conveniunt telisque eminus vallum defendere certant. Hos Guido Rango et simul Carolus Fortebracius reliquos inter duces moderari eorumque animos ad persistendum confirmare conantur, quod si inde aut ignavia, aut metu, sive quod minus audientes fuerint, pellerentur, nullum usquam

---

2. inter reliquos *esp.* — 3. secundum .... percussus *esp.* — 4-5. quem .... praestans *esp.* — 5. postea *esp.* — 6. ductus *esp.* - utrimque *invece di* parte ex utraque — 9-10. remisit. In transfugas gravissime animadversum quorum — 11-12. uti .... scelere *esp.* — 12. ulla.... in *esp.* — 14. clementia.... postea *esp.* — 14-15. servavit eiusque postea forti et fideli opera usus est at ubi — 16. alia .... magis *esp.* — 16-18. duces ad pugnam trahi oportere ratus aliquandiu pugna abstinet gravem — 18. ulla *esp.* — 19. abstinendi .... causam *esp.* - palam causatus. Idque — 21. rei .... ignarum *esp.* — 22. in eius contubernio *invece di* apud se — 23. ubi *esp.* — 24. primum *esp.* — 25. cognoscit idque *esp.* — 26. equitatu *invece di* equitum delectu — 27. praestantes *esp.* — 28. docet - vero *esp.* — 28-29. turmis *invece di* cohortibus — 29. ire *esp.* — 31. omni *invece di* toto — 32. mox *esp.* — 36. quod.... poterat *esp.* — 38. simul *esp.* — 39. reliquos .... animos *esp.* - confirmant - conantur quod *esp.* — 40. sive .... fuerint *esp.*

MUR., 644 tutum sibi locum invenient, non palus non castrorum mutatio eos servabit, 'non ipsa Brixia c. 1099 profugos excipiet. Una 'erat via per paludem in hostium castra cratibus fascibusque confecta: hanc pars maior exercitus acie continebat. E regione quoque Franciscus per lapidis iactum ab ea munitione agmina consistere Tibertumque aditu in hostem impetum facere imperat. Quo facto, Bartholomaeus et Petrus Johannes in vallum vi penetrant; pugnatur confertissima acie a fortissimis viris utrimque fortissime; at repugnantibus pertinaciter hostibus, quibus perfacile erat uno se loco tueri, spatium nostri reliquis succedentibus praebere nequeuntes, multitudine obruuntur. Equus graviter Bartholomaeo vulneratur, quem sibi eo die Franciscus ob ejus virtutem concesserat; hunc Saurum dicebant, equum arduum in primis et praestantia clarum. Equo eo vulnere confecto, Bartholomaeus proelio cogitur excedere; reliqui, perpaucis interceptis, repulsi eiiciuntur. Sed nihilo tamen segnius redintegratur in ipso valli ostio proelium, fit atrox atque cruentum. Hic Tibertus singulari corporis et animi virtute rem gerit; hasta in latus utrumque Paulus Roseus ex braciana cohorte, qui sine thorace eo venerat, transfigitur, vir fortis et longa militia non ignobilis; traiicitur telo Palemo ex gente martinenga; hunc moribundum Franciscus, cum ad eum perduceretur, propter domus c. 1100 suae nobilitatem curari jubet. Multi' praeter saucios utrimque cadunt, multi capiuntur ex hostibus, Picininus humi prosternitur, sed, acie frequenti occurrentibus suis, e nostrorum manibus eripitur. Quo casu illico utramque in aciem Picininum esse comprehensum fama defertur; ex quo fit ut tam ea re, quam quod Franciscus, cuius nomen atque praesentia semper apud hostes formidabilis erat, magno impetu instare atque ingruere in Venetos cerneretur, omnia in eorum castris tumultuarie gererentur, nam quisque sarcinas colligere iumentisque imponere et quod sibi quisque carius est, alio festinanter transmittere curat. Quod cum Franciscus ignoraret omnino pugnatumque esset quasi a mane usque ad meridiem minimeque hostem loco pelli posse animadverteret ac peditatum insuper suum omnem, ingenti calore percussum, pocula atque umbras quaerere et universam equestrem cohortem sub ipso solis ardore stare videret, proelium dirimi signumque receptui dari jussit; quare hostes magno metu magnoque discrimine liberantur. Posteaquam in castra reditum est, legati, qui inter ceteros pavore ingenti laboraverant, Picinino graviter succensent, quod sua pugnandi cupiditate parum defuerat, quin rem venetam in maximam eo die perniciem atque calamitatem deduxisset; propterea caveret in reliquum tempus, in cuius consilio atque ductu omnis eorum reipublicae c. 1101 salus posita esset,' ne quid committeret, quod venetis rebus posset obesse. Quibus verbis ita deinceps abstinuit, ut post hoc proelium nunquam visus sit per eam aestatem nisi parvo militum numero in certamen venire.

Sub idem quoque tempus cum literis, tum multorum ab orientali plaga venientium relaMUR., 645 tione, de ingenti 'constantinopolitana clade Venetiis renuntiatum est. Quo quidem nuncio tantus repente cives moeror pavorque cepit, ut quasi non in Adriaticum sinum Turcos traiecisse, sed iam ante oculos Turcos adesse existimarent totaque civitas uno tempore in querelis luctuque versaretur, nam pars suos, qui aut mercaturae aut magistratus exercendi gratia Constantinopoli morabantur, trucidatos et in captivitatem perpetuamque servitutem ductos deflebat, pars de mercimoniorum amissione atque adempta in reliquum tempus per eam oram negotiandi facultate querebatur. Patres vero incredibili dolore perculsi amicorum calamitate,

---

1. sibi *esp.* - inventuros *invece di* invenient - castra *invece di* castrorum mutatio - servatura *invece di* servabit - ipsam Brixiam — 2. excepturam *invece di* excipiet — 5. tum *invece di* quo facto — 6. fortissima *esp.* — 8. sibi *esp.* — 9-10. concesserat Saurum vocabant viribus non minus quam fama clarum Bartholomeus — 11. tamen *esp.* — 12. fit .... cruentum — 18-21. eripitur sed fama de captivitate eius percrebescente et Francisco, cuius nomen omnibus terrori erat, instante omnia in hostium castris tumultuarie geruntur. Quisque sarcinas — 22. quod.... alio *esp.* - emittere — 23. omnino, quasi, usque *esp.* — 24-25. confectum *invece di* percussum — 25. manum *invece di* cohortem — 26. sic *invece di* quare — 27. ac *invece di* magnoque — 28. sua *esp.* — 28-29. parum.... quin *esp.* — 29. maximum - discrimen *invece di* perniciem - atque calamitatem *esp.* — 30-32. Iis ille motus nunquam *invece di* propterea .... sit — 33. venit — 34. quoque *esp.* - ac *invece di* tum — 34-35. multorum .... relatione *esp.* — 35. ingenti *esp.* — 36-37. quasi .... sed *esp.* — 37. ante portas adesse — 41. vero *esp.*

quos pro muro adversus teterrimos hostes habuerant et angebantur et ingemiscebant, quod intelligebant quantum detrimenti quantumve periculi suis maritimis rebus constantinopolitani imperii eversio esset allatura. Quae res literis iisdem ad venetos legatos, qui in castris agebant, primum, mox deinde ad Franciscum per Caesarem Martinengum defertur. Qui sane ea re cognita, tantae stragis misericordia motus, non potuit graviter' non dolere rescripsitque *c. 1102* ad Caesarem, quam aegre quamque moleste miserrimam nobilissimae urbis cladem communisque item et immanissimi hostis felices ferret successus. Nec multis post diebus hoc etiam infelicissimo Constantinopolitanorum casu pudoreque saepe petiti et non lati auxilii compulsus Nicolaus romanus pontifex Johanem, tituli Sancti Angeli Apostolicae Sedis cardinalem, virum magnum in Ecclesia Dei auctoritate atque pietate praestantem, ad Franciscum de pace legatum mittit. Cui humaniter benigneque suscepto, cum pontificis mandata exoluisset, sic respondit: non se sponte, sed gravi iniuria lacessitum, invito ad id bellum animo adversus Venetos venisse, cum quibus antea in pace amicitiaque vixisset, nam uti non Italiae solum, sed toti paene terrarum orbi apertissimum erat, non suo contenti imperio, quo vi doloque iniuste possidentes spoliarant, novis etiam imperiis studebant et in hanc maxime Longobardorum provinciam conabantur, quam multos per annos gravissimis bellis vexare opprimereque non destiterant. Quorum effraenatae dominandi libidini nisi ipse viribus occurrisset, procul dubio iam non Longobardiae modo, sed totius Italiae imperio potirentur, nec ipsius Ecclesiae rebus, ut coeperant, pepercissent. Itaque non ad se, 'qui suis contentus rebus, quas sibi donator *c. 1103 ll 5* omnium Deus pro sua clementia concessisset, nihil unquam maluerit quam pacem, sed ad eos foederum pacisque ruptores erat eundum; se autem, si ea quae in sua dicione occupabant, restituerent, si rex Alphonsus, qui nullo etiam iure florentinis sociis bellum intulerat, arma deposuerit, pacem cum illis facturum; qua composita, libentissimo quidem animo quicquid et pro christianae reipubblicae commodo facere posset, praestiturum. Cardinalis deinde, cum ad Venetorum castra accedere statuisset, legatis ducibusque exercitus eadem pontificis mandata expositurus, inducias quatriduo indixit. Cuius dicto partibus libere obtemperantibus, ad eum rescripsere legati, non ad se, si quid de pace sit acturus, cuius nulla 'esset sibi data MUR., 646 potestas, sed ad venetum senatum proficisci oportere.

At per eos dies, cum nihil Franciscus hostile timeret citraque paludem non longe ab hostium castris levi praesidio pabulatum misisset, hostes praesidium pabulatoresque uno tempore adorti, magnum equorum iumentorumque numerum abduxere. Quare Franciscus vehementer indignatus, gravem ad legatum querelam detulit, quod suis induciis non parvum et suus eo die exercitus detrimentum et ipse insignem prope iniuriam accepisset, nam quod hactenus neque vi neque arte in se agere potuerunt, nunc dolo consecuti fuerint. Legatus quoque graviter perturbatus, tum ob' violatae Francisco fidei verecundiam, tum quod de Ecclesiae *c. 1104* eiusque honore agebatur, iniqui facinoris auctores ecclesiasticis censuris, nisi rapta restituissent, damnatos pronuntiat; qui sicuti fidem de induciis datam neglexerant, ita et anathematis poenam contempserunt; itaque cardinale irrita legatione Romam reverso, pontifex

---

1. et, et *esp.* — 1-3. quod.... allatura *esp.* — 3. Ea *invece di* quae - qui *esp.* - in castra — 3-4. agebant deinde *esp.* — 4. delata *invece di* defertur — 4-5. delata eum ut par erat incredibili prope dolore affecit rescripsitque — 7. etiam *esp.* — 8. Constantinopolitanorum *esp.* — 9. romanus *esp.* - tituli — 10. in Ecclesia Dei, atque pietate *esp.* - excellentem *invece di* praestantem — 11. Cui.... suscepto *esp.* - mandata Franciscus audisset sic — 12. invito *esp.* - tractum *invece di* animo - adversus *esp.* — 13-14. venisse.... erat *esp.* — 14. contentos — 14-15. sibi peperissent *invece di* iniuste.... spoliarant — 15. studere - mentem conlecisse *invece di* conabantur — 16. vexassent - opprimereque.... destiterant *esp.* — 17. viribus *esp.* — 18. fuisse potituros *invece di* potirentur — 18-19. Ecclesiae rationem habituros. Itaque — 19-20. quas.... concessisset *esp.* — 20. eos *esp.* — 21. erat, autem *esp.* — 21-22. quae Veneti occupassent restituantur — 22. rex *esp.* — 23. ponat *invece di* deposuerit - qua.... quicquid *esp.* — 24. facere possent *esp.* - arma illaturum *invece di* praestiturum - deinde *esp.* — 26-27. dicto cum libere utrimque obtemperatum fuisset ad — 27. asgendum esset *invece di* sit acturus — 27-28. nulla mandata haberent sed — 29. At *esp.* — 32-33. quod per inducias insignem — 33-34. nam.... fuerint *esp.* — 34. quoque *esp.* — 37. illi *invece di* qui - de.... datam *esp.* — 38. itaque *esp.* — 38-p. 380 l. 1. pontifex aestate distulit de pace agere. Non

per eam aestatem distulit italicos amplius de pace potentatus sollicitare. Non multo post vero temporis aliud indignius committitur facinus: concesserat Franciscus Cremonensibus, item et Picininus Castelleonensibus, quinque passuum millibus inter se distantibus, ut in percipiendis frugibus impune suos cuique fines peragrare liceret et ob id nullum in suo Franciscus oppido praesidium reliquerat. Hac occupandi eius oppidi opportunitate legati simul et Picininus pellecti, Ursum comitem primo, paulo post Campanum trans Olium cum tribus equitum millibus milleque peditibus Cremonae urbis vexandae agrique depopulandi simulatione proficisci jubent. Hi, uti sibi erat imperatum, factis in omnes Castelleonensium fines uno tempore excursionibus, magnum virorum, mulierum pecorumque numerum comprehendunt; ita enim omnes vagos per agros ex improviso circumvenerant, ut vix perpauci confugere in oppidum potuerint; praedam omnem apud Cremenses Soncinatesque asservari iubent; *c. 1105* deinde Oppidum defensoribus vacuum 'circumsedent curantque nunc pollicitationibus, nunc comminationibus multis oppidanos in deditionem adducere. At illi, etsi propter paucitatem territi erant, oppidi tamen munitione confisi, se atque oppidum tueri et in fide persistere constituunt.

Quibus de rebus cum esset Franciscus certior factus, veritus ne, dedentibus sese prae metu oppidanis, munitione et situ oppidum insigne suisque maxime peropportunum rebus in Venetorum deveniret potestatem, quod si fieret, maximo suo cum periculo futurum apertissime videbat, Sacramorum confestim mille cum equitibus Pisleonem mittit scribitque Conrado, quem per eam aestatem Laudensibus praesidio dimiserat, ut copiis omnibus ad ferendum Castelleonensibus auxilium celeriter eodem ire contendat; Donato praeterea, de quo paulo ante mentionem fecimus, mandat obsessurum ad oppidum maturet virosque certos MUR., 647 pedestris ordinis virium ro'bore insignes ei socios adhibet, quos secum, si id sine periculo fieri possit, in oppidum subsidio ducat; sin minus solus ingredi conetur. Is iussa non minus prudenter quam impigre facit; qui, etsi, posteaquam Pisleonem venit, cognoscebat, clausis passim aditibus dispositisque frequenter lateque custodibus, ne quis egredi aut ingredi oppidum posset, neminem eodem nisi magno cum periculo pervenire posse, tamen se venetum *c. 1106* simulat militem et ignotus inter notos gradiens, ubi oppido' appropinquat, extemplo concurrentibus multis, ad portam prosiliit magnoque repellentibus primo accessu ignorantia obsessis, tandem introductus oppidanos in fide permanere hortatur paratumque prope subsidium adesse demonstrat. At cum triduum ductores, et militis cogendi, et numeri augendi causa, ferre laborantibus opem distulissent, hostes geminas interim magnae molis bombardas in eam oppidi partem disponunt, ubi nondum erat perfecta munitio. Quibus quidem tormentis quod exstabat muri facile in fossam diruitur et tantus est patefactus hostibus aditus, ut se amplius oppidani tueri diffiderent; proinde ingenti direptionis formidine perterriti, sic occidente iam sole de deditione cum Campano egerunt, obsidibus mox traditis, ut postero die in solis ortu eum cum praesidio in oppidum reciperent Donatumque subinde, quod eius causa arces ullo absque negotio obtinere sperarent, retinendum curant. Qui, ea re sibi perlata, extemplo in munitiorem confugit ad arcem datque prima noctis vigilia iis, qui Pisleoni erant, per ignis ostensionem atque occultationem turri ab excelsa deditionis signum. Praefecti, ea facis significatione compulsi, quod Castelleonenses in ipsa prope oppidi traditione versari arbitrabantur, *c. 1107* aut oppidanorum periculo succurrendum, si sint in fide, aut si defecerint, 'arcium saltem necessitati prospiciendum, neque in eo amplius cunctandum iudicant. Qua quidem re communi omnium consilio decreta, nocte eadem, instructo milite, eo advolandum constituunt; circumacto igitur longo per Cremonenses itinere, qua minus suspicionis hostem habere putabant, interceptisque inter eundum excubiis ad munitiones castrorum, paulo ante lucem per-

2. vero temporis *esp.* — 3. item *esp.* — 4. et *esp.* — 8. sibi *esp.* — 12. et *invece di* curantque — 13. multis *esp.* - ad *invece di* in - solicitant *invece di* adducere - At *esp.* — 16-17. dedentibus.... situ *esp.* — 22. obsessurum *esp.* — 24-25. jussa.... venit *esp.* — 26. ubique *invece di* frequenter lateque — 27. manifesto *invece di* magno — 28. gradiens *esp.* — 30. in fide permanere *esp.* - confirmat *invece di* hortatur — 38. sibi *esp.* — 39. ad *esp.*

veniunt. Fossa deinde aequata, Sacramor cum duabus cohortibus peditatusque parte alterius ad arcis portam et gloriae cupidus et uxoris liberorumque, qui in ea arce obsidebantur, salute impulsus, recto per media castra tramite ire properat. Quo, nulla cunctatione, omnibus apud hostes quietis, portae appulso, ingens in castris oritur tumultus ingensque ad arma exoritur clamor. Quo rerum successu ita Conrado reliquisque praefectis creverunt animi ut, etsi antea ducibus ipsis praesidium in oppido arcibusque modo imponere proeliique fortunam, ubi longe hostium viribus impares essent, intentatam relinquere consilium fuerat, nunc tamen eos imparatos tumultuantesque uno omnes animo adoriendos censerent; plerumque enim fit, ut secundae res negligentiam gignant et contemptus hostis saepe victor evadat. Itaque tribus cohortibus pro castris in ipso aditu praesidio relictis, acie conferta munitiones ingre'diuntur *c. 1108* et in hostes, magno clamore sublato, impetum faciunt. Donatus interim Sacramor'que iuncti, MUR., 648 ex oppido cum omnibus, qui per aetatem arma ferre poterant, mulieribusque simul, eruptione facta, magnis vocibus Campanum invadunt, cuius ad tentorium jam non parvus militum numerus concurrerat. Pugnatur circa eum aliquantisper enixe, nam ubi tam inopinato repentinoque nostrorum impetu se circumventum videt, proelio paulatim se dissolvere et Cremam versus fugere coepit. Proeliatur ubique: stationes passim diripi coeptae; quisque rapere, in oppidum praedam et conferre contendit; fit ubique virorum clamor; tenebrae omnia quam sint formidabiliora terribilioraque faciebant, nam multi utrimque, quos nunc insequebantur, ab iis repulsi aguntur et venetus a veneto et sfortianus a sfortiano milite noctis errore saepius caeditur capiturque. Ex quo factum est ut cohortes, quas in aditu praesidio relictas diximus, metu exterritae, quod suos, aut profligatos captosque, aut in oppido inclusos existimabant, qua venerant, tribus amplius millibus passuum remigrarent Conradusque excurrendo pugnandoque, quod cervice ibat inermi, lato in fronte venabulo quam graviter percuteretur; quo vulnere multo manante sanguine adeo confectus est, 'ut equo statim veluti moribundus deponi *c. 1109* necesse fuerit; nihilo tamen secius hostes ubique superati, fugae se mandant, quorum duces ipso pugnae initio Cremam profugerant. Anastasius ex Sancto Angelo ad Vadum resistendo cum magna suorum parte capitur; nostri victores castris impedimentisque potiuntur gravesque praeda ab insequendis fugientibus destitere: mille circiter equites in eo proelio captos repertum est; non sine magno Dei immortalis iudicio factum videtur, ut tot copiae intra munitiones et in ipsa oppidi deditione parva manu fusae fugataeque exstiterint. Qua ex re et Franciscus recentes injurias est ultus et hostes meritas pro eorum perfidia atque scelere poenas persolverunt; qui respondere non erubescebant, cum de fide publica Castelleonensibus violata increparentur, non oppidi moenibus, sed incolentibus oppidum fidem dedisse; quos licet post proelium captivos libertati, et animalia, quae inventa sunt, iis, quorum erant, restituissent, tamen neque oppido neque oppidanis fidem servasse apertissime constat.

Renatus interea, coacto in Provincia milite, in Allobroges cum pervenisset, occupatis per montium iuga aditibus, transitu prohibetur; instantibus namque pro Venetis Petro Mauroceno apud Ludovicum, Sabaudianorum ducem, et Pandulfo Contareno apud Johannem *c. 1110* Monfer'ratensium marchionem et Guilielmum fratrem, legatis percussorum inter eos, ut ostendimus, foederum iure, Alpium saltus, qua transiturum regem existimabant, magno Ludovicus evocatorum numero custodiri iusserat. Quibus de causis, cum dies permultos ad montium radices literis nuntiisque mittendis Renatus consumpsisset, desperata re de suo per Sabaudianos in Italiam transitu, rursus in Provinciam eo consilio revertitur, ut copias in Ligures navibus transportandas curaret. Quod cum intellexisset Ludovicus, Caroli regis primogenitus Ludovicique gener, perturbatus praesertim quod Venetorum causa id fieri audiebat,

---

1, 10. turmis *invece di* cohortibus — 5. rerum *esp.* — 9. saepe *esp.* — 14. illud *invece di* eum — 16. pugnatur *invece di* proeliatur - et in — 17. et *esp.* — 17-18. quam sint *esp.* — 20. Ex.... ut *esp.* — 21. captosque *esp.* — 22. refugerunt *invece di* remigrarent - Conradus — 23. quod *esp.* - capite *invece di* cervice - quam graviter *esp.* - percussum *invece di* percuteretur — 23-24. quo vulnere *esp.* — 24. multo.... ut, statim *esp.* - deponitur — 25. necesse fuerit, tamen *esp.* — 30. fuerint *invece di* extiterint

qui eos innato quodam odio non minus ante, quam post patris obitum semper habuit, et Franciscum sfortianamque familiam omnem praecipuo continuoque 'studio prosecutus est et Florentinorum rebus pro vetere amicitia plurimum favebat, magnis in Viennensibus contractis copiis, ad Alpes contendit ac dispositos per regionem saltusque custodes partim metu, partim persuasionibus submovit patefactoque ubique transitu, avunculi exercitum paucis ipse diebus in agrum astensem incolumem perduxit. Renatus vero duabus triremibus, quas Petrus Fregosus, Genuensium dux, pro eo foederis vinculo, quo Francisco florentinoque populo astringebatur, paulo ante Massiliam miserat, Vintimiliensium ad oppidum advehitur. Inde' terrestri itinere astensem ad urbem profectus, exercitui se reiungit moxque Alexandriam progreditur, ubi milites equosque itinerum incommoditate fessos reficere curavit. Interim data de pace a Francisco ei facultate, de Guilielmi rebus, cuius consilio atque ductu alexandrinum bellum gerebatur, agere coepit; quod et regia auctoritate et singulari eius in universam monferratensem domum benivolentia et longa etiam familiaritate, qua praecipue Guilielmum ipsum sibi devinctum putabat, quidquid vel de pace vel de induciis saltem statuisset, eundem facturum sperabat. At Guilielmus, etsi post acceptam anno superiore cassinensem cladem pecuniae inopia neque exire in aciem neque resarcire omnino militem potuerat, tamen quoniam Renatum propediem discessurum e regione sciebat et bello facilius quam pace milites alebat, diem interponere remque verbis ducere studebat. Sed haec dum aguntur, ad Andream Biragum, qui per id temporis legationis munus in Alexandrinis obibat, Johannes Montaldus genuensis mittit, qui de tradenda Burgi Sancti Martini oppidi arce et polliceretur et pacisceretur, quam non grandis repetendae pecuniae causa a Johanne marchione retinebat. Ea re cum Bartholomaeo communicata, deinde in concilio delata, oblatum tam opportuno tempore negotium uno omnium animo praeripiendum 'decernitur; rege igitur inconsulto, quod aliam ob causam profectio dissimulabatur, Collio, acie instructa, eo ad rem conficiendam profectus, nulla mora arcem recepit praesidioque imposito oppidani tanta rei novitate tantoque omnium discrimine territi, ei sese permisere. Guilielmus, magnitudine periculi commotus, quod oppidum in patrimonii fraternaeque ditionis visceribus positum, frumenti copia refertum et munitione et loci opportunitate insigne, in hostium sit potestate, undique continuo militem cogit; homines qui arma ferre possent, regioni imperat; reliquos repentina novitate attonitos, uti in solida constantissimaque montisferratensis domus fide permaneant, hortatur; 'ad Renatum insuper de pace mittit; deinde nostrorum in fronte, qui non procul oppido castra faciebant, loco ipsis periniquo, quo finitimos in officio accolas municipesque contineat, castra et ipse posuit, ubi non multo temporis spatio constitit. Renatus, cum Guilielmum diligeret, quod illi arcis praesidis proditione detrimenti in eius praesertim conspectu illatum sit, aegre ferens, Andream negotii auctorem, quod eo inconscio rem confecisset, graviter increpat; ceterum inducias suo arbitratu duraturas iubet, oppidum arcemque postremo gallico munitam praesidio, de pace veluti arbiter postea acturus, in suam 'accipit potestatem, Collionemque in Alexandrinos revocat. Pacatis per hunc modum alexandrinis rebus, rex trans Padum Ticinumque progressus, a Papiensibus ceterisque passim populis summo honore laetitiaque suscipitur. Mediolani vero, dum militis ornandi causa moratur, a Blanca Maria, ut erat mulier praestantissima munificentissimaque, sic et hospes munificentissime diebus singulis colligitur usque adeo ut, quamvis a Francisco regis gallorumque simul militum in Brixianos adventus literis nuntiisque frequentibus expeteretur ac vehementer accerseretur, ex urbanis tamen deliciis et magna copia rerum, quas ubique per agros comperiebant, se dissolvere nequirent; quisque enim, ut sunt natura Galli epulis reliquisque corporis voluptatibus dediti, ubi alieno praesertim sumptu vivitur, moram interponere studebat. Quinto decimo tandem die, posteaquam mediolanensem agrum ingressus est, ex urbe cum proceribus fami-

Margin: Mur., 649 (line 2); c. 1111 (line 8); c. 1112 (line 23); Mur., 650 (line 31); c. 1113 (line 37)

---

9. Astam *invece di* Astensem - ad urbem *esp.* - iungit — 10. itinerum incommoditate *esp.* — 18. Sed *esp.* - Dum haec — 20. oppidi *esp.* — 25. praesidio — 25-26. tantaque .... discrimine *esp.* — 32. habebant *invece di* faciebant — 35. eo inscio

liaque domestica, Laudem, quo suum praemiserat equitatum, proficiscitur. Sub eosdem quoque dies et Collionem Franciscus cum omni equitatu ac peditatu, qui alexandrino bello interfuerat, in Laudenses accersiverat et copias equestres, quas citra Padum transque Adduam aut reliquerat, aut ex castris postea remiserat, eo adduci jusserat. Has Renatus copias postero die, e Laudensibus movens, ad Pisleonem sibi adiungit et, longo agmine facto, die tertio Cremonam petit; rex cum suis, quod pro eorum more nihil tegmenti secum ferebant, intra urbem honorificentissime recipitur,' Collio locis campestribus stativa habet. Insequenti autem *c. 111 t* die de iis etiam, quae praesidio Cremonae erant, cohortibus sibi additis, Olium trajecit. Quinque et triginta omnino equestres fuerunt turmae, quatuordecim gallicae, quarum sagittariae quatuor ex ferocissima atque immanissima belgica gente (quam recentiore vocabulo Picardam dicimus), reliquae ex nostris erant et millia circiter peditum duo.

---

1. suum *esp.* — 8. ex *invece di* de - turmis *invece di* cohortibus

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER VIGESIMUSQUARTUS

RENATUS, posteaquam in Brixianorum fines ventum est, Francisci institutione, quo Mur., 651 et militibus et iumentis quies daretur ac pabuli copia suppeteret, cuius ad Gaidum ob longam exercitus moram summa erat inopia, ad Gambaram vicum remansit; Collio, itala cum legione paulo progressus, ad Insulellam, castellum regia ac ducalia inter castra medium, eadem de causa stationes fecit. Horum de adventu Picininus Venetorumque legati certiores facti, Franciscum, tot auctum copiis, longe veneta acie superiorem melioremque futurum iudicant, proinde et impetum propediem in se factu- rum et enixius graviusque adversus Venetos bellum quam unquam antea gesturum rati, optimum esse 'arbitrantur, si exercitum incolumem, si urbes, si oppida, si in regione munimento *c. 1115 MM 1* praecipua servaverint, quibus in fide permanentibus, reliqua, quae ad hostem aut defecerint, aut vi eius in potestatem devenerint, non minus se vel armis rursus, vel pace recepturos confidere quam prioribus bellis ter iam fecisse venetam rempublicam memoria tenere; praeterea hiemem instare, cuius incommoda gallicam phalangem non passuram, nec etiam, imbribus frigoribusque futuris impeditum, haud diu reliquum exercitum per patentes campos ipsum hostem habiturum dicere; quas ob res proelio omnino abstinendum, per loca tuta urbe Brixia nequaquam remota ducendum et pro hostis motu, utque in dies belli ratio postulasset, rebus ceteris consulendum; Bergomum insuper, Cremam, Soncinum trans Olium amnem, citra vero Pontemvicum, Urceas Novas, Rhoadum, Asulam, oppida inter reliqua antiquiora, valido munienda praesidio constituunt. Franciscus, post diuturnam gallici auxilii exspectationem, quod maxime concupierat solicitaveratque, opere consecutus, ad gratias de eius adventu agendas regem adit, cui post varios rerum praeteritarum sermones, praesentes belli conditiones referens, quid sui ad inferenda hostibus arma sit consilii, aperit. Rex autem, commemoratis gallicae militiae moribus,' longe ab italo militari usu dissidentibus, se ad id rursus repetisse *c. 1116* Italiam dixit, ut ei florentinoque populo omnibus in rebus auxilio foret et voluntati eorum satisfaceret; propterea eum sequeretur ducem, quicquid statueret fa'cturus; sperare, eo con- Mur., 652 fecto bello, rebus quoque etruscis feliciter succedentibus, eorum consilio atque ope, divina adiuvante clementia, qua iusti sublevantur, iniusti superbique deprimuntur, suum e barbarorum occupantium manibus regnum aliquando recuperaturum; unum praeterea, quam vim

---

6. Collio cum Italis paulo — 11-12. si oppida.... praecipua *esp.* — 14. fecissent - venetam.... tenere *esp.* — 15. Gallos non passuros — 15-16. etiam.... haud *esp.* — 16-17. exercitum in aestivis futurum Quas — 17. et *invece di* urbe — 18. utque.... postulasset *esp.* — 20. inter.... antiquiora *esp.* — 21. constituunt *esp.* — 21-24. Franciscus cum regem adiisset gratiasque egisset omnia consilia belli aperuit Rex — 24. autem *esp.* — 25. longe.... dissidentibus *esp.* — 27. secuturum *invece di* sequeretur - et quicquid statuerit facturum — 30. occupantium *esp.* — 30-p. 386 l. 1. praeterea petere uti eius

hostibus ullam prius faciat, oportere, uti eius voluntate ad Venetos, indicendi belli causa, nuntios liceat mittere, propterea quod non decebat regiam dignitatem, bello non indicto, quemquam armis invadere. Ea re non Venetias, quod dierum decem intervallum expeditionem moraretur, sed ad ducem legatosque exercitus mittendi permissa, bellum rex per caduceatorem, quem Galli araldum dicunt, Venetis indixit. Franciscus eodem die in exercitum reversus, quamvis animo statuerat, quam in partem castra esset moturus, tamen quia Ludovicum adversam in partem conaturum sciebat, non duces exercitus modo et eos, quos in concilia accersere solebat, sed cunctos etiam ductores et praefectos equitum ad se advocari iubet, ad

c. 1117 MM 1 quos ita paucis: “ *Exspectatum iam tandem ex Gallia auxilium advenisse*' — inquit — *cuius causa* “ *tanto hic tempore non sine nostra exercitusque ignominia consedimus*; *quod, etsi sero admodum, ut videtis, advenit, tamen cogitandum maxime nobis censeo, ut quod superest ad castrametandum temporis, quam utilius fieri possit, utamur, ne nos, ut saepe mortalibus accidere solet, coepti male postea belli poeniteat, cum praeterita errata reprehendi magis quam corrigi possint*; *et quoniam, cum duae in primis viae ad bellum dehinc gerendum propositae videantur, altera ad Mincium amnem versa, quae ad orientem vergit, altera ad Olium, quae ad meridiem et occidentem solem pertinet, quid potius magisve sit ex belli usu decernendum est, vos hortor atque moneo ut, omni privata utilitate, aut rei cuiuspiam affectione, quemadmodum virum probum quemcumque decet, posthabita, consilium quisque suum, cuius gratia huc omnes convenistis, velit dicere* „. Primus igitur Ludovicus eius sententiam dicere iussus, ad orientalem oram flectendum, Asulam oppidum, quod ditionis fuerat paternae, principio obsidendum suadet, quod, eo oppido recepto, non ambigebat, quicquid ex eo loco Brixiam usque Veneti possidebant, quin nullo negotio sibi vendicarent in potestatem venturum; deinde in Veronensium fines traiiciendum proponit; sperare enim se veronenses cives, cum Vene-

c. 1118 torum imperium omni tempore graviter tulerint, adversus illorum tirannidem arma' sumpturos; facile praeterea futurum ut flumen Athesim copiae nostrae transeant regionemque eam omnem, quae inter duas urbes Veronam atque Vicentiam interiacet, depopulantes, castella et oppida quaeque in potestatem redigant exercitusque simul ita ditetur, ut parvo per hiemem emolumento nutriri possit; ex quo rem venetam quis dubitabit in eam posse perturbationem calamitatemque deduci, ut quibus senatus periculis ocius sit occurrendum, aut quo cervicibus declinandum, nesciat? ceterum ad has res conficiendas et commeatus se abunde daturum et fluminis utriusque transeundi facultatem facturum et copias pedestres, quas ex propinqua sua iurisdictione evocaverit et quicquid demum ex belli usu fuerit, subministraturum pollicetur. Eum deinde Collio, contraria subsecutus oratione: Olii aditus in primis recipiendos esse censet, quibus in potestatem redactis, cremonensia municipia, vi magna frumenti referta, bergomensem quoque agrum et quod demum duo inter flumina Adduam Oliumque Veneti obtinent, ad deditionem ultro venturum affirmat; Urceas Novas insuper Rhoadumque oppida

Mur., 653 in hostium manu nequaquam esse 'relinquenda, quod qui Urceanis Rhoadensibusque imperaverit, superiorem etiam atque inferiorem brixiani agri partem, quae in plano montanisque

c. 1119 MM 3 est, sub iugum' mittat et in fide retineat, oportet; haec certa et praesenti necessitati perop-portuna, illa incerta et minus rebus gerendis conductura demonstrat. Haec eadem Tibertus ceterique singillatim, praeter Christophorum Taurellum et Donninum parmensem, qui cum Ludovico sentire visi sunt, iisdem atque aliis argumentis confirmant. Novissime vero Franciscus ad Ludovicum conversus, haec locutus: “ *Si eo cum exercitu, quem deinceps habituri*

---

2. maiestatem *invece di* dignitatem — 2-3. propterea.... invadere *esp.* — 3-4. non.... mittendi *esp.* — 5-20. reversus adhibitis omnium ordinum primoribus de ratione belli gerendi refert et singulorum sententiam rogat Primus Ludovicus cuius magna erat auctoritas ad orientalem — 9. advenit - inquit *esp.* — 17. esse *invece di* est — 21. quod, non ambigebat *esp.* — 22. possideant - quin *esp.* - negotio in potestatem venturum deinde — 23. proponit, enim *esp.* — 26-30. interiacet subigant exercitusque ita ditetur ut parva per hiemem impensa nutriri possit Ad has — 31. et, copias *esp.* — 31-32. quas.... evocaverit *esp.* — 32. ex *esp.* - bello usui — 33. Eum deinde *esp.* — 32-33. contra *invece di* contraria — 33. subsecutus oratione *esp.* — 40. Haec eadem *esp.* — 41. deinceps *invece di* singillatim — 41-42. parmensem qui Ludovico assentiebantur Collionis sententiam secuntur Novissime — 42. vero *esp.* — 43. haec locutus, *esp.* - eo inquit cum

“ *sumus, aestate integra cum Venetis bellum nobis gerendum esset, probarem profecto quae nunc non minus prudenter quam commode sunt a Ludovico dicta; sed quoniam, ut videtis, non longe ab hiemis absumus incommodis, id nobis hoc potissimum tempore consilii capiendum est, quod et dies et necessitas exposcit: paranda sunt nobis his paucis diebus nova militibus hiberna; recuperandus cremonensis ager, nostrum iam et exercitus nunc Venetorum horreum; adimendi ex hostium viribus duo in primis Adduae transitus, quibus mediolanensis orientalis ager quotidianis incursionibus ac depopulationibus, non absque nostra infamia, vexatur atque devastatur. Ceterum inter reliqua, quae hac tempestate nobis curae insunt, illud maxime animadvertendum puto, quod auxiliares Gallos imbribus frigoribusque hiemalibus insuetos, non ut nostros exercere armis poteri'mus, nam si longius a nostris sedibus ducantur, quibus non tam* c. 1120 *cibaria equorumque pabula ad stationes usque suas suppeditari, sed tecta etiam parari nobis necesse est, cum nec sciant, nec velint militiam hanc nostram perferre, paulatim ab iis derelinquemur; praeterea perabsurdum videretur, si dum in Veronensibus Venetis bellum inferre conemur, illi contra centum circiter passuum millia a tergo nostros fines perturbent mediolanensesque cives ad ipsas urbis fossas quotidie damnis afficiant. Praestat igitur, ut ad superiorem provinciae regionem ora vertamus et quae nobis agenda sunt, summa cura et viribus conficiamus quam alio contendamus*; *receptis enim quae et Bartholomaeus commemoravit et nos ostendimus missisque in hiberna Gallis cum milite expedito ad inferiora brixiani veronensisque agri loca iter avertemus et, quousque per tempus licuerit, Ludovici rebus non deerimus* „. Ea re constituta, arcem, quam ad Gaidum ex limo fasciculis trabibusque aedificandam curaverat, peditum praesidio communit; reliquas vero ad oppidi eius castrorumque tutelam constructas munitiones dirui cremarique iubet, ne si forte ab hostibus occuparentur, ad obsidendum oppugnandumque oppidum adiumento et adversus nostros tutamento essent; deinde biduo' post, stationibus incensis, diebus sexdecim et mensibus tribus, posteaquam eo c. 1121 MM 4 ventum est, consumptis, pridie idus octobres castra movet et ad Mellam fluvium, non procul Gambara, ubi rex exercitus adventum praestolabatur, decem amplius millibus passuum confectis, eo die resedit; postridie vero ex itinere unum copiis ex omnibus agmen facit. Huius equitatus omnis, qui primum eo ipso die in unum locum coi'verat, in centum et viginti ordines Mur., 654 dividebatur, quarum singula ex equitibus supra centum viginti quinque constabat, rursusque, quod facilius moderarentur, quinque in partes distribuebantur. Earum principem, in qua et familiarium et veteranorum equitum robur consistebat, circum se Franciscus in firmandis castris locandam retinendamque statuerat, Roberto et Gaspari Vicomercato moderandi cura tradita; reliquas partitus, Lodovico secundam, tertiam Collioni, quartam Tiberto, Renato postremam attribuit, quibus nec minus pars peditatus data. Ex his item turmis singulis delecti equites singuli duas conficiebant cohortes, quae ab exercitu stationariae appellabantur, quod in itinere ante omnes ex ordine intendentibus castrorum in locatione a rei eius praefectis turmae cuiusque statio data committebatur, ita ut adventantibus illis sciret unusquisque, ubi ei esset' stationis locus. Ultra Mellam eo die progressus, Bassianum circumsedit, quod est c. 1122 castellum inter Manerbium et Pontem Vicum positum; id cum veneto praesidio servaretur hostesque, relictis ad Porcianum impedimentis, Manerbium contendissent, Campanus cum equite expedito ac pedite eo usque speculatum, ubi a nostris castra ponerentur auctumque in castello praesidium immissus, praecursores a fronte lacessere coepit et in anteriores agminis cohortes, quae nondum eo pervenerant, repulit. Franciscus, etsi locandis castris impeditus, tamen altera stationaria cohorte Campanum ab insequendis suis reprimit longeque a municipum aedificiis amovit et quoniam, quid in proelio Galli possent, suo sine periculo experiri optabat, opportunitate oblata, duas sagittariorum cohortes, medium per agmen cele-

---

17. quam .... contendamus *esp.* — 21. vero *esp.* — 23. et .... tutamento *esp.* — 27. vero *esp.* — 28. locum *esp.* — 29. dividit - centum *in margine* — 30. quo *invece di* quod - regerentur *invece di* moderarentur — 31. erat *invece di* consistebat — 34. cuique *posposto a* pars *invece di* quibus - item *esp.* — 35. cohortes *esp.* — 39. positum *esp.* — 41-42. auctumque .... immissus *esp.* — 43 *e* 46. turmas *invece di* cohortes — 44. turma *invece di* cohorte

riter accitas, quod novissima in legione versabantur, in fronte locat eo animo ut, cum primum conserere manus in proelio foret opus, laxarentur in hostes. Sed, lingua moribusque longe a nostris differentes, Galli nullo temperamento nulloque imperio a temerario incursu contineri poterant; nam cum moderandos docendosque iussisset Franciscus, ut quid facturos eos vellet, cognoscerent, tanto impetu ululatuque simul ferebantur, ut praecepta negligere, c. 1123 MM 5 omnia 'sibi licere et hostem in manu iam habere viderentur; proinde cum eorum amentiam furoremque animadverteret Franciscus, quorum etiam pars pedes, remotis equis, pars eques ire in certamen ardebat, pugna deinceps eos abstinere iussit, nam nemo bellicae artis adeo imperitus, qui ubi nullo ordine, nullo imperio, sed furore capti, more belluarum in hostem ferrentur, circumveniri eos continuo ac intercipi oportere non aperte iudicaret. Hostes interim repulsi terga vertunt, nec prius restiterunt, donec Manerbium ad exercitum cursu pervenerunt; deinde, cum ibi Picininus non satis tuto manere posse existimaret, Porcianum in veteres munitiones rediit. Franciscus, locatis castris, ad castelli oppugnationem conversus, continuo dat operam per regium caduceatorem araldum tubicinemque suum municipibus enunciari, ut statim castellum praesidiumque traderent caverentque ne temere committerent, quo in diem posterum tanto exercitui morae sint, nullum fore sibi postea pietati nullumque precibus locum, quin feritati crudelitatique Gallorum concedantur. Hac municipes acri comminatione et magnitudine exercitus perterriti, sese ac praesidium nocte insequenti dedidere.

His rebus gestis, in Pontem Vicum die postero movet, pedite ac equite bassianensi arce c. 1124 Mur., 655 per'egregie munita, quae a tergo minus' quinque passuum millibus totidemque Manerbio proxima relinquebatur, castris oppidum cingit; pontem in Olio faciendum curat eoque nocte proxima celeriter confecto, postridie Renatus sua cum legione flumen transit. Ad Rebechum, quod est, ut praediximus, Pontis Vici e regione situm, residendi sibi locum deligit; propinqua per aedificia stationes militibus dispartitur; de sua legione italicis cohortibus, ne quod per pontem alterum, qui, ut supra demonstravimus, ex eo oppido ad Cremonenses pertinebat, subsidium obsessi accipiant, negotio dato. Ceterum Franciscus, oppidi expugnationi intentus, trinas in aggerem vallumque bombardas, Ferlini pedemontani artificis ministrique rei eius peritissimi et fama clari opera utens, disponit cumque biduo frequenti quassata ictu dirui esset coepta munitio appareretque satis ampla in pariete aggeris vallique ruina, cupiditate diripiendi oppidi fervere coepit exercitus omnis cunctationemque ducis vulgus incusare. Ex quo factum est ut, eo inconscio, a gregariorum multitudine inermi facto in fossam concursu ingrediendique oppidi periculo lapidibus et trabibus ex occulto coniectis, imperita plebs obruta multis acceptis vulneribus depelleretur praecepsque in fossam prorueret. At c. 1125 Franciscus, etsi graviter perturbatus, quod suo' iniussu, quod exercitu rebusque ad pugnam imparatis, quod die pugnae non dicto invadere quisquam sit oppidum ausus, cunctos increpabat et ne, spatio obsessis in extremo salutis periculo laborantibus dato, difficilior redderetur pugnantibus ingressus, instaurare ei magis milite armato inchoatam quam retractare pugnam placuit; itaque extemplo armari exercitum imperat; Bassianum praetermittit exploratum, qui renuntiet, quid hostes, fumi significatione ex oppido de pugna certiores facti, gererent. Renatus, ea de re inter haec rumore inter eos perlato, ad eum mittit postulatum, ut Gallis modo obtinendi oppidi negotium daretur, quo illorum virtus eo praesertim belli initio in exercitum regionesque re famaque proderetur; quorum voluntati, si refragaretur, non videbat, quo imperio, aut quo consilio homines indignabundos effraenatosque maleficiis

---

1. parte *invece di* legione — 6. proinde cum *esp.* - quorum *invece di* eorum — 7-10. furoremque animadvertentes Franciscus pugna deinceps eos abstinere iussit Hostes — 11. quoad *invece di* donec — 12. deinde *esp.* — 12. satis tutum se existimaret — 14. continuo.... operam *esp.* - araldum *esp.* — 15. enuntiat — 15-16. traderent nisi tradant nullum fore postea — 17. quin *esp.* - obiiciendos *invece di* concedantur — 22. Renatus cum suis flumen — 23. quod.... residendi *esp.* — 24. de sua legione *esp.* - turmis *invece di* cohortibus — 27-28. ministrique.... eius *esp.* — 28. usus — 30-31. incusare, adeo ut eo inscio a — 37. dirimere *invece di* retractare — 38. praemittit — 40. inter haec, inter eos *esp.* — 41. Gallis oppidi oppugnandi negotium — 42-l. 1 p. 389. quorum.... posset *esp.*

continere posset. Ad haec Franciscus, nequire se, coepta iam pugna, absque gravi decertantium totiusque exercitus contumelia, inde quemquam revocare; certamen adhuc esse integrum, posse suos eo milites transmittere, ubi suam cuique virtutem experiri liceret. Hoc responso accepto, Gallorum praefecti, quorum Fredericus, regius gener, et Ludovicus bellavallensis principes erant, facta suorum phalange, oppidum alacriter' ea parte invadunt, qua *c. 1126* certamen aberat quave gallicae superbiae proximus se obtulit adeundi locus, ubi forte maior erat aggeris vallique altitudo; neque tamen restitere, neque pedem retulere, donec confertim fossam ripamque praeruptam maximo cum labore superavere, quod ea ripa ardua erat et rapida, ita ut vix firmare vestigia possent, et posteaquam ad aggerem est appulsum, rem gladiis hastisque magno impetu edidere. Verum paulisper cum decertatum esset utrimque et non minus a defensoribus repugnatum, quam ab inferentibus arma oppugnatum, fessi armorum onere, Galli cassidumque labore confecti, ubi maxime primo con'gressu spem se ingre- Mur., 656 diendi oppidi fefellisse viderunt, pugna excessere armisque illico humi proiectis, nullo hortatu neque certamen a se initum redintegrare, neque pugnare cum ceteris voluere. Interea pugnante altera ex parte ad ruinam exercitu, contra oppidanis et praesidio militum egregia virtute et singulari quadam in Venetos fide resistentibus, munitionem rursus bombardarum ictibus percuti interdum Franciscus iubebat defensoresque item, qui thorace et cristata galea praeter ceteros in apertum frequenter apparebant, omni missilium genere ex turribus e regione erectis caedi cu'rabat nec prius quievit, nunc huc nunc illuc impigre excurrendo, nunc *c. 1127* turres ipsas ascendendo et reliqua oppugnationi ei opportuna obeundo, donec miles quidam in limine ipso ruinae obstinate persistens aeneo instrumento, quod colubrinam Galli vocant, ictus cecidit. Quo casu primi extemplo intra munitionem prosiliunt ceteraque deinde subsecuta pugnantium multitudo, captis primo oppidanis, undique oppido potiuntur; bona praedae permissa diripiunt multisque modis distrahunt. Quod cum gallica conspexisset multitudo, in oppidum et ipsa concurrit cumque omnia, praeter venetos milites armis vestimentisque nudatos, mulieres insuper et pueros, comprehensa atque occupata invenissent, Galli ira incensi, praesertim qui erant ex gente picarda, et mulieres puerosque trucidare et in praesidium immanissime saevire coeperunt. Hac tanta crudelitate exterritae matres, exterriti victi, qui se more italico vita immunes putabant, ad italos confugiunt milites orantes, ut summi Dei pietate eos servare suisque corporibus sua misera corpora tegere velint. Ob eam rem gentem inter utramque miseros alteram servare, alteram interimere conantem, magna exorta contentione fit ubique clamor, ubique caedes et frequens ubique fletus, nam cum non tam' a devictorum, sed ne quidem a nostrorum errore interceptorum caede homines feri tempera- *c. 1128* rent, milites nostri, his concitati iniuriis, in Gallos per oppidum errabundos concurrere eosque passim interficere coeperunt. Quod ubi Francisco renuntiatum est, mittuntur continuo, qui cruentum dirimerent discrimen; quorum opera, non absque ingenti etiam ducis labore, seditio foeda atroxque pacata et odia paene immortalia ex gentis utriusque animis sublata, servatae cum liberis in templo matres, vincti redemptionis causa milites sine pretio dimissi. Non tamen fuit a missis ita liti seditionique celeriter occursum, quin permulti fuerint, non tam ex victis quam ex Gallis, caesi maiorque aedificiorum pars, quo se fugientes Galli recipiebant, incendio conflagrata. Quo incendio factum est ut, cum extingui vagantem ignem Franciscus non posse videret accederetque etiam, quod sciebat oppidanos suapte natura magnam Venetis fidem habere, quae superfuerant aedificia exuri ac everti quam servari et oppidum ab incolis deseri quam coli deinceps maluerit. Ex hac Pontisvici clade, quae fuit sane fama quam re ipsa maior, tantus est repente per loca terror perlatus tantaque gallicae crudelitatis

---

5. suorum, alacriter *esp.* — 7. conferti — 8-9. quod .... possent *esp.* — 10-11. utriumque .... oppugnatum *esp.* — 12. Galli *esp.* — 19. *terzo* nunc *esp.* — 26. atque occcupata, Galli *esp.* — 28-29. qui .... putabant *esp.* — 30. sua .... corpora *esp.* - protegere — 30-31. gentem .... conantem *esp.* — 33. errore interceptorum *esp.* — 35. mittit — 39. fuit a missis *esp.* - fuerint non *esp.* — 41. conflagrarit - Quo .... ut *esp.* — 42-43. natura Venetis favere quae — 43. quam servari *esp.* — 44. deseri iubet Ex *esp.*

hominum animis iniecta opinio, ut ad oppidorum paene fossas viri Gallos adesse existimarent
c. 1129 Mur., 657 mulieresque pavidae iam ante pe'des liberos virosque trucidari conspicarentur; nec minus in
ipsa etiam Brixia urbe a multitudine trepidatum, quam si ab infesto circumsepti exercitu cives
muros urbis Gallos conscendere intuerentur et adeo per eos dies de illorum feritate atroci-
tateque simul rumor increbuit, ut nullo fere humano auxilio ab eorum feritate vi regionis
incolae se defendi posse putarent. Quibus ex causis factum est, ut incredibilis paene victo-
riae concursus undique natus sit: Cremonenses primo municipes, qui Venetis exacto iam anno
paruerant, praeter Soncinates et Romanengates, quod valido hostium praesidio tenerentur,
nulla vi in Francisci fidem rediere. Quibus confectis rebus, castra in Brixianorum fines mo-
ventur; municipes quoque regionis eius ad Franciscum, sese fidei suae tradentes, mittere coe-
perunt; in Manerbienses deinde cum binis duxisset castris, quorum oppidum magno peditum
numero muniebatur, unius noctis mora eos praesidio incolumi in deditionem recepit. Maner-
biensibus in potestatem receptis, tanta deinceps fuit municipum sese dedentium accessio, ut
de celeritate ad Franciscum defectionis inter se certare viderentur, nam ab oppidanis prae-
sidia aut comprehendebantur, aut oppidis eiiciebantur; arces a praesidiis, quorum fidei in
tanta rerum perturbatione committebantur, non modo quae procul, sed quae minus passibus'
c. 1130 mille a Venetorum castris aberant, ultro nostris tradebantur, nec a tanta animorum inclina-
tione cessatum, quin octava die, posteaquam Pontisvici eversio facta est, totus brixianus ager,
qui in planicie positus est, praeter Urceanum, in Francisci devenit potestatem. Hoc tam
repentino Brixianorum motu militumque perfidia hostes perculsi, quid agant aut quo se ver-
tant nullo certo consilio satis decernere possunt: commorari in iis amplis munitionibus, ubi
tot iam mensibus stetissent, periculosum sane atque detrimentosum fore putabant; quo se vero
conferant, ne fugere videantur, praeter Brixiam, nullus certus afferebatur locus; eo si se redu-
cant, profectionem fugae similem futuram, nec sine magno auctoritatis suae detrimento popu-
lorumque terrore id fieri posse animadvertebant; quod si qua iis, qui adhuc in fide perstiterant,
auxilii spes relinquebatur, ea profectione adimebatur. In his rerum angustiis versantibus
ducibus, optimum tandem visum est, sollicitantibus maxime legatis, exercitum in primis inco-
lumem, quemadmodum paucis ante diebus constituerant, omnibus posthabitis regis rebus, ser-
vandum fore, quem nisi ad Brixiae munimenta reducant, illius saluti consulere minime posse
arbitrabantur. Haec cum per eos noctu res ageretur, non prius est in concilio deliberata,
c. 1131 quam suas quisque ad urbem miles sarci'nas mittere coepit; deinde insequenti mane ex toto
exercitu uno agmine facto, impedimentis milites immixti, Brixiam tanta festinatione nullo
ordine petere contendunt, ut profligati fugatique viderentur. Ad urbis tamen moenia non
prius quam die postero pervenere, quod eos non tam itineris incommoditas quam profici-
scendi celeritas, cum alter alteri impedimento esset, ex eo ad alterum mane decem passuum
millia metiri laborantes, tardaverat. Quo tempore legatis, inter impedimenta ac multitudinem
urbanam errabundis, nulla quiete corporis animique data, militibus ingenti tumultu ingredi
Mur., 658 urbem conantibus, portae civium consulto' clauduntur; verebantur enim, ne si tantam multi-
tudinem, nimia ducis licentia insolentem, quam a maleficiis rapinisque nequaquam tempera-
turam arbitrabantur, intra urbem recipi paterentur, in summo civitatem periculo ponerent.
Sed communi omnium consilio haud longe ultra urbem de ducendo exercitu re constituta,
inter montis radices et fluvium quendam a Cleso amne derivatum, quem Navigium Brixiani
dicunt, locus castris omni ex parte tutissimus deligitur; dehinc posito metu duces castella et
oppida, quae nondum ad Franciscum desciverant, milite munienda et in officio, quoad fieri

3. urbe *esp.* — 4-5. atrocitateque simul *esp.* — 5. vi *invece di* feritate — 6-7. putarent Quare Cremonenses — 10-11. eius Francisci sese fidei premittere coeperunt in *esp.* — 11. cum .... castris *esp.* — 12. eos *esp.* — 14. ad Franciscum *esp.* — 17-18. tradebantur Octava demum die post Pontisvici eversionem totus — 20. Brixianorum *esp.* — 20-21. aut.... vertant *esp.* — 21. amplis *esp.* — 22. sane.... fore *esp.* — 26-27. versantibus.... tandem *esp.* — 27. sollicitantibus maxime *esp.* — 28-29. regis, fore *esp.* — 35-36. ex eo .... laborantes *esp.* — 37. urbanam errabundis *esp.* — 38. civium consulto *esp.* — 39-40. quam .... arbitrabantur *esp.* — 44-l. 1 p. 391. quoad .... possit *esp.*

possit, continenda summo studio curant. Haec posteaquam' Franciscus rescivit, hostium *c. 1132* admiratus ignaviam, quod celerius quam putarat, quod praeter omnium opinionem ita tumultuose atque trepidanter Brixiam profugissent, molestissime quidem tulit; nam, etsi loca perangusta et sibi admodum iniqua circuibant, tamen eos invadere eventumque pugnae rursus experiri statuerat. Sed cum ita se res haberet, brixianis, ut supra ostendimus, campestres agros incolentibus subactis, regionem montanam petit; Rhoadum oppidum, loci natura muro et forti militum manu permunitum, magna vi tormentorum adoritur. Oppidani autem insimulati, quod post caravagiensem pugnam ultro se Francisco dedidissent, oblata eius medendi criminis opportunitate, pertinaciter in Venetorum fide persistunt et non modo aedificiorum eversiones, multorum vulnera caedesque perferunt, sed omnes vitae pericula subire patiuntur; nam, quo celerius ad dedendum redigantur, non oppidi solum muri diurnis nocturnisque bombardarum ictibus feriebantur, sed intra oppidum vicatim eo continuo caecoque lapidum pulsu et aedes ruebant et humana simul corpora caedebantur. Dum vero Rhoadum oppugnatur, facta cunctorum superioris eius regionis populorum deditione, tres item Palationensium, Iseanorum et Vallis Camonicae arces oppugnandas Franciscus curat; Romanum et Martinengum' oppida et quod est agri inter Bergomum flumenque Olium, missis de traditione nuntiis, Col- *c. 1133* lionis opera in suam accipit potestatem mittitque praeterea duos fratres Sacramorem et Petrum Franciscum Vicecomites et alios item duos Antonium et Franciscum ex Sicca familia fratres in transadduanum agrum. Quorum adventu pulsis per ea loca Venetorum praesidiis captisque praefectis, Brinianenses primo, mox deinde Trivilienses Caravagiensesque deduntur; quorum exemplum reliqui provinciae eius populi, praeter Cremenses, continuo secuti, idem faciunt; nec multis post diebus quicquid inter Adduam et Bergomum pro Venetis tenebatur, duabus bripiensi baietensique arcibus exceptis, nullo conatu Francisco traditur; sola in Bergomensibus urbs Venetorum in fide relinquitur; Rhoadenses autem post octavum oppugnationis diem, Conticino carpensi cum praesidio incolumi facto, in deditionem recipiuntur.

His rebus secunde gestis, cum nihil in montanis reliqui esset, quod eo tempore oppugnandum videretur, Franciscus, in planum revertens, unis castris Urceanorum oppido admovit; quod cum circumvallare castris intenderet, nec satis ad rem obeundam copiae suppedita'rent, stationes Gallis per proximas villas vicosque facientibus, uno fere tempore ex Etruria Mur., 659 *c. 1134* Alexander, quo iverat itinere, eodem pervenit. Nam, dum haec eadem in Brixianis gerebantur, quae superiore anno Ferdinandus occupaverat, florentinus quoque exercitus non multo labore recuperavit, quod Ferdinandus, paterno exercitui, seu pecuniae inopia, seu copiarum paucitate, diffisus, in Senensibus resederat. Quibus peractis rebus, Florentinis cum nequicquam ad redintegrandum rebus amissis eorum imperium relinqueretur, senatus consulto Alexandrum non tam cum iis, quos secum ex Cisalpina Gallia in Etruriam traduxerat, sed maiore equitum numero auctum, Sigismundo in Etruscis relicto, visum est, quo maioribus Veneti viribus opprimerentur, in Lombardiam ad Franciscum auxilio remittendum. Eius adventu tot crevit exercitus copiis ut, oppido omni ex parte circumsepto, quod longum contineat ambitum, neque ad suos obsessis duces, neque ad eos ducibus ulla fit transmittendi cuiusquam relicta facultas. Franciscus deinde quantocumque potest conatu ad oppugnandum oppidum conversus, quinas partim in arcem, partim in murum aggeremque oppidi bombardas eodem fere tempore disponit et per subterraneos meatus, trabibus cratibusque contectos, quos vias opertas appellant, perque longos continuosque aggeres, ingenti opere confectos, in fossam propinquare atque irrumpere contendit, nec ullo ab eo opere cessatum tempore, donec non *c. 1135 NN 1*

2-5. ignaviam molestissime quidem tulit ereptam sibi pugnandi potestatem Brixianis — 6. forti *esp.* — 7. autem *esp.* — 8-9. oblata .... opportunitate *esp.* — 22. a *invece di* pro — 23. nullo conatu *esp.* — 24. autem *esp.* — 27. unis castris *esp.* — 30-31. dum .... gerebantur *esp.* — 31. quoque *esp.* — 32. recuperaverat — 33-35. resederat Florentini rebus amissis recuperantis Alexandrum — 36. retento *invece di* relicto - visum est *esp.* — 37. Longobardiam - auxilio *esp.* - remittunt — 38-39. circumsepto nulla ad duces — 39. ducibus *esp.* — 40-41. Franciscus ad oppugnandum oppidum conversus quinas bombardas — 42-43. quos .... appellant *esp.* — 43. ingenti .... confectos *esp.* — 44. propinquare atque *esp.*

sine' tamen gravi exercitus labore ac multorum vulneribus caedibusque fossam in ipsam perventum est atque irruptum. Erat namque oppidum a Venetis valido permunitum praesidio, cui Bertoldus Estensis, Iohannes Villanus et armiger Caretus, de cuius virtute in viglebiensi oppugnatione mentionem fecimus, et plerique alii, non his belli usu inferiores, praeerant; sed totius tamen imperii cura Bertoldo demandata. Summa autem praesidii eius fuit ad equitum mille peditumque totidem, quibus cum diem noctemque praefecti, tum omni missilium genere, tum eruptionibus, nunc castra variis in locis insultare, nunc milites opere ad munitiones occupatos caedere ac perturbare non desinebant. Hac Franciscum Urceanorum oppugnatione, corpore et animo inquietum, Soncinensium deditio propemodum sublevavit: cuius deditionis repentina Campani exinde profectio causa fuerat; is enim paucis ante diebus Soncinensibus ipsis praesidio praefectus, cum primum de Francisci in Urceanos adventu cognovit (quorum oppidum non amplius passuum millibus quinque a Soncino abest) moenibus oppidanorumque animis diffisus, relicto oppido, Cremam noctu confugerat. Cuius abitu Soncinenses, praesidii eius metu liberati, missis confestim in castra legationibus, sese et oppidum, et populi (c. 1136) multitu'dine et re frumentaria opulentum, Francisco dedidere. Quam quidem rem magno ad eam persequendam oppugnationem usui sibi fuisse constat, quod ab ea parte et castra et cremonensem quoque agrum ab omni hostili invasione tutum reddidit et, ut maior ad exercitum sine periculo cibariorum copia importaretur, effecit et refugium aegris miserisque eo (Mur., 660) maxime tempore opportunum' paravit. Inter haec cum miro pioque revisendi coniugis desiderio, secundis maxime undique rebus, Blanca teneretur, Cremonam se contulit veniaque deinde a Francisco literis mutuo eorum manu conscriptis impetrata, quippe quod pro eximia mulieris probitare singularique suo in eam amore, omnibus fere in rebus sibi semper indulserat, ad eum in castra proficiscitur; quam, licet gravibus ipse belli curis quotidianisque laboribus affectus, multis rerum incommodis et ipsa prope hiemis acerbitate premebatur, tamen non minore animi laetitia atque honore suscepit, ac si inter magnam rerum copiam mediolanensesque delicias versaretur. Neque tamen uxorio proinde officio, neque iis rebus, quae vel bello vel praesenti oppugnationi usui erant, ullo diurno nocturnoque tempore intermisso (c. 1137 NN2) deerat, quem non ingens ventorum' vis, quae adeo per eos dies magna terribilisque fuit, ut non militum tentoria tabernaculaque solum ubique in castris straverit dissipaveritque, sed quamplurimas per loca quoque arbores evulserit, quorum ad impetum vix sola Francisci tentoria, multis deligata retinaculis, steterunt immota, non crebri imbrium aestus, non nivales denique multo cum luto pluviae deterruerunt, quin omnia belli negotia impigre obeundo conficeret; nec enim vir fortissimus nullis parcendo periculis conquievit, quousque pars arcis diu quassata concidit fossamque ruina ingenti replevit; murus item et agger arci proximus sic frequenti tormentorum percussione solo stratus est, ut ea non difficilis in oppidum pateret ingressus. Quod cum praefecti, omni spe subsidii destituti, intuerentur et ob id non mediocri metu simul et oppidani quaterentur, de deditione agere constituerunt, qui nec diu in petendis conditionibus morati, die postero Bartholomaei Quarterii, quem biduo ante pugnando ceperant, interventu usi, oppidum tradidere. Quos humaniter cum suscepisset Franciscus, data fide publica, quam per omnem aetatem inviolate sancteque servare consuevit, ad suos salvis rebus remisit. Quibus, posteaquam ad Picininum legatosque pervenere, nulla de oppidi

---

2. atque irruptum, namque *esp.* — 2-3. praesidio Bertoldo Estensi Johanne Villano et armigero Carreto — 4. fecimus praefectis sed — 5. autem, eius fuit *esp.* — 9. cuius *esp.* — 10. repentina, exinde *esp.* - discessus *invece di* profectio — 13. cuius abitu *esp.* — 14. sese et *esp.* — 15. Quam .... rem *esp.* - Quod magno — 16. eam, sibi *esp.* - nam *invece di* quod — 17. quoque *esp.* — 19. cum *esp.* - pioque revisendi *esp.* — 20-23. Blanca Cremonam venia deinde a Francisco literis impetrata ad eum — 23. quam licet, ipse *esp.* — 24. affectum — 24-25. acerbitate pressum mirum in modum recreans non — 25. suscepta — 26. proinde, neque *esp.* — 27-28. tempore defuit quem — 30. ea loca - quoque *esp.* — 30-33. evulserit non crebri imbres non nives ab oppugnatione deterruerunt quousque — 35. solo, ea *esp.* — 36. ob id *esp.* — 37. et, qui *esp.* — 39. Quos .... suscepisset *esp.* - Praefectos Franciscus — 40. servarat - consuevit *esp.* — 41. Quibus Picininus legatique nulla

deditione accepta satisfactione, quamgraviter suc'censum est et in eorum aliquos animadversum. *c. 1138* Franciscus, Urceanis in potestatem acceptis, Renatum regem cum gallica manu Placentiam hibernatum transmittit, Angelum ex Camposilvio praeterea cum legione Romenengum, quod adhuc in hostium erat potestate, obsidere iubet. Qui cum triduo illud tormentis oppugnasset, quorumdam oppidanorum opera introductus, praesidium armis bonisque omnibus nudavit oppidanosque in fidem receptos servavit. His confectis rebus, etsi iam glacialis hiems ipsaque ingenti frigore torrida dies castrametationes amodo vetabat, hic tamen rerum status faciebat ut, quod iam animo Franciscus statuerat, nequaquam praetermittendum putaret. Cremenses et Bergomenses cives erant qui fere soli, ut supra ostendimus, intra Olii Adduaeque fines in Venetorum fide perstetissent; horum oppidum atque urbem uno ac eodem tempore per hiemem obsidere et in potestatem redigere confidebat, quod et bergomensia facile suburbia capi exercitusque ibi partem tuto commodeque hibernare et Cremam item per proximos vicos in munitionem adactos, collocato milite, obstringi posse co'gnoverat quodque MUR., 661 gibellinam etiam incolentium factionem facilem atque pronam perspexerat et guelfam non omnino difficilem atque duram ad se' dedendum futuram sperabat; at Ludovicum, qui ab *c. 1139 NN3* eius usque belli initio magno quidem studio ad inferiorem brixiani agri partem duci exercitum assidue contenderet, rursus orare atque instare ut, quemadmodum ad Gaidum decretum fuerat, in Asulanos flecteretur Collionemque insuper, quod cum Venetis conspiraret, retinendum hortabatur idemque Gaspar Vicomercatus affirmaret esseque in eum, priusquam in hiberna mitteretur, animadvertendum suadere. His conflictatus sollicitationibus, Franciscus, quamvis tantam potiundae pergomensis urbis cremensisque oppidi occasionem amittere omnino videbat idque aegerrime patiebatur, tamen longe amici causam metitus, quam non levis momenti eo potissimum tempore faciebat, suo alienum commodo anteponendam duxit. In Collionem autem nihil statuendum fore putavit, quod hominèm multis sibi devinctum beneficiis et qui praeterea a Venetis magnis pollicitationibus, uti ad eos transiret, solicitatus, sibi saepe enunciasset, haud in se mali quicquam moliturum, inducere in animum poterat; accedebat ad haec quoque, quod eum non fugiebat, qua illum simultate Gaspar insectaretur. His igitur de causis deposita insimulancium, qui idem sentirent, suspicione, Collionem' in Bergo- *c. 1140* menses cum suis hiematum transmisit et velut regionis peritum et guelfae in sua patria factionis principem, ei bello praefecit utque inde hominem maiore beneficio affectum benivolentia atque gratia in officio contineret, Castello Arquato in placentino agro, Martinengo, Romano, Colonio et aliis quidem pluribus in Bergomensium finibus oppidis voluntario et grato quidem animo donavit. Ipse vero, Alexandro Urceis et Tiberto Claris Rhoadique relictis coniugeque in primis Cremonam remissa, cum Ludovico duabusque legionibus expeditis kalendis decembribus multo cum frigore Marcariam et in mantuanum agrum secundum Olium amnem proficiscitur eo consilio, ut inde cum omni apparatu oppugnandi oppidi Asulanos peteret. Ludovicus, locato per vicos Marcariae proximos milite, magnam cratium commeatuumque copiam, non tam ad hominum quam equorum usum, importandam magnumque simul fossorum numerum universae ditioni suae imperat. Quibus rebus octavum intra diem, quo eo ventum est, comparatis militibusque omnibus, ut postridie quendam ad locum convenirent, iussis, forte insequenti nocte magna imbrium coorta tempestas eam in Asulanos profectionem retardat;' secundam item atque tertiam, paucis interiectis diebus, constitutam importuni temporis fluctus *c. 1141 NN4* morantur. Post plures vero dies coelo sereno ventisque a septemtrione flantibus, cum eodem

---

1. succensere et in - animadverti iussere — 3. praeterea *esp.* - parte copiarum *invece di* legione — 6-7. rebus etsi hiems glaciesque omnis impediebant tamen — 9. cives.... qui *esp.* — 10. fide perstabant Hos uno — 12. et *esp.* — 13. quodque *esp.* — 14-15. gibellinam.... sperabat *esp.* — 17-19. ut in Asulanos flecteret Collionemque cum Venetis conspirantem retineret Idem de Collione Gaspar — 19. affirmat - esseque in eum *esp.* — 20. suadens - sollicitationibus *esp.* — 21. Bergomensium — 22-23. tamen Ludovici quem unum ut par erat carissimum habebat causam suo commodo P — 24. autem *esp.* — 25. uti.... transiret *esp.* — 25-26. solicitatus in officio mansisset haud — 27. quoque *esp.* — 27-28. His de causis deposita suspicione — 29. misit — 32-33. voluntario.... animo *esp.* — 34. turmis *invece di* legionibus — 39-40. quo.... est *esp.*

Mur., 662 quarto pararetur iter,' nox diesque nivales euntes impediunt atque deterrent. Interim Blanca rursus ad Franciscum rediit et Barbara, Ludovici coniux, clarissima mulier, et ad visendum virum suum et ad suscipiendam complectendamque Blancam, qui mutuo incredibili quadam necessitudine se se amabant, eo venit cumque dominici adesset natales dies saevireque hiems pergeret, mantuanam ad urbem dies simul festos celebratum proficiscuntur. Ibi nondum triduo peracto, fit Angeli Acciaioli aliorumque multorum literis nuntiisque Franciscus certior, Renatum regem, cum repetere Galliam subito quodam motu statuisset, intra quatriduum, omnibus relictis rebus, discessurum eumque nec cohortationibus, nec precibus ullis ab suo instituto moveri, aut flecti posse. Qua re cognita, non potuit vir magni animi magnaeque sapientiae non perturbari et hominis, aetate iam gravis et regio nomine appellati, incostantiam non admirari; quem non tam florentinae reipublicae, cui stipendii iure obstringebatur, quam illatae sibi iniuriae ope aliena ulciscendae causa (quod perpaucis contingere solet) non c. 1142 per anni modo tempus, sed,' quoad vixisset, in Italia permansurum existimabat et quoniam quantum illius Italiae finibus recessus detrimenti suae sociorumque auctoritati, seu ad gerendum bellum, seu ad componendam pacem pro hominum opinione illaturus esset, facile perspiciebat, properare ad eum causasque morandi interponere, haud sibi cunctandum putavit. Itaque bidui itinere Placentiam profectus causamque regii discessus percontatus, reperit esse levem ac paene puerilem, quod nulla vel inopia, vel alia rei magnitudine cogente, sola muliebri cura in tanta rerum actione movebatur; concurrebat ad haec etiam, quod sui uno omnes animo non minus domestici quam senatorii ordinis viri, praeter Johannem Coxam neapolitanum exiticium, propensiore quodam studio eandem in sententiam et confirmare et impellere conabantur; nam ut sunt faciles ad suscipienda bella Gallorum mentes et parum ad bellica incommoda laboresque perferendos resistentes, ita satiati per trimestre italica militia, quae eis durissima visa est, excedere Italia maximopere et cupiebant et instabant. Rex, posteaquam multis sibi argumentis demonstratum est, quibus facile eius animum vinci obmutari posse Franciscus putabat, quid in re acturus sit, ait, se nocte insequenti consulturum aperteque c. 1143 N.N 5 postea responsurum. Ad eum igitur cum die postero Franciscus' revertisset, accepturus quid de suo tandem in Galliam reditu deliberasset, ita Johannes Coxa, qui italus, utpote neapolitanus, inter Gallos romanae linguae idioma bene teneret et fide et auctoritate apud regem plurimum valeret, advocato concilio adstanteque rege, sibi illius nomine respondit, regiam maiestatem molestissime siquidem ferre, cum sui ipsius, cuius etiam res agebatur, tum vel maxime Francisci et Florentinorum causa, id sibi hoc tempore negotii dari, quo redire propediem in patriam necesse sit, nec posse ullo pacto, nisi gravissimo suo suorumque detrimento, paratum iam iter in diem ducere; proinde hortari ac rogare, ut praesentem ex Italia profectionem, quam certe invitus aggrediebatur, aequo pateretur animo; quam quidem rem Mur., 663 non dubitabat illum ac florentinum populum pro eorum' sapientia atque modestia eo minus aegre laturos, quo eorum res communium hostium rebus non suo auxilio, quod exiguum fuerat, sed Dei Optimi Maximi clementia multo superiores relinquebat; praeterea tempus belli gerendi in hiemem deductum; quare hostes nil conari posse iudicabat, quod timendum esset, aut multum detrimenti habiturum. Vere autem primo Johannem, Calabrorum ducem, unicum

---

1-2. iter velut composito magna vis nivium subito coorta avertit ab incoepto Interim P — 3. suum *esp.* — 3-4. Blancam quam unice et mutuo diligebat venit cumque adesset christianus Natalis saeviretque P — 7. regem *esp.* — 8. eumque, suo *esp.* — 9-13. cognita regis aetate iam gravis inconstantiam admiratus quem et Florentini quibus stipendii iure obstringebantur et spes occasioque repetendi ab Alphonso regni aliena impensa non per P — 13-14. Italia detinere debuisset ad eum magnis itineribus contendit si ullis conditionibus a proposito revocare possit. Quantum P — 15-21. perspiciebat causam discessus percontatus reperit esse levem nam sola muliebri cura in tanta rerum mole movebatur Sui etiam uno omnes animo praeter Johannem Coxam neapolitanum exulem propensiore — 21. et, et impellere *esp.* — 22. bellica *esp.* — 23. ita, per *esp.* - trimestri — 24. et, et instabant *esp.* — 25. se *invece di* sibi — 25-26. argumentis facile vinci a Francisco videt quid — 27-31. responsurum mox per Johannem Coxam advocato concilio astans respondit molestissime — 34. hortari ac *esp.* — 39. quare *esp.* — 39-40. iudicabat..... habiturum *esp.* — 40. autem, primo *esp.*

filium in Italiam missurum polliceri, quem et consilio et armis, non minus quam si ipse, coram adesset, omnia' pro eorum commodo diligentissime facturum speraret; reliquum esse denique, c. 1144 inquit, ut Renatum andegavensemque domum ea amicitia atque benivolentia complecteretur prosequereturque, qua pater eius Sfortia, dum vixerat, et ipse hactenus constantissime omni tempore prosecuti fuissent; quod ut faceret deinceps, rogabat plurimum; se vero praeteritorum beneficiorum, quae amplissime ad meritorum cumulum accesserant, ubi referendi facultas esset, non hominem immemorem, sed talem erga eum futurum, qualem gratum regem deceret. Hoc responso, ubi perstare in sententia regem Franciscus videt, quem sua alieno magis quam proprio consilio negotia agere cognoverat, haud ea in re amplius contendendum ratus, non se eum esse hominem ait, qui suo commodo velit ut amico paretur incommodum; placere sibi quod remigrandi consilii cepisset, eo sua uteretur voluntate; unum tamen sibi negandum non credebat quod, priusquam Italiae finibus excederet, ne mittendis ad eum in Galliam nuntiis legatisque tempus tereretur, ita statueret mandaretque, ut oppida, quae in Alexandrinis Guilielmus occuparat, ei restituerentur. Ad haec Renatus post multos ultro citroque seorsum habitos sermones, se ad proximos resurrectionis dominicae dies festos ex suis aliquem senatoribus virum, qui ei liti modum imponeret, missurum interimque' per inducias vivendum c. 1145 duxit. Franciscus, his peractis, Marcariam postridie regreditur; Renatus vero, copiis impedimentisque omnibus praemissis, triduo post Placentia egressus, in Astenses die quarto pervenit; deinde, impetrata per taurinensem agrum sabaudianosque montes transeundi facultate, in provinciam suam magnis itineribus contendit.

At Marcariam cum appulisset Franciscus, omnem fere exercitus ignobilem multitudinem in tumultum excitatam et in Ludovicum maxime commotam invenit, quippe qui saepe in unum locum non procul ab eo oppido " falciculam „ conclamitans coiisset; hoc enim vocabulo hac tempestate uti solent, qui temeritate et amentia ducti, in bello seditioni student et in exercitu dissensiones quaerunt. Querebantur mirum in modum gregarii equestris ordinis milites, quod Ludovici causa in tanto frigoris horrore illud temporis, quod ad quietem militibus dari soleat, sibi adimeretur, quod tot priore anno labores perpessi hibernis prohiberentur, proinde si ab heris suis eo tempore persequi in castris cogerentur, quod non sine ingenti suo exercitusque labore atque incommodo et equorum internecione fieri posse manifeste apparebat; nequaquam se obtemperaturos, quin immo in eos arma sumpturos protinus'que deinde ad hostes Mur., 664 transituros magnis vocibus et testabantur et pronuntiabant. Sed his posteaquam' Franciscus c. 1146 graviter interminatus est ac dominos, quorum opera atque impulsu in tantam homines perditos amentiam prorupisse compererat, peracerbe obiurgasset capitisque poenam iis, qui non paruerint, statuisset, eos statim tumultus ita repressit ut, silentio ubique facto, suum quisque ad hospitium diverteret seque dicto auditurum diceret. His rebus putabat dux optimus Ludovicum sua aliquando consilia ad meliorem belli gerendi rationem revocaturum; at ille in priore sententia obstinate magis perseverans, in dies, ut in Asulanos duceretur, instabat; cuius voluntati Franciscus minime refragandum ratus, quamvis nihil se in ea re effecturum intelligeret, ad suscipiendum tamen negotium semper paratum se fore pollicebatur. Nive igitur, quae plures dies expeditioni ei impedimento fuerat, consumpta, die etiam undique lucida et vento ad coeli serenitatem prospere oblato, ad Aquam Frigidam, vicum non longe ab Asula ducit eo consilio, ut postero die oppido admoveret; sed nocte proxima tanta ex insperato atque ex integro adorta nix est ut, solo ubique per regionem operto, duos circiter in altitu-

---

1. polliceri *esp.* — 2-3. denique inquit *esp.* — 5. rogare — vero *esp.* — 7. hominem *esp.* — 8. sua *esp.* — 9. negotia *esp.* — 10. ut *esp.* - amicorum - paretur *esp.* — 11-12. non esse ut priusquam — 12-13. ne.... ut *esp.* — 14. restitui iuberent *invece di* ei restituerentur — 15. festos *esp.* — 16. virum *esp.* - interim — 17. vero *esp.* — 19. deinde *esp.* - impetrataque — 20. suam *esp.* — 22-25. Quippe.... quaerunt *esp.* — 28. perseverare *invece di* persequi — 34. paruissent — 34-35. facto sua quisque ad tentoria diverteret — 35-39. diceret Cumque in priore sententia perseveraret in Asulanos duci placuit ad suscipiendum Nive — 40. exhausta *invece di* consumpta - etiam *esp.* — 42. magna *invece di* tanta — 43-l. 1 p. 396. ut.... pateret *esp.*

dinem pedes ad diei adventum pateret. Hac permotus territusque novitate, Ludovicus mane summo Franciscum adit, ad quem his verbis usus est: si hactenus ab eo cupidius petierat, si c. 114r instando sibi interdum molestus fuerat,' ut exercitus in asulanum agrum duceretur, se scire pro eius humanitate et praecipua erga se benivolentia id aequo animo tulisse et pro ea re veniam sibi daturum; magnitudinem rei fecisse, ut apud eum ita contenderit, quo asulani homines infidi et protervi, in ipsis prope ditionis suae foribus agros possidentes sibique admodum infesti, hoc motu ad sanitatem reversi pertinacia desisterent et fidem in antiquam redirent, vel obsidione et vi subacti in potestatem redigerentur, quippe qui, ut probe ipse novisset, cum multos per annos paterno imperio paruerint, eo quoque duce, quartodecimo iam exacto anno, ad Venetos defecissent. Qua in re neque eius defuerat officium, neque optimum erga se eius animum sibi defuturum sperabat, quandoquidem neque exercitum, neque eum ipsum ullum unquam aut fugisse aut recussasse laborem, vel impendium perspexerit; proinde immortales sibi gratias agere; sed posteaquam, seu quod dies hiberni sic ferebant, seu quod Dei Summi consilio prohibebantur, Asulanorum potiundi oppidi facultatem tum sibi ademptam videbat, nec ipse Dei voluntati, ubi nec valeant, nec velit si possint, obsistendum amplius censebat, itaque dimittendum esse quamprimum in hiberna exercitum; ceterum dandam c. 114v rursus operam, ut ea, quae primo vere ad gerendum magnis viribus bellum usui' forent, summo studio compararentur. Hac oratione gravi liberatus impedimento, Franciscus pauca Ludovico respondit: quam graviter quamque moleste ferret, quod tanto propugnandi oppidi apparatu, quod tanto eius Mantuanorumque detrimento, re nondum coepta, tot undique circumventi Mur., 665 impedimentis proficisci in hiberna cogantur; qua quidem' in re Deum hominesque testari se neque consilio, neque studio, neque copiis defuisse, quin Asulanos oppugnatum iretur; verum haec forti perferenda esse animo iudicabat, quae praesertim a negligentia, aut imprudentia orta non sint; proinde eum hortari, ne de recuperando eo oppido desperet, nam etsi nunc quod de Asulanis constituissent, propter hiemis acerbitatem consequi non potuerant, tamen ubi per tempus licuerit, se consecuturos non dubitabant. His dictis, reliquum exercitum, qui cum eo erat, partim in Parmenses, partim in Placentinos hiematum distribuitur; Ludovicus cum suis in mantuano agro relinquitur; ipse Cremonam, deinde Mediolanum proficiscitur. Quo ubi ventum est, pontem, quem biennio ante Veneti apud Ripaltam in Addua magno artificio magnoque Transadduanorum labore atque impensa aedificaverant, rescindi confestim iubet. Brippii insuper et Baieti arces, quae etsi, aegre premebantur, nondum in 115r eius facultatem pervene'rant, acrius maioribusque etiam viribus oppugnandas curat; quae ob id haud diu validis oppugnatae tormentis uno fere tempore per deditionem sunt in potestatem acceptae. Per idem tempus Venetorum quoque legati maiorem exercitus partem ultra Athesim in hiberna miserunt; Picinino, qui cum residuo citra Mincium amnem remanserat, stativis circa Benacum designatis, qui nec his in locis segnis permansit, quippe quod nunc Mantuanorum fines incursionibus vexabat, quibus diebus Voltam oppidum occupavit, nunc Brixiam praetergressus, eam brixiani agri partem, quam in planicie Franciscus obtinebat, arce interdum infestabat; sed hinc Ludovico, hinc Tiberto milite instructo occurrentibus, repulsus aut Brixiam, aut unde digressus fuerat, nulla mora refugiebat. Tibertus item crebrius atque infestius ad ipsas usque urbis portas progressus, gravi cives detrimento efficiebat. Per hunc modum pars hiemis reliqua, levibus confectis equestribus proeliis, consumpta.

1-2. mane Franciscum in hanc sententiam compellat si hactenus — 5. veniam facilem sperare magnitudinem — 11. sibi *esp.* — 18. Hac .... impedimento *esp.* — 19. quam, quamque *esp.* - moleste ferre — 20. quod, eius *esp.* - Mantuanorum — 22. quin .... iretur *esp.* — 23. iudicabat *esp.* — 24. eum, eo *esp.* — 24-26. etsi.... tamen *esp.* — 26-27. licuerit consecuturum non dubitare mox cum inter se de magnis rebus remotis arbitris diu consalutassent Francisci exercitum in Cremonenses in Parmenses et Placentinos P — 28. Franciscus *invece di* ipse — 29. Quo .... est *esp.* - pontemque — 31-33. quae etsi .... diu *esp.* — 34. quoque *esp.* — 35. cum residuo *esp.* — 36. hibernis *invece di* stativis - ne *invece di* nec - esset *invece di* permansit - quippe quod *esp.* — 38. brixiensis — 39. arce interdum *esp.* — 40. Nostri *invece di* Tibertus item — 41. progressi gravia detrimenta afferebant — 42. levibus .... proeliis *esp.*

Dum haec geruntur, summus pontifex et officii sui honore et Ecclesiae Dei dignitate ductus, primis Italiae potentatibus, ut ad eum de pace legati mitterentur, quod grassantibus saevientibusque in christianam religionem Turcorum animis et summo imperio post miserabilem constantinopolitanae urbis gentisque eversionem magis in dies crescentibus, statuebat Christianorum malis futurisque' cladibus, quoad posset, consulere; quibus rebus nisi, pacata *c. 1150* Italia, communi omnium consilio atque viribus occurreretur, nequicquam se conaturum intelligebat. Eius dicto obtemperantibus ceteris, Franciscus Scevam Curtem et Jacobum Triulcium cum his praecipue mandatis suos Romam legatos misit, ut Florentinorum simul cum legatis qualis esset ad complectendam pacem pontificis animus, quoniam ad utrumque erant parati, seu persequi in bello, seu ad pacis studia, quibus semper fuerant dediti, animos vertere conditionibus aequis, cognoscere conarentur; deinde pontifice in utramvis partem inclinante, omissis seu iudicis seu adversariorum ambagibus, mandata perficerent. Cum igitur omnes Romam legati convenissent advocationisque causam intellexissent, haec in primis Alphonsi regis Venetorumque legati detulere pontifici: si id sumptus, quod adversus Florentinos rex fecisset, quandoquidem illi comitem Fran'ciscum (hoc enim solum dignitatis nomine, vigente MUR., 666 bello, adversarii appellare solebant) Venetis sociis arma inferentem pecunia iuvissent, dependerint, si dominatui item veneto comes ipse id agri, quod in eorum finibus occupasset, restituerit, si Cremonam insuper urbem dediderit, Padum et Adduam utriusque imperii fines fore permiserit, regiam maiestatem Venetorumque senatum cum iis pacem facturos. Francisci' autem Florentinorumque legati contra ita cum pontifice egerunt: Brixiam, Bergomum et Cre- *c. 1151* mam Franciscum Sfortiam, Mediolanensium ducem, deposcere, quod tum iure belli, ubique oppida ipsa suis circumdata finibus, suo quoque exercitu oppressa, non diu essent in Venetorum potestate permansura, tum etiam cum per iniuriam vimque iusto possessori, in cuius loco et Dei auxilio et sua virtute successerat, erepta sint, iure optimo ad se pertinerent; florentinum quoque populum Castellionum Piscariae oppidum, quod rex Alphonsus priore bello ceperat, sibi restituendum, quodque iniuste ab eo rege lacessiti fuissent, dum socio iure foederis suis opibus iuvissent, eam, quam fecerant, impensam ac multa et gravia insuper damna, quae se tuendo passi sint, resarcienda postulare; his postulatis, si satisfecerint adversarii, Mediolanensium ducem florentinumque populum cum iis pacem libenter dituros. Haec separatim a legatis proposita, quae non tam factu, quam tractatu durissima, non ingrata Sancto Patri fuere, nam quod iam habebat in animo, in bello perseveraretur, facile his tot tantisque certaminibus, absque sua et apostolicae Sedis indignitate, efficere posse arbitrabatur, Italiae namque pacem magnopere romanus pontifex palam appetere videbatur. Sed illius componendae mens eius longe aliena fie'bat, quod, cum Longobardiae provinciae quietem, *c. 1152* plerumque patrum memoria, alterum in Ecclesiae finibus bellum parere consuesse diceret; Longobardorum longe maxime bellum quam pacem malebat et ob id, cum nutriendum, non dirimendum, praesens sibi bellum esset, rem pacis miti quadam simulataque oratione ex die in diem ducere conabatur.

Cum haec Romae aguntur, Veneti posteaquam hoste se multo inferiores esse vident maioribusque viribus in sequenti aestate bellum sibi geri oportere, si adversario superiores, si amissa recuperare velint; quod nisi magno sumptu fieri non poterat, neque gravissimis tot annos suo aerario sumptibus exinanito satis commode bellicis rebus suppeditare posse, ad

1. Dei *esp.* — 2. principibus *invece di* primis - potentatibus *esp.* - ad se de — 3. saevientibusque *esp.* - Turcis — 3-4. animis.... crescentibus *esp.* — 5. malis *esp.* — 8. praecipue *esp.* - suos, legatos *esp.* - adhibitis *invece di* simul cum — 9-11. animus quod ipse et pacem non recusaret et bellum non formidaret cognoscere curarent P — 12. exponerent *invece di* perficerent — 13. advocationisque.... intellexissent *esp.* — 14. regis *esp.* — 18. tradiderit *invece di* dediderit — 19. regem Venetosque cum — 21. quod *esp.* - quod *invece di* ubique — 23. quod *invece di* etiam cum — 24. locum - et Dei.... virtute *esp.* - sint *esp.* — 26. cepisset - socium — 28. se tuendo *esp.* — 31. pontifici *invece di* Sancto Patri - iam de bello habebat - in bello.... perseveraretur *esp.* — 32. ignominia *invece di* indegnitate — 33. romanus pontifex *esp.* — 33-34. sed clam omnibus viribus bellum alebat quod Longobardiae P — 35. plerumque.... alterum *esp.* — 36-38. Longobardorum.... conabatur *esp.* — 42. suo *esp.*

pacis artes iisdem omnes animis se convertunt. Deinde romanis rebus de pace diffisi, senatus consulto fratrem Simonem camertem, hominem sane haud magnae doctrinae, sed fidei plenum, sibi fidum et Francisco familiarem et non ingratum, cum his saepe mandatis profectionem, religionis suae causa simulantem, ad eum misere: si ea oppida, quae in bergomensibus brixianisque agris eo bello cepisset, Venetis restituerit, ceteris praetermissis rebus, cum eo se c. 1153 pacem facturos. Haec ubi Franciscus cognovit, non aspernenda sibi visa sunt, quod' facile Mur., 667 ex his rebus Venetos multo' quampridem humiliores factos intelligeret et a prioribus Romae postulatis persuperbe ad non iniquas pacis conditiones devenire constaret; proinde sic nuntio respondit: si Cremam modo dimiserint, se ceteris in rebus Venetis satisfacturum. At illi, etsi palam dicerent pro patrio more, quod semel obtinuissent, nequaquam id se aliis concessuros, tamen his, quas supra commemoravimus, difficultatibus ducti, ne pacis conficiendae opportunitate morarentur, statuere veneti senatus communi consulto Cremam Francisco dedendam et, ne magnopere pacis cupidi et a maiorum suorum institutis discedere viderentur, ita in eo tradendo oppido, sicuti postea cognitum est, dissimulandum censuere, ut Cremam Collioni, cum quo iam occulte de stipendio convenerant, traderent eo consilio, ut id postea oppidum Collio ipse, per proditionem a se receptum simulando, in Francisci transferret potestatem. At ille qui, ut supra ostendimus, cum hostibus sentiebat, non modo Venetorum animos, ad rem cremensem conficiendam propensos, perturbat retardatque, sed in prosequendo bello pergere hortatur; verum si quo meliore consilio ducti, pacem quam bellum hoc tempore maluerint, c. 1154 videri sibi, in priore non dedendae Cremae sententia permanendum;' nam cum Florentinorum non minus quam Francisci belli gerendi vires consiliave haud ignota sibi essent, non dubitabat, ubi pacis arte finem bello imponere volueriut, pacem aequis conditionibus, ipsis etiam Cremam retinentibus, consecuturos. Interim fit ex urbe oratorum literis Franciscus certior, vanam fuisse eorum ad pontificem de pace legationem, nec unquam nolentis opera utendo Italiam praesenti bello quieturam sperari posse; idcirco vel pace, vel bello, alio sibi consilio suis rebus esse prospiciendum; se autem ea de causa, dum Romae sint, inane tempus ducturos; proinde ad eum propediem redire statuisse. Ceterum multa sub idem fere tempus occurrunt, quae non mediocriter Francisci animum offendebant, nam quae hactenus multis inditiis eum de Collionis fide suspensum tenuerant, nunc eius oratio plane confirmabat; nam cum ad eum de stipendii prorogatione ea spe atque fide misisset, ut quemadmodum se facturum et Mediolanensium ducem nequaquam, dum vixisset, deserturum sedulo affirmaverat, neque eam, quam de illius erga se fide contra omnium tamen sententiam semper habuerat, opinione falleretur, aut si quid firmatis iam rebus addendum peteret, non omnino a se deceptum c. 1155 OO1 videret, negavit aperte doli compos duci se rursus scriptis obstringere' velle; quin immo quod stipendii tempus ad kalendas apriles praefiniebatur, se liberum esse hominem et per aliquod temporis spatium decrevisse nemini obstringi, multo sermone iis, qui eadem de causa ad eum commeabant, ostendere conabatur. Quo responso qui dudum de illius perfidia rumores varie circumferebantur, manifeste comprobantur: Sigismundum item ex Etruria Ariminum, Mur., 668 relictis copiis, profectum' et quosdam alios Francisco necessitudine coniunctissimos, clam ad Venetos misisse de stipendioque cum iis iam Sigismundum transegisse et in actione versari alios enuntiabatur et ab iisdem Francisco, ubi agi de pace intellexerunt, literis nuntiisque, ut in bello persisteret, suadebatur. Quod omnibus diligenter accurateque pensatis, nihil esse dicerent, quod magis ea tempestate eius rebus conducere, quam belli reliquias per-

---

1. convertuntur *invece di* se converterat — 1-2. senatus consulto *esp.* — 3. sibi fidum *esp.* — 5. brixiensibusque — 6. sibi, facile *esp.* — 12. veneti senatus *esp.* - consensu *invece di* consulto — 20. sibi ait in - cum *esp.* — 21. belli gerendi *esp.* — 21-22. consiliave nota sibi esse non dubitare — 22. pacis arte *esp.* — 22-23. ipsis.... retinentibus *esp.* — 24. eorum *esp.* — 24-25. unquam eo auctore Italiam — 25-27. idcirco .... ducturos *esp.* — 34. immo *esp.* — 35-36. hominem.... spatium *esp.* — 39. et quosdam.... coniunctissimos *esp.* — 40. clamque - Sigismundum *esp.* — 40-l. 3 p. 399. transegisse Hic tamen ubi de pace agi intellexit literis nuntiisque Franciscum ut in bello pergat hortatur demonstrata certa victoria pollicitus omnibus viribus eius causam secuturum Detesalvius P

sequi arbitrarentur, nam de hostibus nihil magis quam exploratam victoriam sperare poterat, cuius consequendae gratia, ut debent, neque copiis, neque studiis se ullis defuturos affirmare. Detesalvius praeterea, e Florentia legatus eodem illo tempore missus, Francisco refert senatum populumque florentinum, sua civitate gravibus exhausta et attrita sumptibus, quos superioribus annis aegre pertulerant, non tam longobardi quam etrusci belli impensam, neque posse, neque velle amplius sustinere; proinde' ad pacis studia, conversis civium animis, eum *c. 1156* rogare atque obtestari, ut eam suarum rerum rationem habere velit, quam communi utrorumque saluti utiliorem atque salubriorem pro eius sapientia fore cognoverit; sibi vero nulla aptior via, nulla tutior visa est, qua se tot bellorum incommodis atque periculis dissolvere possint, quam ut paci opera daretur. Accedebat ad haec quoque intolerabilis militum et praefectorum quorumdam avaritia, qui post Renati discessum Collionisque defectionem adeo insolescere coeperunt, ut alii stipendio augeri, alii maiorem argenti copiam quam conditio rerum iusque militiae ferebat, alii castellis oppidisque donari efflagitarent milleque aliis ducem molestiis afficerent, quas militum inurbanitas atque insolentia, ubi eorum opera imperatori opus est, afferre solet. His tot uno tempore Franciscus rebus adversis perculsus variis ingentibusque exagitatus curis, admirabatur insolitam Florentinorum ignaviam atque incredibilem paene rerum inopiam, quorum maxime hortatu et Cosmi Medicis precibus, qui et domi potens esset et in civitate princeps, bellum grave et periculosum susceperat; dolebat mirum in modum etiam suos, quibus sanguinis pietate debebat esse carissimus, animi inconstantia et amentia laborare, ut sibi, quem maxime omnium venerari tuerique debebant, adversarentur. Verum duae in primis res eius animum gravius perturbabant: recens ac' insignis *c. 1157 OO2* Collionis rebellio, quae, in ipso prope victoriae cursu patefacta, non erat nisi maximum gerendis rebus illatura detrimentum, et nobilis Sigismundi perfidia, quem etsi semper praeter cetera eius vitia, novarum rerum cupidum, alieni appetentem et per omnem aetatem apud Italiae dominatus venalem cognoverat, tamen ob multa ac maxima in eum collata' beneficia et ob ea, quae nuperrime nuntius suus de optimo erga se animo satis amanter commemoraverat, nequaquam per eam tempestatem a sua populique florentini amicitia atque foedere discessurum putabat. Quibus de causis optimum esse iudicat, cremensibus relictis rebus, pace bellum commutare seque tot tantisque molestiis discriminibusque futuris omnino liberare; itaque fratrem Simonem ad se accersi iubet; huic mandat, Venetias quamprimum redeat; se, quibus antea conditionibus secum convenerat, negotio cremensi omisso, cum Venetorum dominatu libero sinceroque animo pacem facturum in amicitiamque deinceps perpetua secum victurum referebat, modo eadem eos erga se mente futuros intelligat. Simon, his appri'me *Mur., 669* sermonibus laetus, pacem iam se exploratam habere dicit, ac si facultas adsit, Venetos ad firmanda pacis foedera legatum propediem missuros pollicetur. Publica igitur fide concessa, Francisci mandata' die quarto a Simone veneto in senatu deferuntur. Quae quidem, ubi *c. 1158* praeter opinionem Veneti evenisse vident, iucundissimo accipiunt animo moxque Paulum Barbum patricium, iureconsultum et magnae auctoritatis virum, de pace legatum Cremam primum, deinde ad Franciscum, ubi ipse voluisset, occulte accessurum mittunt. Franciscus interim Laudem profectus, Paulum ad se noctu advocat, deinde in remotissima aedium parte, cunctis amotis necessariis, scribis publicis tantummodo accersitis, quos sibi fidos elegerat, post multas denique actiones variasque rerum controversias die octavo, posteaquam eo ventum ac de re agi coeptum est (qui fuit ad quintum idus apriles) pax his confecta, legibus ac iureiurando sancita, in vulgus praeter militum exspectationem, quam semper odere, promul-

---

3. e, legatus, illo, missus *esp.* — 3-4. refert Florentinos gravibus exhaustos sumptibus — 8-10. sibi.... daretur *esp.* — 10. ad haec quoque *esp.* — 12. ferret — 13. castellis *esp.* - oppidis — 14. cupiditas *invece di* inurbanitas — 19. etiam *esp.* - quibus officiorum magnitudine iure debebat — 20. et amentia *esp.* — 25. collata *esp.* — 26. eius *invece di* suus — 27. per.... tempestatem *esp.* — 29. futuris *esp.* — 31. secum *esp.* - Venetis — 31-32. dominatu *esp.* — 32-33. secum, referebat, futuros *esp.* — 40. et *invece di* deinde — 41. arbitris *invece di* necessariis — 42. post multas *esp.* — 44. quam.... odere *esp.* — 44-l. 3 p. 400. promulgatur deinde his conditionibus ut quicquid bello

gatur: primum siquidem inter Venetos Franciscumque ducem pax esto; deinde omnia hactenus perpetrata utrimque maleficia illataeve iniuriae libere remittuntor; quidquid praeterea praesenti bello in Bergomensium Brixianorumque finibus Franciscus cepisset, Venetis restituuntor; a municipum iniuriis ob factam Francisco deditionem Veneti abstinento; quae vero in Transadduanis oppida Franciscus obtinuerit, ipse retento; Cremenses in Venetorum fide c. 1159 OO 3 permanento; ceteris autem in rebus iisdem legibus moribusque pars' utraque vivito, quibus superioribus annis Philippo duce in humanis agente, post initam Cremonae pacem, cuius Franciscus ipse fuerat arbiter, vivebatur; ceterum quae Sabaudianorum dux oppida post Philippi obitum in novariensi, papiensi alexandrinoque agro occupasset quaeque item Johannes, Monferratensium marchio, et Guilielmus fratres in Alexandrinis cepissent, Francisco seu belli seu pacis artibus impune recuperandi potestas esto; quod insuper trans cisque Padum flumen Veneti Corrigianique in mantuano agro ceperunt, reddunto; quod vero in ipso Philippi e vita decessu in Parmensibus Corrigiani occupaverint, vel reddunto, vel subiecti Mediolanensium duci sunto; alioquin id sibi vindicare armis liceat; denique Alphonso regi, Sabaudianorum duci, Monferratensium marchioni, Venetorum sociis, Florentinis, Genuensibus, Ludovico, Mantuanorum marchioni, societate Francisco coniunctis, si praescriptam ad diem eam pacem probarint, pacis commodis liceat uti.

Quam quidem pacem cum his, nisi regi, gratissima omnibus extitisset, multo antequam dies Mur. 670 dicta' advenisset, publicis amplissimisque documentis laudavere. Rex autem, etsi molestissimum ei fuerat, quod Veneti contra ius foederis, se belli socio insciente, cum hoste de pace egissent, tamen non multo post tempore, ea a se quoque pace probata, Ferdinandum filium c. 1160 ex Etruscis cum' exercitu in suum Siciliae regnum revocavit. His rebus nondum confectis, legati, ut supra ostendimus, Romam de pace missi, infecta legatione revertuntur coramque ea, quae superioribus diebus de non bono pontificis animo in pacandis italicis rebus literis significarant, coram apertius audaciusque confirmant adiiciuntque insuper, nullo Romae humano consilio pacis duce repugnante, Longobardiae pacem componi posse, quod verebatur bonus fidelium pastor, ne dum alienae quieti studeret, novum in Ecclesiae fines bellum pararetur; placere propterea summopere legatis pro principis auctoritate atque commodo, quod suo potius quam alieno consilio atque ope et suae quam alienae domi de pace ageretur. Proinde Franciscus, perspectis maxime Florentinorum querelis, quas in suo reditu legati de gravi pecuniae, qua premerentur, egestate audierant Detesalviusque paulo ante, ut diximus, exprompserat, quod erat ad ineundam pacem reliquum, maturius perficiendum curavit; dehinc quae pro tempore conditiones pacis eius conficiendae sunt, protinus confici imperavit. Idem fecere Veneti.

Post haec Franciscus, ubi pabuli copia in agris adesse coepit, Tibertum cum exercitus parte in Parmenses traiicere Brixiliensiumque fines invadere iubet. At Corrigiani, omni veneti c. 1161 OO 4 regiique auxilii spe derelicti, diebus octo vastatis incolarum praediis, de iis rebus, quas' paterno iure possidere in Parmensibus afferebant, sese Francisco submisere. Compositis per hunc modum Corrigianorum rebus, haud multo post tempore Tibertus in Alexandrinos cum iisdem copiis proficiscitur eo imperio ut, praescripto finiendis induciis die renunciato atque effluxo, oppida a Guilielmo occupata, aggressus omni belli arte, in potestatem redigeret. At Monferratenses interim fratres, diffisi viribus, ad Renatum regem miserant, orantes ut eam ob rem eorum causa legationem in Italiam celeriter mitteret, cuius legationis interventu res eorum componi possent. Horum causa confestim a rege Franciscus Pancratius, Massilien-

3. Brixiensiumque — 3-4. restitueret — 4. abstinerent — 5. Ipse *esp.* - retineat — 6. permaneant - autem - moribusque .... utraque *esp.* - teneantur *invece di* vivito — 8. ceterum *esp.* — 11. esset — 12. cepissent - redderent - vero *esp.* — 13. occupassent - reddant — 14. sint *invece di* sunto — 18. pacem omnes excepto Alphonso multo — 19. confirmarunt *invece di* laudavere - autem *esp.* — 20. belli *esp.* — 22. suum Siciliae *esp.* — 22-35. His .... haec *esp.* — 40. eo imperio, praescripto *esp.* - finitis — 40-41. die .... effluxo *esp.* — 41. aggressus .... arte *esp.* — 42. interim *esp.* — 42-43. eam .... causa *esp.* — 43. legationis *esp.* — 44. Horum causa *esp.*

sium praesul, ad Franciscum legatus transmittitur; is cum duobus marchionis simul legatis ita brevi egit, ut cuncta oppida, de quibus in primis quaestio vertebatur, Francisco duci restituerentur; in reliquis autem rebus in pace amicitiaque viveretur. Quibus peractis, Guilielmus paucis post diebus, regii legati hortatu et Francisci mansuetudine munificientiaque fretus, ceteris insciis, Mediolanum cum paucis proficiscitur; qui, ubi a duce perhumane benigneque suscipitur, duobus oppidis Feliciano et Cassinis donari petiit; qua in re nec eum sua fefellit opinio, nam Franciscus libero ad se viri accessu et qua gratia quibusque verbis se se donandum rogare motus et, ut in reliquum etiam tempus illius animum sibi reconciliaret, non modo incredibili' eius desiderio satisfecit, sed petenti munus cumulavit, quod et oppida liberali *c. 1162* animo feudo concessit et annuo aureûm nummûm octo millium stipendio devinxit. Interea hae dum res aguntur, Franciscus eam castellorum atque oppidorum partem Tibertus invadere iubet, quam Ludovicus, Sabaudianorum dux, in Transpadanis occupaverat; item eodem fere tempore Robertus in Lomellinam mittitur, qui, coacta biduo in regione ea magna equitum peditumque manu, alteram oppidorum municipiorumque partem, quae cis Padum transque Sicidam flumen et in ea ipsa et in Blandrina quoque regione Sabaudiani Taurinensesque servabant, infesto exercitu adoritur; qui in vercellensem usque agrum, excursionibus factis, ingentem inde pecorum ac hominum praedam abegit. Horum exercituum gravi metu territi, Bassinianenses, Valentini ac ceteri, qui proxime populi in'colebant sabaudianumque nomen Mur., 671 invocabant, nullo negotio deduntur praeter eos, qui Pecetum inhabitabant locum; qui, rerum bellicarum ignari, dum aliquantulum deditionem morantur, a vago milite eorum castellum vi capitur moxque diripitur et ab incomposita multitudine incendio conflagratur. Robertus quoque Castelnovetum, Sanctum Angelum, Bremidem, Confluentiam, Bulgarum, Villatam et universa insuper municipia, quae tam in pa'piensi quam novariensi agro sabaudiani ducis *c. 1163 005* parebant imperio, non amplius tridui spatio in fidem accepit. Soli Burgenses, quorum oppidum Bassinianam contra situm est, praeter ceteros sabaudiano nomini affecti confisique evocatorum Taurinensium praesidio, in Sabaudianorum fide perstitere; sed binis eos protinus castris circumsessos tormentis oppugnare duces coepere; antea vero quam cum legionibus belli duces hostium fines ingressi sint, duo a Ludovico duce legati, impetrata fide publica, Mediolanum ad Franciscum mittuntur, qui ab eo postularent, ne sineret suos iniuria lacessere copiasque eius omnes suis finibus arceret; non licere Francisco duci dicerent, quae Ludovicus oppida post Philippi obitum in Longobardia cepisset et, pace postea Taurini composita, eius voluntate pleno iure sibi remansissent, seu pacis seu belli artibus amplius repetere seque in reliquum tempus, si per eum licuerit, in pace secum amicitiaque victurum eamque insuper affinitatis vinculo confirmaturum; cupiebat enim magnopere Ludovicus ipse ex suis filiabus alteram Galeacio, Francisci ducis primogenito, nuptui tradere. Ad haec Franciscus respondit: si oppida universa, quae in sua Ludovicus ditione occupabat, intra diem octavum restituisset, se suos populationibus et bello inferendo prohibiturum pacemque servaturum; alioquin ad Alpes usque' exercitum agros devastando, oppida expugnando capiendoque dimissurum, *c. 1164* neque unquam revocaturum, donec cuncta ab eo occupata oppida in suam devenerint potestatem; nec posse praeterea non admirari, cur tantopere id contenderet, quod neque iure retinere neque viribus tueri possit; nec scire profecto quid Sabaudianis in sua ditione negotii esset quidve in suo iure se impedirent, quandoquidem in his rebus, quas in Italia trans Siccidam flumen ipsi possideant, nequicquam se impediat, nec post initam Taurini pacem uspiam

---

3. autem *esp.* — 4. regii .... et *esp.* — 5. et *invece di* qui - ubi a duce *esp.* — 6. susceptus - donatur - petiit *esp.* — 7-8. Qua .... motus *esp.* — 8. sibi Franciscus reconciliaret — 8-10. non .... concessit et *esp.* — 11. hae.... aguntur *esp.* - castellorum atque — 12. item *esp.* — 16. factisque *invece di* qui - factis *esp.* — 17. egit — 18. Ii *invece di* qui — 20-21. milite vi capiuntur diripiunturque Mox immissa flamma oppidum crematur Robertus — 27. copiis *invece di* legionibus — 28. belli *esp.* - ingrederentur — 30. duci dicerent *esp.* — 33. cum eo *invece di* secum — 34-35. Ludovicus filiam Galeatio — 35. Francisci filio maiori natu in matrimonium dare Ad haec — 35-36. respondit *esp.* — 37. se *esp.* — 38. agros .... capiendoque *esp.* — 40. praeterea *esp.*

lacessiverit; quod si in sua iurisdictione armis utatur, ne cui mirum videri debere, nemini se iniuriam facere; capiti membra respondere, neminem esse, qui id aequum non censeat; oppida, de quibus in praesentia contentio esse videbatur, civitatibus suis, quibus ipse imperitet, obedire aliquando oportere idque ad se potissimum negotii pertinere. Quod autem de taurinensi pace mentionem fecissent eamque suae causae magno adiumento futuram arbitrentur, se non violanti pacem, sed servanti commodo fore didicisse: constare Deo immortali atque hominibus Ludovicum contra fas iusque pacis eius cum Venetis, qua tempestate sibi infesti erant, foedus percussisse; quod bellum sibi non intulisset, se non ignorare, id inopia c. 1165 M[illegible] potius rerum quam voluntate aut pacis causa fecisse,' nam si qua re iuvare Venetos eo bello potuit, nil studii nihilque opis eum praetermisisse constabat; eius rei Guilielmum esse testem, cui, bellum suis civitatibus continenter acriterque inferenti, quotiens sibi regni fuerat, libere per eius fines iter facere permisit; testem quoque Renatum regem esse, quem cum ex Gallia in Italiam sibi florentinisque sociis suo magno emolumento ad ferendum auxilium proficisceretur, transitu prohibuit; quae res quanto sibi populisque suis detrimento fuerint, haud facile existimari posse; ex quo plane intelligi ac iudicari poterat, Ludovicum reum fecisse et pacis foederum ruptorem exstitisse. Cum his responsis redeuntibus ad Ludovicum legatis, Burgenses, et suis viribus diffisi et Sabaudiani subsidii spe derelicti metuque praedae territi, grandi argento exercitui promisso, deduntur. Quorum oppido recepto, duces Francisci imperio Siccidae flumini castra admovere; bello deinceps abstinuere, pabulatum frumentatumque modo in vercellensem agrum mittebant. At Ludovicus, ubi tot uno fere tempore ad Franciscum c. 1166 oppida defecisse videt, veritus ne potentissimus ac in foribus liber hostilis exer'citus suos rursus fines, omni militum praesidio desertos, invaderet, quatuor confestim magnae auctoritatis viros Mediolanum legatos cum his mandatis remittit, uti Franciscum primo hortarentur rogarentque, ne suos citra Siccidam populos bello amplius vexari pateretur, deinde, multis conditionibus propositis, pacem ab eo peterent; sed ei legationi non satis fidens, paucis post diebus duos eodem alios submittit legatos, qui, rebus posthabitis omnibus, pace litem componere studerent; quam quidem pacem, quo diuturnitatem habitura sit, quadam arctiore et affinitatis necessitudine obstringere conarentur; verebatur enim Ludovicus summam Francisci virtutem et rerum gestarum gloriam summamque potentiam et Venetorum societati diffidebat, qui, dum propriae saluti prospiciunt privataeque utilitati laudensi pace student, socios quasi praedae hostibus reliquissent. Earum autem legationum Ludovicus ex sabaudiana familia, quem Peloponesi principem sui appellant, et Jacobus Valpergia, qui tunc temporis magno Sabaudiae cancellariatus magistratum gerebat, primi fuere; hi cum multa ac varia ad reconciliandum Francisci animum exposuissent, non aliena multum ab oratione eadem, quam legati c. 1167 priores exposuerant, et nequicquam impetrassent, ad has tandem pacis conditiones cum' Francisco devenere, ut perpetuo ducibus utrisque pax amicitiaque primum foret; deinde oppida, quorum causa bellum inter eos ortum fuerat, pleno iure Francisco remanerent; Siccida flumen utriusque imperii finis esset; reliquis vero in rebus, sicuti taurinensi pace cautum fuerat, ita deinceps viveretur; affinitati autem, etsi diu multumque in ea re elaboratum sit, tamen nullus est idoneus parti utrique repertus locus, quod Galeacium, patri futurum in principatu successorem, sibi generum Ludovicus quaerebat idque summo studio contendebat. Quae res

---

1-2. quod.... censeat *esp.* — 3. sit *invece di* esse - videbatur, suis *esp.* — 4. idque.... pertinere, autem *esp.* — 6. se.... didicisse *esp.* — 7-8. Venetis olim hostibus suis foedus — 8. *per errore dell'amanuense, che da sè stesso poi tagliò, tra* percussisse *e* quod *son nel testo ripetute le parole di rr. 4-6* Quod.... didicisse - sibi, se *esp.* — 9. amore *invece di* causa — 9-10. fecisse cum quibuscumque rebus potuisset Venetos iuvisset eius P — 11. suis.... acriterque, quotiens.... fuerat *esp.* — 12. suos *invece di* eius - permiserit - quoque *esp.* - regem esse *esp.* — 13. sociis.... emolumento *esp.* — 14. prohibuerit *esp.* — 15. plane.... poterat *esp.* - reum.... et *esp.* — 16. foederumque — 17. metuque.... territi *esp.* — 18. Francisci imperio *esp.* — 22-23. magnae.... viros *esp.* — 23. cum his mandatis *esp.* - mittit - qui *invece di* uti — 26. eodem, legatos *esp.* - pacem - litem *esp.* - componerent — 26-27. studerent.... arctiore *esp.* — 29. et.... potentiam *esp.* — 30. laudensi pace *esp.* — 31. autem *esp.* — 34-35. animum nequicquam commemorassent ad has — 36. primum *esp.* - esset *invece di* foret - deinde *esp.* — 37. inter eos *esp.* — 38. vero *esp.* — 39. tamen *esp.* — 40. parti utrique *esp.* — 40-41. patri.... successorem *esp.*

propter iusiurandum Francisco molesta erat minimeque placebat, quod natum eundem Ludovici mantuani principis filiam in uxorem ducturum fidem dedisset; Philippum secundogenitum suum proposuit. Hunc accepturum se generum Sabaudianus, Papia urbe a patre concessa, visus est; tamen non multo post tempore neutri ea res placuit quodque documentis publicis firmatum est, ducum utrorumque consensu abrogatum. Pacatis per' hunc modum Mur., 673 sabaudianis rebus, ad Borsium, Mutinensium ducem, Antonium Tricium Franciscus quamprimum mittit, qui ei renuntiaret, ut Castellum Novum Cupriacumque oppida, quae Leonellus eius frater, mortuo Philippo duce, in Parmensibus occupaverat, amico bonoque animo sibi restitueret; quod si fecerit, pergratum sibi futurum; sin secus, quamvis id adversus estensem domum sibi suisque amicissimam invito ageret' animo, tamen quod suae iurisdictionis c. 1168 esset, se armis propediem vindicaturum. Quod ubi Borsius intellexit, ingenti molestia affectus, continuo in omnem Italiam, praecipue ad pontificem maximum, ad Alphonsum regem, ad Venetos, ad Florentinos literas nunciosque dimittit, quibus querebatur quod Franciscum Sfortiam iniuria in eum vi facturum, sibi renuntiatum fuisset; proin consilium ab iis opemque simul petere; nuntio interim perhumaniter respondit, se nequaquam credere posse, quod multo pluris duo haud magnae aestimationis municipia Franciscus faceret, quam universam estensem domum, quae semper sfortianae familiae benivola et alumna fuerat; propterea orare atque obsecrare, ut id a se Franciscus vellet, quod veteri inter eos amicitia dignum, quod estensi familiae honori, quod Borsii ducis auctoritati consentaneum videretur. At posteaquam perseverare vehementius in recipiendorum oppidorum negotio Franciscum cognovit et ab iis simul, ad quos, ut praediximus, miserat, eadem fere sententia responsum acceperat, quod erat, ut cum Francisco amice vivere studeret seque ad tollendam controversiae causam accomodaret, non amplius contendendum putavit, restituere oppida constituit idque se Antonio effecturum promisit; sed unum a Francisco petere dixit, ut Cupriacum sibi dono concederet idque si impetrasset, magni' se ac immortalis beneficii loco, quoad vixisset, habitu- c. 1169 rum, quod non omnino apud nostram exterasque nationes ab eo despectus videre'tur. Qua Mur., 673 in re Franciscus, non tam munificentia quam clementia usus, incredibili paene Borsii desiderio satisfacere decrevit, nam, etsi multas gravesque ab eo sibi illatas commemorabat iniurias, quod Regium scilicet et alterum Castellum Novum in Derthonensibus oppidum a Frederico imperatore, e Roma redeunte Ferrariaque in Germaniam iter faciente, a feudali et antiquo mediolanensis ducatus iure seiungenda eximendaque et novo sibi iure concedenda curasset, quod corrigiani fratres sua opera a rege Alphonso, a Venetis, cum quibus bellum gerebat, stipendia accepissent, quod Corrigianis ipsis, quotidie Parmenses bello infestantibus, per suos fines transeundi potestatem fecisset praedamque in eius oppida deduci conferrique permisisset, quod Parmam, si defecisset, sibi tradendam petiisset nonnullosque parmenses cives, quos sibi variis beneficiis devinxerat, de prodenda patria tentasset, quod Galeottum Fregosum, qui marchiones Malaspinas in Lunensibus, sibi foedere obstrictos suoque parentes imperio, multis castellis spoliarat, ad eum confugientem suscepisset raptorumque tutelam promisisset, quod Cotoniolanis in Flaminia, dum esset veneto bello impeditus, gravibus saepe detri'mentis affici a suis passus sit, quod magis Alphonso Venetisque proximo bello, quam c. 1170 sibi Florentinisque, omnibus fere rebus favisset, quod Bracianis miro quodam studio praecipuus semper hospes domi forisque fuisset, quod praesentem bononiensem rempublicam, quam bentivola factio sui benivolentissima administrabat, perturbare adniteretur; harum tamen rerum oblitus omnium, ipsis receptis oppidis, nulla mora interposita, Cupriacum ei dono dandum restituendumque iussit.

---

1. natum *esp.* — 2-3. dedisset Philippum qui post Galeatium maximus natus erat proposuit — 4. dixit *invece di* visus est - tempore *esp.* — 5. ducum *esp.* — 6. Mutinensium ducem *esp.* — 7. qui ei renuntiaret *esp.* — 8. sibi *esp.* — 9. quod *esp.* — 9. si non faciat - pergratum .... secus *esp.* — 12. in .... praecipue *esp.* - maximum, regem ad, *esp.* — 13. ad *esp.* - quibus *esp.* - queritur - quod *esp.* — 14. iniuria vim sibi facturum - sibi .... fuisset *esp.* — 15-16. quod multo *esp.* — 16. facere — 17. familiae amica fuisset orare — 32. eius *invece di* sua — 40. esset *invece di* sit - magis *esp.* — 40-41. quam .... Florentinisque *esp.*

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER VIGESIMUSQUINTUS

OMNI pacata Italia non minorem ex otio quam ex bello laudem atque gloriam Mur., 675 Franciscum Sfortiam consecutum esse vidimus, quippe qui veluti italicae pacis auctor in reliquum suae aetatis tempus ad quietis studia conversus, ceteros Italiae principes liberosque populos, quorum animi variis maximisque adhuc odiis aestuabant, non solum foedere et amicitia sibi coniunxit, sed' ipsos quoque magna inter c. 117r sese gratia reconciliavit deindeque non modo pacis eius conservator, sed acerrimus etiam defensor extitit ac propugnator et sine ullius cuiusquam aemulatione non parva rerum accessione suum extendit imperium. Primum enim post factam Laude pacem, qui fuit annus a Christi redemptoris nostri natali die quartus et quinquagesimus supra millesimum et quadringentesimum, missi sunt a Francisco ipso et florentino populo Venetias de pace gratulatum legati Guarnerius Castilioneus, Nicolaus Arcimboldus, Petrus Medices et Johannotius Pandolfinus, qui, cum Venetos longo bello fatigatos pacisque artibus deditos invenissent, non modo inchoatam ex composita pace cum eorum senatu amicitiam confirmarunt, quin novo etiam societatis iure auxerunt; sed cum esset communi partium omnium voluntate reliquis Italiae potentatibus eius ingrediendae societatis relicta potestas, placuit sociis ut Romam ad Nicolaum pontificem maximum et Neapolim, petentibus maxime Venetis, ad Alphonsum regem, quem sibi ob firmatam eo inscio cum hoste pacem, iratum intelligebant, legationes mitterentur, qui humaniter eos ad societatem, quam ipsi inter sese novissime inierant, amplectendam et invitarent et adhortarentur, quo Italia omnis tot annis inter se divisa et diuturnis bellis con'flictata, unum idemque sentiens, in reliquum tempus quietis securisque c. 117v animis et sine ulla novarum rerum suspicione vivere posset. Itaque primo insequentis anni initio legati Romam profecti Bartholomaeus Vicecomes, Novariensium praesul, et Albericus Maleta, pontificii civilisque iuris interpres, pro Francisco Sfortia, Hieronimus Barbadicus, Francisci filius, Zacharias Tarvisinus, Zachariae filius, iureconsultus, et Johannes Maurus pro Venetis, Bernardus Antonius Medices et Detesalvius Nigius pro Florentinis, ita cum pontifice egerunt, ut et confectae paci et icto Venetiis foederi benediceret et quaeque in ea re essent, laudaret summopere probaretque et, progredientibus deinde ad regem legatis, cum his Domi-

3. pace *invece di* otio — 4. Franciscus Sfortia consecutus est qui. — 5. suae *esp.* — 8. deindeque non modo, eius, sed etiam *esp.* — 9. èxtitit *esp.* — 9-10. et sine.... imperium *esp.* — 10. enim *esp.* — 11. a christiano Natali quartus — 12. Francisco *esp.* - Florentinis *invece di* florentino populo — 15. sed *invece di* quin — 16. Cumque *invece di* sed cum — 17. ineundae *invece di* ingrediendae - sociis ut *esp.* — 18. maximum *esp.* — 19. regem *esp.* — 20. mitti - quam.... inierant *esp.* — 21. *primo* et *esp.* — 23. quiesceret *invece di* vivere posset — 24. episcopus *invece di* praesul — 25. pontificii.... interpres *esp.* — 28. confectae paci - et icto.... essent *esp.* — 29. progredientibus deinde, legatis cum his *esp.*

nicum firmanum cardinalem, magna in Romana Ecclesia auctoritate virum, simul suum quoque legatum mitteret. Quibus perbenigne honorificeque a splendidissimo munificentissimoque rege exceptis, diuturnior, quam ipsi putarant, Neapoli mora fuit, quod cum tanto Italiae fere totius legatorum conventu rex elatus superbusque factus et animo, uti demonstravimus, infenso in Venetos esset, ab inito Venetiis foedere plurimum dissentiebat; nam, quamquam pro communi rerum salute, quas intra Italiae fines socii possiderent, aequis conditionibus facta erat c. 1173 Mur., 676 societas, tamen nunc has, nunc illas probabat improbabatque' conditiones et alias sociis' ingratas adiicere deposcebat: sed tandem post multas variasque rerum disputationes, mollito in meliorem partem regis animo, id percussum in quinque et viginti futuros annos foedus pro se proque Ferdinando, Calabrorum duce, unico eius filio, quem sibi in neapolitano regno successorem heredemque instituerat, comprobavit; hoc tamen adiecto, ut Fregosis Genuensibusque, cum quibus sibi vetus erat odium vetusque inimicitia et longa maritimarum rerum controversia, ubi ei libuisset, arma inferre et in Sigismundum etiam Malatestam Eustorgiumque faventinum, ob a se factam per eos in etrusco bello ad Florentinos defectionem, repetundarum pecuniarum agere posset; qua in re cautum quoque est, ut nemini ex sociis quoquomodo, nisi pacis componendae gratia, reis auxilio esse liceret. Dum haec Neapoli de Italiae totius societate aguntur, tentatus est secreto Albericus Maleta, regis nomine, de ineunda cum Francisco Sfortia affinitate, cum alteri nepotes, alteri liberi essent; animadvertebat enim rex ille prudentissimus, si qua Francisci voluntatem necessitudine sibi conciliare devincireque posset, id magno usui magnoque non modo viventi sibi, sed Ferdinando etiam filio ac po- c. 1174 steris tuendi servandique neapolitani regni praesidio mu'nimentoque futurum. Nam Alphonsus, etsi per superiora tempora incredibili paene odio Franciscum, ut saepe demonstratum est, fuerat semper insecutus et patrimonio, quod in Brutiis, in Samnitibus, in Apulis Calabrisque possidebat, amplissimo privaverat ac universo deinde piceno agro duobus maximis bellis, Eugenio romano pontifice et Philippo Maria duce auctoribus adiutoribusque, cedere coëgerat, veritus ille ingentem eius viri sibi finitimi et Andegavensium partes sequentis virtutem et praecipuum quoddam in eum universi prope neapolitani regni studium; tamen posteaquam, is in cisalpina Gallia parto sibi illustri et opulentissimo Mediolanensium imperio partaque pace, rem suam adeo propagasset atque stabilisset, amicum sibi illum facere pro suo posterorumque suorum commodo cogitabat plurimumque desiderabat. De quo cum semper modestissime loqui consuevisset, tunc maxime temporis eum saepe laudibus extollebat et id iure quidem merito, cum in nullis aliis Italiae potentatibus, praeter quam in uno Francisco Sfortia, ullam sibi firmiorem praesidii spem proponere posse perspiceret. Accedebat ad haec praeterea quod Johannes andegavensis, quem Calabrorum etiam ducem appellabant, post c. 1175 PP 1 Renati regis eius patris in transalpinam Galliam reditum, in Italiam venerat, a' Florentinis patris loco accersitus isque, dum Florentiae agit, ceteros inter Italiae potentatus initam pacem et italicum cum Alphonso foedus agi coeptum, multis literis legationibusque per Italiam missis, interturbare conatus, non parum ei regi suspicionis intulerat. At Franciscus, cum haec primum ex legatorum literis, postea ex eorum reditu, apertius coram optimum erga se regis animum accepisset, ea re diu multumque cogitata, haud respuendam nobilissimae taraco- Mur., 677 nensis familiae' et magnanimi potentissimique regis amicitiam affinitatemque putavit. Itaque cum rediisset Neapolim Francisci cum mandatis Albericus, praetermissa consulto restituendi erepti patrimonii petitione, quod compertissimum Francisco esset, si secus ageret, tum propter innatam regis, ut docuimus, suspicionem, tum etiam propter nonnullorum ex regia familia,

---

1. magna .... quoque *esp.* — 3. quam .... putarant, cum *esp.* — 4. superbusque factus *esp.* — 5. esset *esp.* — 7-8. et alias .... Sed *esp.* — 8. rerum *esp.* — 9. regis, id, futuros *esp.* — 10. eius *esp.* — 12. vetusque inimicitia *esp.* — 13. etiam *esp.* — 14-15. repetundarum pecuniarum *esp.* — 18. cum .... essent *esp.* — 30. cupiebat *invece di* desiderabat — 31. temporis, saepe *esp.* — 32. merito *esp.* — 32-33. aliis .... Sfortia *esp.* — 33-34. ad .... praeterea *esp.* — 34. etiam *esp.* — 35. regis eius *esp.* — 38. haec *esp.* — 39. et post *invece di* postea ex — 40. ea .... cogitata *esp.* — 42. Francisci *esp.* — 43. Francisco *esp.* — 44. etiam *esp.*

quibus ea bona dono concesserat, malivolentiam, ulla unquam neque manere inter eos neque intercedere amicitia posset, conflata est inter principes ipsos ex veteri et magna inimicitia nova ac magna quidem amicitia magnaque animorum coniunctio: desponsata est enim Hippolita Maria, Francisci filia, adhuc puella, Alphonso,' Ferdinandi primogenito, ipsius Al- *c. 1176* phonsi regis nepoti, quamvis esset aetate minor, et Leonora, Ferdinandi item filia, Sfortiae Mariae, Francisci eiusdem tertiogenito filio; nam de Galeacio, primogenito suo, cum Susanna, Ludovici mantuani principis filia, et de Philippo Mariae secundogenito cum Maria, Ludovici sabaudiani ducis filia, iam caverat. Post firmatam vero Neapoli italicam societatem, Borsius Estensis, Johannes, Monferratensium marchio, Senenses, Lucenses et Bononienses, quod non satis sibi, absque eorum principum rerumque publicarum praesidio atque tutela, tuto vivere posse arbitrabantur, ceteris sese socios iunxerunt.

Ceterum, dum haec per Italiam aguntur, Jacobus Picininus, cui, quod sibi erat militiae cum Venetis, stipendium, praescriptos iam annuos transierat fines, cum in Etruriam sibi Umbriamque proficiscendum instituisset, Matthaeum campanum et alios sibi nonnullos equitum ductores iure militiae obstringit sociosque addit; deinde facta primo vere anni eiusdem in campis pabuli copia, magno equestrium pedestriumque militum coacto numero, quorum, pacatis ubique per Italiam rebus, magna erat sine stipendio in Longobardia multitudo, quique cum sese ad agriculturam quoti'dianumque redire laborem puderet, Picininum novum sibi *c. 1177 PP 2* bellum opulentamque praedam pollicentem, sine mercede sequi constituerant, ex brixiano agro movet et per Venetiae Ferrariensiumque fines, traiecto flumine Pado, in Flaminiam pervenit et non longe a Forolivio et Caesena castra ponit, a Borsio et Malatesta Novello non modo commeatu abunde adiutus, sed oppidis etiam urbibusque Ferraria et Caesena benigne honorificeque exceptus. At Nicolaus pontifex populusque senensis, ubi de hoc Picinini e Longobardia discessu certiores facti sunt, plurimum sibi timere coeperunt, cum bellum eorum alteri illaturum esse Picininum satis certo scirent; idcirco ad socios, ad quorum opem sibi confugiendum erat, quamprimum mittunt postulatum auxilium et ad Franciscum Sfortiam primum, veluti ad eum, in quo omnem auxilii spem posuerant et a quo essent certius expeditiusque id auxilii habituri, legatos celeriter mittendos designant Baptistam Brendum iurisperitum, romanum civem, et fratrem Antonium senensem, virum religiosum et patriae suae fidissimum, qui apud eum quotidie opportune importuneque instarent, ut adversus communem manifestumque Romanae Ecclesiae hostem pro' se quam maturrime praesidia pararet parata'- *c. 1178* que in Bononienses proficisci iuberet; socios deinde ceteros, ut idem facerent, hortaretur. Mur., 678 Franciscus autem, qui iam Picinini, de cuius motu per Italiam rumor increbuerat, cognoscendorum consiliorum operam dederat, cum amicitiae, tum foederis iure, quo Romanae Ecclesiae ac Senensibus tenebatur, copias, quas idcirco contra Picininum ipsum, velut italicae pacis perturbatorem, destinaverat, Conrado Foliano fratre et Roberto sanctoseverinate, sororis filio, praefectis ducibus, in Flaminiam confestim maturare iussit. Picininus nihilo tamen segnius, quo statuerat, ire pergens, superatis Apennini alpibus, in Etruriam duo inter Sancti Sepulchri Burgum et Anglare, florentinorum oppida, traiecit; quorum per fines progrediens magnis itineribus in senensem agrum contendit. Quibus itineribus, quod ita Florentinis, quibus cum

---

2. inter....' ipsos *esp.* — 3. ac .... quidem *esp.* — 6. tertio filio - de, primogenito suo *esp.* — 7. filia de *esp.* - secundo - cum *esp.* — 8. desponsatae erant *invece di* caverat vero *esp.* — 12-13. Interea Iacobus Picininus finito cum Venetis stipendiorum tempore cum P — 13. sibi *esp.* — 14. proficisci *esp.* - sibi nonnullos *esp.* — 15. sociosque addit *esp.* - ac *invece di* deinde - facta - anni eiusdem *esp.* - cum iam in — 16. copia esset magno — 17-18. qui ne *invece di* quique cum sese — 18. cogerentur *invece di* puderet — 19. brixiensi — 23. populusque *esp.* - Senensesque - ubi, hoc *esp.* — 24. sunt, sibi *esp.* — 25. satis *esp.* — 25-26. ad socios .... et *esp.* — 27. velut ad eum *esp.* — summam *invece di* omnem - auxilii *esp.* — 27-28. et a .... habituri *esp.* — 28. mittendos designant *esp.* — 28-29. iurisconsultum — 30. mittunt Orant *invece di* qui .... instarent — 31. pro .... maturrime *esp.* - paret — 33. autem qui *esp.* — 33-34. motu cognito *invece di* de .... dederat — 34-35. quo .... tenebatur — 35-36. copias ad id partas Conrado — 36. fratre *esp.* - sororis filio *esp.* — 37. ducibus *esp.* - tamen — 38. ire pergit et superato Apennino in - duo *esp.* — 39. progrediens *esp.*

amice vivere decreverat, pollicitus esset et ab iis neque transitu neque commeatu prohibitus, ab omni iniuria et maleficio semper abstinuit. Quo ubi pervenit, populabundus continuo Senenses omni paene militari praesidio imparatos, veluti qui in pace et hactenus vixerant et *c. 1179 PP 3* tunc maxime italica pace freti vivebant, infesto' exercitu invadit atque eorum agros circumquaque incursionibus ac tumultu ingenti involvit, praeda, igni et ferro devastat. Quibus per regiones rumoribus perlatis, etsi antea, ut demonstravimus, spe praedae magno militum numero sine stipendio Picininus creverat, nunc maiore pedestrium copiarum concursu in dies augetur. Quo impetu exterritis regionis eius incolis, Cetonam pleraque alia castella Picininus per deditionem accepit Sartianumque, oppidum non ignobile, pluribus tentatum pugnis, in quibus Campanus sagitta ictus est, per pactionem tandem obtinuit. Conradus vero et Robertus, qui nondum Sapim flumen transierant, cum, ne prius Picininum lacesserent, iussi essent, quam ille aut eos lacessisset, aut cuiquam ex sociis iniuriam intulisset, iisdem fere itineribus eum in Etruriam insequuntur.

Sed dum haec geruntur, Nicolaus pontifex, qui gravi iamdudum invalitudine laboraverat, naturae concessit. Quo mortuo, Callistus tertius, in pontificatu successor declaratus, ecclesiasticas copias, quas Nicolaus praedecessor sibi Romanaeque Ecclesiae praesidio paraverat, *c. 1180* summa celeritate cogit et in frontibus hosti disposuit iisque Johan'nem vintimilianum comitem, virum rei militaris scientissimum, praefecit. Ducales interim praefecti, ad quos Callistus, ut celeriter in veterbiensem agrum properarent, Nicodemum pontremulanum, Francisci legatum Romae agentem, magna festinatione miserat, per Tifernatum, Perusinorum et Urbeveteranorum fines progressi, octavo die post superatum Apennini iugum, magnis confectis itineribus, ad Vulsinii lacum pervenerunt seque Johanni et universis Callisti copiis adiunxerunt. Postridie autem eius diei in Senenses adversus Picininum moventes, binis castris ad Floram flumen exercitum ducunt et in eo loco tabernacula ponunt, quem Inferni vallem appellant, haud longe ab Naciano, Senensium oppido, positam, quod oppidum paulo ante ad hostem *Mur., 679* defecerat et a castris non amplius tri'bus passuum millibus aberat. At cum per ea loca Picininus stationes faceret, quae hostibus erant iniqua et sibi omni ex parte aequa atque tuta et castra inter utraque silva ingens et perpetua intercederet tempusque ipse et occasionem *c. 1181 PP 4* adoriendi hostis quaereret, renuntiatum est ei se in' ipsa prope castrorum locatione, quo tempore omnia sine ordine in castris aguntur, posse ullo absque periculo ita occulte hostes invadere, ut prius in castra impetus fieret, quam ipsi de sua in eos profectione praesentire quicquam possent, cum nullae praesertim adhuc essent, qua sibi eundum foret, dispositae ab hostibus ipsis custodiae; itaque sub ipsum prope meridianum solem, instructa acie, tanta celeritate Picininus per silvam advolavit ut, improvisis imparatisque hostibus, in castra irruperit, nam negligentia eorum, quibus de diurnis in silvam mittendis speculatoribus cura fuerat demandata, factum est ut, inscientibus omnibus, eo de improviso venisset. Facto igitur magno in eam partem castrorum impetu, quae prima se obtulerant, universa prope peditatus tabernacula, quae tanquam in frontibus locata, mox, resistentibus fere nullis, diripiuntur atque dissipantur. Sed vix dum hostes ad eum locum pervenerant, ubi equitatus firmare stationes coeperat, cum exorto totis castris ad arma tumultu tam diu a sfortiano peditatu, qui sese *c. 1182* sumptis tantummodo hastis, quam celerrime coëgerat, sustentatum est, donec ab' equitatu, qui proximus esset, Roberto adhortante et non tam ducis quam fortissimi militis operam obeunte, opportuno quidem tempore occursum est. Quorum subsidio cum esset hostium impetus, qui

---

2. Quo .... continuo *esp.* — 4. atque eorum *esp.* — 6. spe praedae *esp.* — 8-9. Cetonam et plerosque vicos per — 10. vero *esp.* — 14-15. geruntur Nicolao mortuo — 16. praedecessor... praesidio *esp.* — 17. in frontibus *esp.* - opponit *invece di* disposuit — 18. virum .... scientissimum *esp.* - Interim Francisci praefecti — 23. autem *esp.* — 25. positam, oppidum *esp.* — 26. At .... loca *esp.* — 27. stationes .... sibi *esp.* — 27-28. tuta sibi delegerat quo nullus nostris nisi iniquissimus esset aditus Silva enim ingens et perpetua intercedebat Cum igitur tempus et P — 29. se *esp.* — 31. ipsi .... profectione *esp.* — 32-33. cum .... custodiae *esp.* — 34. Picininus *esp.* — 35-37. nam .... obtulerant *esp.* — 38. tanquam *esp.* - erant *invece di* mox — 39. dum *esp.* - tentoria *invece di* stationes — 40. totis .... arma *esp.* — 43. Quorum subsidio *esp.*

se iam victores arbitrabantur, primo congressu tardatus atque repressus, tanto deinde animorum robore factus est a reliquo sfortiano equitatu eo concursus, ut facile hostium equitatus castris in flumen usque repulsus peditatusque fere omnis partim captus, partim interemptus sit. Ubi cum omnibus copiis totisque viribus audacius fortiusque restitissent, confertissimum atrocissimumque proelium committitur, nam trans flumen castrorum e regione declivus erat collis, ad silvam pertinens, Sfortianis ad dimicandum periniquus, quo se hostes munimento facile a tergo tuebantur et nostrorum impetus a fronte sustinebant telaque ita e superiore loco coniicientes, nostros milites acriter caedebant, ut per declivum minime progredi valerent. At dum sic pugna conseritur, Johannes vintimilianus eo in proelium advenit dumque eximiam Sfortianorum militum virtutem ad coelum laudibus effert, draconibus illos saepius' comparans, *c. 1183 PP5* ecce a braciano quodam equite, qui sese inter frequentissimos hostes audacissime intulerat, aureus illi e collo torques eripitur; sed a proximis militibus mox cum praeda circumventus hostis capitur. Pugnatum igitur cum esset a meridie ad solis usque occasum utrimque acerrime, parte neutra inclinante, cum ingenti sane non tam equorum quam virorum caede, multis etiam mutuis illatis vulneribus, fecerunt nocturnae tenebrae, ut proelium omnium voluntate dirimeretur atque exercitus ita defatigatus integra virtutis laude in castra rediret sua. Eo die sola sfortiana manus castris hostes repulit, proelium deinde fortissime conseruit atque totam eius certaminis molem sustinuit, nam Vintimilianus cum pontificis copiis se a pugna continuit, propterea quod non licere sibi diceret, Callisti inius'su belloque haud indicto, Pici- MUR., 680 ninum, qui nondum ullam Ecclesiae rebus iniuriam intulisset, proelio lacessere; quod tamen neque tuto neque prudenti egisse consilio, iudicatum est, nam si Sfortiani superati cessissent, neque ipse incolumis a victoris manu evasisset. Non abfuit' praeterea suspicio, quod haud ea *c. 1184* ductus ratione Vintimilianus, quam asseruerat, quominus pugnae interfuisset, sed Alphonsi regis causa, qui Picinini rebus favebat, et cuius ipse, veluti natione siculus, legibus parebat, proelio abstinuerit. Postero autem die Picininus omni spe rei proelio benegerendae destitutus et contra tantas hostium vires deinceps haud resistere posse ratus, cum esset intra hostiles praesertim fines usque adeo progressus, ut nulla amicorum ope iuvari posset, Castelleonum Piscariae omnibus suis copiis sese recepit, relictis a tergo ullo absque militum praesidio iis omnibus municipiis atque oppidis, quibus erat paulo ante in Senensibus potitus. Quod quidem Piscariae oppidum ad mare etruscum pertinens et flumine paludibusque egregie munitum, regio praesidio tenebatur; fretus enim regiis auxiliis, tam diu ibi bellum ducere posse sperabat, quoad aut res suae de stipendio cum italicis potentatibus, rege auctore atque deprecatore, componerentur, aut per hiemem hostium exercitus solveretur. De hac tam repentina hostium fuga simulatque Vintimilianus sfortianique ductores facti sunt' certiores, eodem *c. 1185* itinere, quo illos ire cognoverant, magna celeritate persequi contendunt; sed ubi tanto itinere antecessisse eos acceperunt, ut nulla celeritate valerent locis etiam patentibus consequi, ne ob nimiam etiam insequendi hostis cupiditatem exercitus lassitudine conficeretur, meridie iam exacto substiterunt et, cum vellent insequenti die ad Picinini castra propius accedere, exploratis regionis itineribus locorumque situ, repertum est propter continentes paludes nemorumque latitudinem, Castelleonorum oppido, quo se iam, ut praediximus, hostis contulerat, exercitum propinquius admoveri minus posse. Itaque ea difficultate coacti, duces castra in eo loco firmarunt, quem ad Brunas appellant, haud amplius octo passuum millibus ab hostium castris distantem. Positis igitur castris, ita hostes brevi tempore ex omni terra regionis eius commeatu intercluserunt, ut prunulis silvestribus et cornis immaturis, quorum fructuum per

---

1-2. deinde animorum *esp.* — 2. factus est, eo *esp.* - concursum est — 4. sit trans flumen omnibus copiis confertissimum — 5. trans flumen *esp.* — 8. milites *esp.* — 9. Interea *invece di* At dum - sic.... Johannes *esp.* — 13. igitur *esp.* — 13-14. ad.... acerrime *esp.* — 14. sane.... tam *esp.* - et *invece di* quam — 14-16. multis utrimque vulneratis proelium tandem nox diremit. Eo — 22. tamen *invece di* praeterea — 22-25. suspicio Alphonsi regis causa qui Picinini rebus favebat proelio abstinuisse Postero — 29-30. quod quidem *esp.* — 31. enim *esp.* — 36. possent *invece di* valerent - etiam *esp.* — 37. etiam, hostis *esp.* — 39. regionis *esp.* — 43-44. castris ac hostes brevi omni commeatu ita intercluserunt — 44. fructuum *esp.* —

ea loca magna erat copia, et aqua etiam corrupta plures dies se alere, cogerentur; fecerat enim per eos ipsos dies mari coorta tempestas, ut nihil aliunde navibus eo' importari potuerit. Quas ob res tanta vi morbi Picinini milites exagitati et non minus aëris intemperie, quod maxime ex stagnorum propinquitate accidebat, quam victus commutatione, ut permulti ex iis perierint et, quamquam postea Alphonsus ex Neapoli triremibus pane biscotto, quem vocant, et hordeo, ubi per tempus licebat, praeter italici etiam foederis iura Picininum ipsum iuvare non desistebat, tamen non ita abunde ac saepe ci'baria, utpote longa navigatione advecta subministrabantur, quin tota fere ea aestate maximam omnium paene rerum inopiam eius exercitus pertulerit. Accessit ad id etiam, quod sub idem tempus et Veneti Carolum Gonzagam et Petrum Brunorium, quem eorum precibus, dum cum Francisco superiore proximo biennio bellum gererent, rex Alphonsus missum e carcere factum ex citeriore Hispania revocarat, et Florentini Simonetum pro societatis iure Franciscique maxime hortatu, Senensibus cum duobus circiter equitum ac peditum millibus auxilio miserunt. Quorum adventu exercitus ita auctus est, ut hostis multo quam' antea durius premeretur et ita durius atque angustius ut pabulatione et aliis rebus necessariis maxima ex parte prohiberetur. Ex quo, cum in tantas se Picininus rerum angustias deductum et in dies deterius habiturum videret, misit, veluti rebus suis diffidens, in hostilia castra ad Nicodemum, Francisci legatum, quem supra nominavimus, tabellas albas, quas papiros appellamus, suo solum chirographo et signo munitas, ut, iis ad Franciscum relatis, quas ille daturus esset et in iisdem tabellis inscribi iussisset conditiones, eas acciperet. Sed quoniam Francisco, belli sociis inscientibus, Picinino quicquam neque concedendum neque respondendum videbatur, res de compositione ita deducta est, ut obsidentes non minus quam obsessi circa Castelleonum totam eam aestatem consumpserint. Dum haec geruntur, Senenses, quorum in fines, uti demonstratum est, totius belli summa erat translata, Gibertum corrigianum quingentis cum equitibus stipendio conduxerunt. Is, cum Senas et visendi et alloquendi de bellicis rebus urbis magistratus gratia se contulisset, insimulatus proditionis, quod cum' hoste primo eius' adventu conspirasset, sed advenientibus postea auxiliaribus copiis non esset ad eum transire ausus, decreto publico e praetorio praeceps eiectus est bonaque eius mox publicata. Ceterum non destitit interim Alphonsus, missis saepe per Italiam legationibus, id magnopere conari, ut pro perpetua Italiae totius quiete ab eius potentatibus aureûm centum nummûm millium stipendia Picinino quotannis penderentur et item, divisis inter se annuis temporibus, in eorum finibus stativa militibus suis darentur. Qua quidem re et Callistus aegre audiebat et Franciscus quam molestissime ferens, sic et regi respondebat et socios idem facere edocebat: non decere italicae societatis dignitatem, ut unius miserrimi latrunculi, qui ausu temerario Italiam invasisset, tot nobilissimos potentissimosque principatus stipendiarios effici pateretur; neque regis esse arbitrii, ut omni Italiae praescriberet et pro iniuriis maleficiisque illatis beneficia ministro scelerum redderentur et ob id, pro eo quod ad se pertineret, nequaquam eius esse consilii ut tantae et tam manifestae ignominiae subeundum esset. Ex quo cum facile ceteri italici potenta'tus eadem oratione regiis legatis respondissent, factum est tandem ut, quamvis Picininus Orbitellum, oppidum in ora maritima situm, per proditionem cepisset, quod ei Lucas quidam dalmata, ex venetorum peditum centurionibus, oppidi illius praesidio praefectus, tradiderat, militesque oppidanorum bonis per hiemem aluisset, exacto tamen hiemis tempore, rex eum, restitutis senensi populo, quae occuparat, oppidis, cum copiis eius omnibus in sui regni fines sua etiam pecunia alendum reciperet.

---

1. vis erat *invece di* erat copia - etiam *esp.* - marcida *invece di* corupta - alerentur *inv. di* se.... cogerentur — 2. posset — 5. postea, quem vocant *esp.* — 6. etiam *esp.* — 7. utpote *esp.* — 9. accessit.... quod *esp.* — 14. quam antea *esp.* — 14-15. premeretur ac pabulatione aliisque rebus — 15. Ex quo *esp.* — 20. belli *esp.* — 24. conducunt — 28. mox, ceterum *esp.* — 29-30. ab potentatibus *esp.* — 31. item, inter se *esp.* - anni - singulorum *invece di* eorum - eius *invece di* suis — 32. Quam rem *invece di* qua quidem re — 36. *secondo* et *esp.* — 37. ob.... eo, eius.... ut *esp.* - tantae se et — 38. assensurum *invece di* subeundum - esset *esp.* - Ex.... potentatus *esp.* — 39. factum.... ut *esp.* — 43. eius, etiam *esp.* — 44. recepit

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER VIGESIMUS SEXTUS

Eo quod insecutum est biennio non minus a novandarum rerum suspicione quam (Mur., 683) a quotidianis laboribus bellorumque tumultibus quiescere Italia fere omnis visa est. Sed eo nondum circumacto biennio, quod fuit supra millesimum quadringentesimum et quinquagesimum quintum a dominica nativitate annum, Alphonsus rex, cui, ut ostendimus, ex italico foedere et in Genuenses et in Sigismun'dum Malate- (c. 1190) stam iniuriarum agere licebat, uno ac eodem tempore et adversus Genuenses ipsos bellum terra marique renovavit et Sigismundo arma intulit. Iussit enim Bernardo, cognomento Villamarino, classis suae praefecto, ut inferum mare navigans Ligusticum infestaret et Palermo neapolitano, ut scriptis coactisque in Cisalpina Gallia pedestribus copiis, in Ligures proficisceretur, ut hic continenti, ille mari, Johanne Philippo Flisco Raphaëleque et Barnaba Adurnis adiuvantibus, sic genuenses cives undique premerent, ut aliquando, Petro Fregoso duce pulso, Adurni, quibuscum rex ipse quemadmodum inter sese vivendum foret pepigerat, in urbem ducatusque dignitatem admitterentur. Nec minus sub idem tempus Iacobus Picininus, qui in Theatinorum reliquisque Brutiorum oppidis stativa habebat, adversus Sigismundum, adiutore atque duce, Frederico, Urbinatum comite, plurimum adhortante, ab eo rege bello gerendo praefectus suis copiis omnibus, Truentum traiecit et per Picentes, annuente Callisto, iter faciens, Frederico etiam velut hosti finitimo et propemodum infesto adiutore atque duce, Sigismundi' fines sub hiemem invasit, factisque longe lateque excursionibus, castella quaedam, (c. 1191) munitione et praesidio infirma, ultra Metaurum flumen, non procul ab urbe Fano, primo adventu per deditionem occupavit; deinde cum nonnulla regionis eius municipia saepe tentasset, expugnare frustra conabatur, quod Sigismundus, distributis in frontibus iis, quos habebat, militibus, facile se atque suos per hiemem tuebatur. At Genuensibus et intestinis discordiis laborantibus et regio bello pressis, Petrus, negatis iis sibi auxiliis, quae saepe a reliquis Italiae potentatibus petierat, in tantam rerum suarum desperationem adductus est, ut de deserendo urbis regimine consilium capere coactus sit, nam adeo erat Alphonsus in eum indignatus atque ira incensus, ut neque Francisci Sfortiae rogatu, neque ullis aliorum amicorum precibus illius erga Genuenses animus, nisi urbe a Petro ipso relicta Adurnisque in patriam restitutis, flecti conciliarique unquam potuerit. Itaque insequenti anno ad Carolum,

4-7. omnis videbatur cum Alphonsus — 8-9. tempore utrisque arma — 9. Iusso - enim *esp.* — 10. suae *esp.* - praefecto Ligusticum mare infestare et — 11. ut *esp.* — 11-12. proficisci — 12. terra *invece di* continenti — 14. Adurni - ipse.... foret *esp.* — 15. Nec.... tempus *esp.* - autem Picininus — 16-17. adiutore atque duce *esp.* — 18. suis *esp.* — 18-19. iter faciens *esp.* — 22. Mox *invece di* deinde cum — 22-23. tentasset *esp.* — 23. conatus est — 26. suarum *esp.* — 28. indignatus atque *esp.* — 30. conciliarique *esp.*

Francorum regem, Alphonso antiquo odio longe infensum, universa prope assentiente civitate, legatos de urbis deditione' misit, quorum opera ita non multo temporis intervallo Johannis andegavensis interventu, qui ex Italia in Galliam redierat, actum est ut ipse ad suscipiendum pro eo rege genuense imperium deligeretur. Is igitur navibus onerariis duabus, quas ob id Genuenses Massiliam miserant, et aliis decem, quas eodem coëgerat, cum regio praesidio Sagonae primum appulit, deinde Genuam delatus, magna civium omnium voluntate atque laetitia receptus est; factaque urbis utriusque ad Carolum deditione,' a Petro etiam, ut erat ante conventum, et genuensis arx, quam Castelletum vocant, et reliquae eius agri arces sunt in Johannis potestatem traditae. Quas ob res Genuenses, sicuti mutato civitatis statu, se a Petri tirannide liberaverant, ita quoque et bello se liberos deinceps fore arbitrabantur, cum existimarent Alphonsum nequaquam bellum cum Carolo gesturum, quo cum, etsi sibi longae erant inimicitiae, tamen nullum inter eos bellum intercedebat. Verum longe aliter quam putarant evenit, nam Alphonsus, procurante maxime Petro Spinula, genuensium exulum deprecatore, non solum bello gerendo non destitit, sed maiore' etiam indignatione commotus, maiore studio maioribusque viribus urgere undique Genuenses instituit. Ex quo, vixdum Genuae Johannes appulerat, cum potentissima hostilis regia classis non procul a genuensi portu ad anchoras stetit; miserat enim paulo ante Alphonsus ad Bernardum, qui in Delphini portu hiemarat, onerarias naves viginti, milite ex omni militia sua delecto egregie exornatas et commeatu affatim refertas, et triremes insuper decem navalibus sociis et nautica turma mirifice instructas, viginti prioribus addidit; et terrestrem Adurnis exercitum auxit, adeo ut omni fere ex parte genuenses cives, superioribus bellis attriti, multo quam antea arctius concluderentur atque premerentur. At Johannes contra Genuensium navibus intra portus reductis trabibusque insuper et catenis advenienti hostium classi oppositis, cum gallico praesidio atque militibus iisdem, qui sub Petro Fregoso meruerant, mercede conductis, urbe se continebat et, Petri eiusdem singulari solertia utens, custodiendis moenibus intendebat. Interim Alphonsus, qui tanto studio atque ardore omnia ad premendos terra marique Genuen'ses paraverat, ut videretur reliquarum rerum oblitus, gravissimo morbo corripitur; sed tamen inter aegrotationem, quae multorum dierum fuit, nihil earum praetermittebat, quod ei bello usui fore putaret, nam tantum eius urbis potiundae desiderium tantaque rei huius exspectatio eum incesserat, ut saepenumero suos percuntaretur, si aut maritimae aut terrestres copiae Genuam tandem obtinuissent; itaque et ea anxius cura et vi morbi demum confectus, kalendis iuliis ex hac luce migravit. De cuius obitu ubi Genuae renuntiatum est, et obsidentium franguntur vires et obsessis redeunt animi classisque, audita multis variisque certioribus nuntiis regis morte, ut erat ex diversis locis diversisque regnis accita, ita hinc atque inde discedens, fugientium more diversas in partes scinditur atque devehitur; simul et Johannes Philippus Fliscus et Adurni terrestrem obsidionem deseruerunt. Nec multis post diebus Barnabas et Raphaël Adurni et quod laboribus essent insueti, et quod summo dolore ob amicissimi regis in ipsa consequendae propediem victoriae exspectatione ex humanis decessum afficerentur, vitae quoque et ipsi finem fecerunt. Non tamen tanto bello liberati Genuenses respirare potuerunt, nec solita civitati facies restituta est, nam ex diuturna conclusione et cibariorum penuria, tanta pestilentiae vis civitatem invaserat, ut multos quotidie absumeret.' Ceterum Franciscus, cognita Alphonsi morte, cum haud mediocri angeretur cura, ne quid motus ea mors regis adversus Ferdinandum excitaret, quandoquidem neapolitanum regnum in factiones

---

1. longe *esp.* — 2. ita.... intervallo *esp.* - Johannes — 3. interventu *esp.* - actum .... ipse *esp.* — 4. deligitur - igitur *esp.* — 6. Savonae — 7. est Dedita Gallis Genua a Petro — 8. et genuensis *esp.* — 11-12. quo.... intercedebat *esp.* — 15. Ex quo *esp.* — 16. validissima *invece di* potentissima - hostilis *esp.* — 19. *secondo* et *esp.* — 22. atque *esp.* - premerenturque - At *esp.* - portum — 25. usus *invece di* utens — 28. quae *invece di* quod — 29. nam *esp.* - tanta — 30. eum *esp.* — 30-31. ut.... itaque *esp.* — 32. De.... obitu *esp.* — 33. classis — 33-34. audita.... morte *esp.* — 35. scinditur atque *esp.* - simul et *esp.* — 38. mortem *invece di* ex.... decessum — 40. nec.... est *esp.* - obsidione *invece di* conclusione — 41. multi - absumerentur - Ceterum *esp.* — 42. cognita .... morte *esp.* — 42-43. motus .... regis *esp.* — 43. excitaretur - quandoquidem *esp.*

duas taraconensem et andegavensem divisum constabat et andegavensem proximo Johannis Genuam adventu animis erectam rerumque novarum cupidam sciebat, id quod plurimum huic rei profuturum est ratus, quamprimum in Brutios, Apulos, Campanos et in omnes denique regni partes, Johannem Caimum et Orpheum Ricaum, viros rerum peritos, nuncios misit, quos ea de causa expeditos habebat, qui proceres civitatesque adeuntes, infirmos ad servandam Ferdinando eorum regi fidem adhortarentur ac in officio permanentes confirmarent palamque in conventibus agendis loquerentur et renuntiarent se nulla in re Ferdinando pro eius rei incolumitate defuturum eosque omnes in hostium numero habiturum,' quos benivo- *c. 1196* lentissimo et coniunctissimo regi infideles adversariosque intellexerit, etiam si arma induere, si opes, si vitam denique ipsam profundere oportuerit. Quibus quidem nuntiis factum est, ut per id temporis omnia pacata firmataque apparerent et cuncti, partim voluntariis animis, partim metu novi regis, imperio obtemperantes viderentur, praeter nonnullos nobiles, quorum animi adeo veteribus odiis erant incensi, ut armis inter sese privatim contenderent.

Sed exortus est Callistus pontifex, qui Ferdinando, praeter omnium opinionem, multis rumoribus atque literis insignem iniuriam atque contumeliam inferre conaretur; unde praecipue et eo maxime tempore ob paterna in eum plurima et immortalia merita, non tantum et consilia salutaria, sed et praesidia sperare exspectareque iure merito debebat. Is enim, posteaquam Alphonsus vita excessit, tametsi ad Ferdinandum sine ulla controversia haeredem cuncta, ut praediximus, neapolitani regni devenerant, tamen ad id ipsum occupandum pro Romana Ecclesia regnum temere mentem animumque convertit literisque deinde circumquaque dimissis, principes civitatesque' solicitare coepit, ut a Ferdinando sese averterent et in *c. 1197 QQ 2* pristinam Apostolicae Sedis fidem redirent, idque ni fecerint, ecclesiasticis censuris poenisque plectendos terrebat; Franciscum Sfortiam praeterea, sine cuius voluntate tantam rei molem aggredi viribus non audebat, cum nihil sine illius consensu atque ope proficere posse intelligeret, per eius oratorem apud se agentem hortari rogareque non desistebat, multis magnisque propositis praemiis, cum se non tam urbes atque oppida, quae in ipso regno a patre possederat et Alphonsus rex abstulerat, restituturum, quam partem quoque regni dono daturum polliceretur ut, posthabito Ferdinando indigno, ut ipse aiebat, tanti regni successore, ad vindicandam Apostolicae Sedis illius possessionem, ad quam optimo iure redierat, secum sentiret seque bello gerendo socium adiungeret. Quibus rebus cognitis, non potuit Franciscus, ut erat vir sapientissimum atque con'stantissimus, vehementer non admirari ac secum stoma- MUR., 686 chari, quod et religionis christianae pastor et italici foederis princeps adeo levissima iniret consilia et praesertim quod iam rumor erat Petrum Ludovicum Borgiam, quem nepotem appellabat, ei regno regem praeficere statuisse; cui praeterea' alia atque alia regna, ut homo *c. 1198* admodum decrepitus atque desipiscens pollicebatur, nam per superiora tempora nunc eum constantinopolitano imperio, Mahometo, Turcorum rege, vel capto, vel Graecia pulso, donare atque ornare, nunc in Ciprios regnare volebat. Quibus auditis, Franciscus continuo mittit ad eum Johannem Caimum, ex familiarium aulicorum ordine virum, rerum non imperitum, qui pontifici coram exponeret, se non mediocri teneri admiratione ex iis rebus, quas modo sibi per Ottonem Carretum oratorem suum significarat, quibus etiam contra Ferdinandum regem iam initium dederat. Quae quidem omnia cum abhorrerent ab omni honestate atque justitia adversarenturque tum italicae societati, tum etiam iurisiurandi religioni, a quibus discedere et dedecorosum esset et impium, eius sanctitatem hortabatur orabatque quibus

---

2. in Italiam *invece di* Genuam — 4. Johannem .... Ricaum *nomi aggiunti in margine* - nuncios *esp.* — 5. quos .... habebat *esp.* — 7-8. pro .... incolumitate *esp.* — 9-10. intellexerit opes vitam denique ipsa pro Ferdinando profundere paratum Quibus — 14. exortus est *esp.* — 14-18. qui.... excessit *esp.* — 22. fecissent — 23. rei *esp.* — 24. viribus *esp.* — 28. ipse *esp.* — 29. illius *esp.* — 29-30. possessionem meliorem causam foveret seque P — 30. Quibus.... potuit *esp.* — 31-32. vehementer admiratus stomachabatur religionis — 32. pastor, princeps, adeo *esp.* - huiusmodi *invece di* levissima - inire — 33. et *esp.* — 34. regna modo cipricum nunc constantinopolitanum homo — 35-l. 1 p. 414. pollicebatur quamobrem continuo ad eum misso Johanne Caimo hortatur oratque ut sese a novandis

maioribus posset precibus, ut sese ab huiusmodi novandis rebus abstineret; quod si facere negligeret perseveraretque in eam sui animi sententiam, eum etiam atque etiam monebat, ut quantam rerum molem quantamque calumniae labem subiret, quam diligentissime secum cogitaret; quod si fecerit, intelliget profecto se non' esse iis viribus atque facultatibus, qui vel debeat vel possit audere tantum regnum invadere, quod possessum defensumque esset ab eo rege, qui et potentissimus esset et possessor pacatissimus; pro cuius quidem salute amplitudineque tuenda, si quo esset a quopiam bello lacessitus, non ipse solum, sed universa Italia iure optimo esset obstricta ob eius societatis foedera, quae tempore antecessoris sui Nicolai quinti, viri sapientissimi, et constituta fuerant et firmata; quod si reliqui omnes italici potentatus Ferdinandum regem desererent, vel se solum ipsum iure optimo arma sumpturum fortunasque suas omnes pro illius incolumitate dignitateque servanda adversus omnes expositurum, qui secus facere aut conarentur, aut tentarent, praesertim cum intelligeret nullo iure honestissimae rei sine nefario scelere deesse posse, cum ob societatis italicae foedus, tum ob eam amicitiam atque necessitudinem, quae, vel vivo Alphonso patre, sibi cum Ferdinando rege contracta esset; non enim nescius erat Callistus pontifex, carissimam suam filiam Hippolitham primogenito ipsius regis desponsatam et iam tandem pro divina benignitate futuram illius regni reginam. Quae ubi Callistus accepit, tanta' continuo est affectus animi aegritudine, ut toto vexatus corpore, ut erat iam longo senio confectus et corpore penitus imbecillo, in vehementissimam febrim inciderit; qua exhaustus, paucissimos intra dies vitam deseruit.

Callisto autem, ut diximus, vita functo cum successisset in pontificatum Pius secundus, patria senensis, vir quidem et doctrina et eloquentia praestantissimus, magnae rerum mutationes extemplo ac tumultus subsecuti sunt. Ut enim videmus plerosque, cum ad ecclesiasticum solium ascenderint, non quae Dei sunt ac Romanae Ecclesiae, sed sua ac suorum curare, itaque et ipse Callistus nulli rei magis operam dederat, quam ut Petrum Ludovicum Borgiam magnum et praepotentem redderet. Hunc cum spoletanae provinciae ducem constituisset, praeerat assisinae arci eius Borgiae nomine gottholanus quidam, qui, cum post Callisti obitum nullo pacto in ea praefectura persistere posse videret, corruptus parva etiam pecunia, ut sunt Gottholani omnes natura avarissimi, eam Jacobo Picinino arcem tradidit, qui per id temporis, ut supra comme'moravimus, una cum Friderico urbinati comite bellum etiam gere'bat pro rege Ferdinando adversus Sigismundum Malatestam. Quam arcem Picininus adeptus eoque confestim omnibus suis copiis profectus, sine ullo labore urbe Assisio potitus etiam est; nec deinde difficulter, cum Gualdum et Nuceriam, tum alia nonnulla oppida ac municipia eius regionis in deditionem accepit, nam cum nulli omnino essent per ea loca ecclesiastici exercitus, facile omnes prae timore sese dedebant. Hoc igitur pacto cum vidisset se Pius et novum in pontificatu et perexiguis militum viribus, nec multis abundare pecuniis, quod Callistus in unum Borgiam thesauros magna ex parte consumpserat, quos Nicolaus pontifex praecessor in aerarium divi Petri maximos congesserat, et omnibus paene rebus destitutus, cum nesciret quo consilio tanto rerum discrimini occurreret, animadvertit nullam sibi viam paratiorem dari pro salute atque dignitate ecclesiastici status, quam ut auxilium a Francisco Sfortia, Mediolanensium duce, imploraret, quippe quem ex proximis et superioribus rebus bene et prudentissime gestis, nulli rei magis studere animadverte'ret, quam paci atque quieti tum universae Italiae, tum vel in primis ipsius Romanae Ecclesiae. Quamobrem confestim ad eum legavit virum callidum ac peritum Galeottum Agnesium, patria neapolitanum, qui eum

---

2. in ea sententia eum monet — 3. notam *invece di* calumniae labem — 4. quod.... se *esp.* — 4-5. vel.... vel *esp.* — 5. audere *esp.* — 6. quidem *esp.* — 7. non.... sed *esp.* — 8. antecessoris sui *esp.* — 15-17. non.... reginam *esp.* — 20. autem.... diximus *esp.* defuncto *invece di* vita functo - successit in pontificatu — 21. quidem et *esp.* — 22-24. Ut.... ipse *esp.* — 27. etiam *esp.* — 28. ut.... avarissimi *esp.* — 29. etiam *esp.* — 30. Quam *esp.* — 31. eo - suis *esp.* — 31-32. urbem quoque sibi vindicat nec P — 32. cum, et, tum *esp.* - aliaque — 34. Hoc.... se *esp.* — 35. novus - et militum sed et pecuniarum inops quod P — 37. praecessor.... maximos *esp.* - congessisset — 38. cum.... occurreret *esp.* — 42. ipsius *esp.* — 43. eum *esp.* - mittit *posposto a* neapolitanum *invece di* legavit - virum.... peritum *esp.* —

hortaretur ac rogaret, ut Sacrosanctae Romanae Ecclesiae protectionem defensionemque susciperet adversus Jacobum Picininum, qui esset et communis hostis omnium et publicus quidam latro atque sicarius; quare nec pati vellet tantam iniuriam contumeliamque longius in Italia invalescere, cum propter honorem nominis sui, quem non deceret huiusmodi latrocinia pati impunita, tum etiam ob societatis italicae foedus, cui ipse esset obstrictus; turpissimum enim esset et maxime dedecorosum, conductitium quendam militarem eundemque praedonem atque latronem, spectante Italia, Ecclesiae urbes et fines occupare et depopulari; adderetque etiam eo illum oportere in hanc rem esse propensiorem, quod non esset conducturum sfortianae familiae rebus, ut in ecclesiastica ditione bracianus quispiam caput extolleret ac magnus' et praepotens fieret; quod si neque romana, neque pontificis ipsius causa ad rem *c. 1203 QQ5*
tanti momenti moveretur, satis tamen superque eum movere excitareque debebat ratio sui ipsius liberorumque suorum ac totius suae posteritatis, ne eum invalescere et augeri viribus pateretur, qui aliquando vel sibi vel suis perniciosissimus esse posset. At Franciscus, quamquam etiam prius ultro constituerat animo Picinini ausis occurrere, ne locis rebusque ecclesiasticis molestior fieret, tamen his auditis, quae Pius pontifex nuntiarat ac petierat, longe ad eam rem alacrior ac promptior est redditus. Quare cum nosset Thomam Tebaldum bononiensem esse Picinino summa familiaritate coniunctum ac benivolum, hunc ad eum legatum mittit; monet hortaturque humaniter ut a coeptis desistat, nullum maleficium nullamque deinceps iniuriam Ecclesiae rebus inferat, quin quas urbes atque oppida Romanae Ecclesiae abstulisset, ea quamprimum Pio pontifici sponte restituat; id enim longe' maiori MUR., 688
laudi ei futurum, quam si facere invitus cogeretur; non enim passuram societatem' itali- *c. 1204*
cam, ut ullo prorsus incommodo ullave molestia Romanam Ecclesiam afficeret; quod si ceteri etiam socii paterentur, eum se futurum, qui vel solus eiusmodi omnem vim atque maleficium ulcisceretur; nec enim oportere comitem Jacobum esse oblitum, quae proximis annis in Etruria passus esset, cum adversus Senenses nullo iure hostilia arma movisset; itaque multo minus hoc tempore defuturum se tanto incommodo ac necessitati Sedis Apostolicae, nec ob imminentem hiemem cunctaturum, quominus e vestigio tantas copias mitteret in Etruriam, ut nullo is loco consisteret, praesertim quod certo sciret, neminem fore, qui Ecclesiae hostem in suam ditionem admitteret. Quibus Picininus auditis, veritus ne idem sibi accideret, quod in agro senensi expertus fuerat, sentiensque per Antonium pisaurensem regium legatum, eadem esse mente Ferdinandum regem, cuius stipendio merebat, etsi eum non admodum pertimescebat, quod et novus esset in regno et ipse potius auxilio egeret, quam cuiquam afferre posset, paruit adhortationibus Francisci, locisque omnibus Ro'manae Ecclesiae resti- *c. 1205*
tutis, in Flaminiam rediit contra Sigismundum in bello perseveraturus. Pius igitur, tanto periculo calamitateque unius Francisci Sfortiae beneficio liberatus, constituit erga eum uti omni animi gratitudine, quem ut in perpetua amicitia sibi servaret, cum intelligeret ei se facturum rem pergratam, si ea non prosequeretur adversus Ferdinandum regem, quae temere Callistus aggressus fuerat, postulante ac rogante eodem Francisco, citerioris Siciliae regnum Ferdinando confirmavit missoque Latino cardinali Ursino, eum corona regni illius insignivit, ea tamen conditione, ut Beneventum atque Terracinam, quas urbes Alphonsus pater occuparat, Romanae Ecclesiae restitueret; et ita unius Francisci Sfortiae beneficio rex Ferdinandus, quod Alphonso patri contigit nunquam, eius regni coronam rite et solemnitate publica

---

1\. Sacrosanctae, protectionem *esp.* - defensionem — 2-3. adversus communem hostem omnium et publicum latronem nec pateretur tantam audaciam longius — 5. etiam, ipse *esp.* — 5-10. turpissimum.... fieret *esp.* — 10. ipsius *esp.* — 10. eam *esp.* — 11. tanti momenti *esp.* - debere - ratio *esp.* — 12. suae *esp.* - posteritatis rationem ne — 13. aliquando ei vel liberis suis perniciosissimum - At *esp.* — 14. etiam prius *esp.* — 14-15. ne.... fieret *esp.* — 15. quae.... petierat *esp.* — 16. est, quare.... nosset *esp.* — 17. esse.... hunc *esp.* — 18. humaniter *esp.* — 18-19. nullam — 19. deinceps, quin quas *esp.* — 19-20. Romanae.... ea *esp.* — 23. etiam socii, eum, futurum.... vel *esp.* - solum - omnem, atque maleficium *esp.* — 24. vindicaturum *invece di* ulcisceretur - nec.... esse *esp.* - recordaretur *invece di* oblitum — 25. hostilia *esp.* — 33. rebusque *invece di* locisque — 34. igitur *esp.* — 40. urbes *esp.* — 41. et *esp.* — 42. eius regni, rite.... publica *esp.*

a Pio pontifice accepit: id quod cum Carolo, Francorum regi, tum et Renato regi, cuius c. 1206 maxime ius illius regni intererat, molestissimum fuit, et id' sane Pii beneficium fuit in causa, ut rex Ferdinandus per spuriam filiam generum sibi amitteret Antonium, humili natum genere, Mur. 695 utpote ex sorore ipsius Pii, quem 'etiam amalfitano ducatu et Celani comitatu donavit.

His rebus ita pacatis atque constitutis, Pius, cum animadverteret iam nihil sibi esse in Italia pertimescendum, maiora quaedam animo est aggressus, ut initium faceret, pro religione et gloria christianae reipublicae, belli movendi adversus Turcos. Ii enim post constantinopolitanae urbis captivitatem multo insolentiores facti quam antea, maximis copiis longe lateque vagantes, Italiam versus omnia populabantur. Pius ergo longe audentior animoque erectior quam superiores pontifices, qui vel metu vel avaritia vel etiam negligentia nullum tam egregium facinus ausi sunt, indixit constituitque principibus omnibus christianis conventum in urbe mantuana agendum: quo in loco se cum universa Romana Curia futurum significavit et ita, movens ex urbe Roma mense ianuario, ad iunium tandem Mantuam pervenit. Cui c. 1207 quidem pontifici Franci'scus et honorandi eius et tutandi gratia utque prospiceret praeterea saluti atque rebus factionis bentivolae, in urbe Bononia primariae, obviam misit Florentiam usque comitem Galeatium Mariam primogenitum suum cum electa militum manu, belli ducibus, et multa nobilitate. Mantuam vero ubi venisset, accersitis principibus rebusque publicis Italiae, Pius in primis a Francisco literis atque nuntiis petiit, ne huic tantae tamque praeclarae perutilique et necessariae rei ipse, quem unum plurimi faceret, deesset, cum diceret, is si abesset, nihil omnino in eo conventu decerni posse, quorum gratia et ipse venerat et is fuerat constitutus; in eius enim auctoritate ac praesentia tantum momenti fore, ut proposito suo magnum adiumentum afferret. Itaque Franciscus, quo et pontifici ipsi gratificaretur et ut intelligerent omnes ab se minime stare, quominus ex ipsius pontificis sententia recte prospiceretur religioni et fidei christianae, Mantuam cum pulcherrima eius curia, proce- c. 1208 ribus ac nobilibus plerisque viris comitantibus, proficiscitur. Quo ubi venis'set, incredibile dictu est, quanto cum honore ac iucunditate exceptus fuerit tum a summo pontifice, tum a Ludovico marchione, tum et a tota pontificis curia. Ubi vero et pontifex ipse pro solio cardinales omnes ac principum oratores in magna nobilissimorum hominum praelatorumque frequentia consedissent, habita est nomine ipsius Francisci gravissima elegantissimaque oratio a praestantissimo et eloquentissimo oratore eodemque poeta Francisco Philelpho, qua et ipsius pontificis mentem atque institutum summis extulit laudibus et eum ad bellum suscipiendum adversus Turcos gravissimis sententiis est adhortatus. Interfuerunt autem in eo conventu omnium principum Italiae rerumque publicarum legati, nam ex ipsis principibus venit nemo; quin Mutinensium dux, Borsius, cum esset in propinquis locis, eo venire detrectavit; quod idcirco factum ab eo creditur, quoniam dedecori sibi duceret, quod non ita splendide ac regaliter eum in locum posset prodire, ut Franciscum Sfortiam audierat, cui misere invidere

---

1-2. cum, tum, regi, cuius maxime *esp.* — 2. ius.... intererat *esp.* — 2-4. fuit Qua re Ferdinandus ne tanti beneficii ingratus videretur per spuriam filiam Antonium Pii ipsius sororium sibi generum admisit humili - *altra mano invece di* spuriam filiam *scrisse* filiam non ex uxore susceptam *e poi*: Antonium ex Pii ipsius sorore filium natum — 5. His.... constitutis *esp.* — 5-11. Pius Italiae rebus compositis maiora quaedam pro religione et gloria christianae reipublicae moliens indici constituique principibus — 12. urbe Mantua iubet quo cum — 12-13. futurum.... movens *esp.* — 13. ianuario digressus ad - Mantuam *esp.* — 13-17. pervenit Franciscus Galeatium ex filiis maiorem natu cum delecta equitum peditumque manu Florentiam usque pontifici obviam misit Hoc tum eius honori datum tum praecipue perspectum est ne quid Bononiae tumultus adventu pontificis excitaretur Mantuam P — 17-18. accersitis.... Italiae *esp.* — 19. perutilique et necessariae *esp.* — 19-21. cum.... constitutus *esp.* — 22. Itaque, ipsi *esp.* — 23. ut *esp.* - omnes in eo moram nullam esse quo ex - ipsius *esp.* — 24-25. pulcherrimo ac amplissimo comitatu proficiscitur — 25. Quo.... venisset *esp.* — 26. cum, ac iucunditate *esp.* - pontifice cardinaliumque collegio, tum — 27. tum.... curia *esp.* — 27-29. marchione Sed postquam ei senatus datus est sedente ipso pontifice cum coetu cardinalium ac omnium primorum sacerdotum convocatis omnium christianorum legationibus quae non ex Italia solum sed et tota Europa convenerant habita P — 29. Francisci Sfortiae — 30-p. 417 l. 3.: qua propositum primum pontificis laudavit mox adversus Turcas omnem operam pollicitus est Sed P — 36. magnifice *invece di* regaliter

nunquam destitit' et coeptis eius omnibus adversari, etsi, quod in superioribus commentariis *c. 1209* ostendimus, multo inferior usque apparuit. Transalpini autem, qui vocantur reges ac principes, nulli ipsi interfuerunt; legatos tamen miserunt omnes. Sed ubi eius in ecclesia mantuana ornatissimam propeque divinam habuisset orationem ad incitandos omnium animos pro bello adversus Mahometum, Turcorum imperatorem, suscipiendo, omnes quotquot interfuere tantae rei tamque salutari assenserunt, praeter Venetorum le'gatos, dumtaxat cum dicerent Mur., 690 se esse Turcis finitimos multis in locis; quamobrem nullo pacto eorum esse sententiam decernere bellum adversus Turcos, ni prius dilucide viderent christianos principes ad id suscipiendum bellum cum viribus et terra et mari convenisse. Sed posteaquam publice est decretum de bello adversus Turcos suscipiendo et Franciscus ipse praeterea cum pontifice ex communi sententia convenisset de ferendo Ferdinando regi auxilio, quoniam iam inde dubitabatur de regni illius principum inconstantia infensoque in regem suum animo, praesertim' cum diceretur Johannem andegavensem ab illis accersitum, et ipse Mediolanum rediit et Pius *c. 1210* pontifex post paucos menses in Etruriam revertitur atque annum fere integrum, patriae amore ductus, Senis egit.

Dum haec per Italiam geruntur, extincta Genuae pestilentia, quae, ut supra docuimus, civitatem in ipso prope siculi hispanicique belli ardore invaserat, reversisque in urbem civibus, et de instaurando reipublicae statu agitatum est et Johannes, qui, exhausto aerario publico, pecuniae inopia premebatur, quod publica stipendia, civibus pluribus absentibus, exigere non poterat, ad privatos cives conversus, pecunias mutuo accipiebat. Quae cum ad alendos milites minime suppeterent, quorum magnum adhuc etiam numerum propter exulum metum intra urbem retinebat, misit Danielem Herricum neapolitanum legatum suum ad Franciscum, qui ab eo peteret, ut pro Caroli regis et Renati patris commodo, de quorum dignitate maxime agebatur, ea pecunia se iuvaret, qua regiam urbem a nonnullorum perfidia tam diu servare posset, quoad 'ex Gallia aliae importarentur. At Franciscus, qui in largiendo unus nostra *c. 1211* memoria pro facultate nemini hominum cessit et in miserorum inopiae atque calamitati subveniendo pientissimus munificentissimusque semper fuit, quamvis gallicae potentiae vicinitas sibi ingrata et suspecta erat, tamen grandem Johanni pecuniam dono misit, qua se eo anno sine regiis pecuniis sustentavit. Interim Petrus Fregosus iam Novas abierat, quod oppidum cum Vultabio pignoris loco pro earum pecuniarum parte, quae sibi ex genuensis arcis in regem translatione debebantur, in sua potestate remanserat. Qui cum iam pro'mis- Mur., 691 sae pecuniae minime solverentur, verba indignationis plena iactare coepit et ob id fratres, gentilesque eius ex urbe discedere iussi sunt. Quae res Johanni genuensibusque civibus, qui Gallorum rebus favebant, in dies suspicionem metumque non mediocriter augebant. Itaque cum esset Novis Petrus, gravi in Gallos ira commotus, Mediolanum saepe ad Franciscum mittebat, non tam de Genuensibus quam de Johanne graviter querens, quod' quae sibi debe- *c. 1212* rentur pecuniae, minus, ut conventum erat, dependerentur suique essent Genua eiecti et ob id nullis teneri legibus neque Carolo regi, neque Genuensibus ipsis dicebat esseque sibi in animo fixum, si pecuniae aliqua humana ope suppeditarentur, in Genuenses bellum suscipere, nec dubitare, Johanne invito, quin paucis diebus in Genuam introducatur et in urbis principatum rursus admittatur, civibus agrestibusque viris suae factionis extra intraque moenia faventibus. Franciscus, his saepius auditis, etsi, ut supra ostendimus, molestissime ferebat, ut gens

---

3-4. in templo maximo *invece di* in ecclesia mantuana — 4. propeque divinam *esp.* — 5. pro bello *esp.* - Turcarum — 6. tantae.... salutari *esp.* — 6-7. quod *invece di* dumtaxat cum — 8. Turcas - aperte *invece di* dilucide — 9. copiis *invece di* viribus — 10. adversus Turcos *esp.* — 12. de.... illius *esp.* - procerum *invece di* principum — 13. rumor esset *invece di* diceretur - Franciscus *invece di* et ipse — 14. it *invece di* rediit - et *esp.* — 14-15. integrum *esp.* — 21. etiam *esp.* — 22. legatum suum *esp.* — 23. ut *esp.* — 23-24. commodo pecuniam mutuo qua — 25. Gallia suppetiae mitterentur Franciscus - unus *esp.* — 26-27. et.... fuit *esp.* — 28. tamen *esp.* — 28-29. qua.... sustentavit *esp.* — 30-31. sibi pro genuensi arce regi tradita debebantur — 31. sua *esp.* - retinuerat *invece di* remanserat — 33. civibus *esp.* — 34. non mediocriter *esp.* — 38. ipsis.... esseque *esp.* — 39. fixum.... suppeditarentur *esp.* — 40. dubitare si parva pecunia modo adiuvetur Johanne P - ut gens *esp.*

peregrina et barbara gallica praesertim, quae de sui natura insolens et superba est et regnandi cupida, tam praeclarae, tam opulentae tamque sibi proximae urbi dominaretur atque eo magis quod, nullo secum ea de causa communicato consilio, Andegavenses, quibus veteri et singulari amicitia iunctus esset, genuensium rerum pro Carolo negotium suscepissent, tamen nolebat quicquam committere, quod contra regium nomen esset; ex quo visum est ei, rem hanc ad *c. 1213* Ferdinandum, ad quem maxime pertineret,' deferendam. Inter haec Johannes, etsi iam pridem ad res neapolitani regni animum intenderat, tamen eo maiore studio ad eas incenditur, quo in tam nobili Italiae urbe Genua et maritimi belli gloria excellenti pedem firmasset, quae maioribus suis, ad id parandum sibi regnum, semper aditum praestitisset et magno saepe adiumento fuisset; cuius opportunitate facile sperare posset, se etiam regnum ipsum aliquando consecuturum, eo praesertim tempore, quo, Alphonso rege mortuo, illius regni principes populosque simul fluctuare animis palamque inter sese dissentire audiebat, quorum plerique ad suscipienda adversus Ferdinandum arma, eum et adhortarentur et incitarent.

Quibus rebus, quae ad proficiscendum bellumque gerendum pertinerent, summo studio parare constituis; sed prius Franciscum, Mediolanensium ducem, reconciliandum putabat, quem sibi infensum ex Danielis legati literis cognovisset, propterea quod de suo Genuam adventu minus secum ante communicasset, et magnopere deinde studendum, ut illius animum *c. 1214* a Ferdinandi amicitia' averteret et suae partis faceret. Itaque duos et patris et suo nomine legatos ad eum mittit Franciscum Pancratium, Massiliensium praesulem, et Johannem Coxam, de quibus in superioribus commentariis mentionem fecimus, viros quidem praeclaros et in paterno senatu principes. Hi ubi ad Franciscum venerunt, facta loquendi potestate, primum una cum Daniele, qui tertio legationis apud principem ipsum munere fungebatur, eam, quam cepisset Franciscus de Johannis, eo insciente, Genuam accessu, indignationem molire atque Mur., 692 ex illius animo eluere multis huma'nissimis lenissimisque verbis conati sunt; deinde in hunc modum locuti, constituisse Johannem ducem per oblatam sibi hoc tempore occasionem paternum regnum, quo a multis vocaretur, armis repetere, cum non dubitaret, vindice iustitia et amicis adiutoribus, brevi futurum ut in patrias sedes restitueretur; rogare orareque ob id eum, qui andegavensi familiae longa singularique necessitudine semper iunctus fuisset, pro cuius *c. 1215 RR 1* etiam amplitudine Sfortia pater strenue pugnando' mori non dubitasset, neque ipse modo, sed etiam consanguinei omnes, servandae eius necessitudinis causa a communi hoste patrimonio bonisque omnibus spoliati fuissent, ut, omisso Ferdinando, qui novus esset in amicitia, in antiquum domus andegavensis hospitium rediret illiusque iustissimam causam susciperet eoque pacto acceptas ab Alphonso iniurias ulcisceretur et non solum id omne, quod fuerat sibi a patre relictum, reciperet, verum etiam universum neapolitanum regnum, si ita vellet, sibi posterisque suis pararet; constituerant enim Renatus Johannesque filius, ut ipsi titulo tenus regium nomen retinerent, cetera in Francisci ducis potestate forent; neque rem tanti momenti ob depactum Hippolithae eius filiae coniugium Ferdinandi filio perturbari debere, cum mulieris aetas viro prorsus dispari natuque longe minori minime consentaneum faceret atque iam tunc Johannem ipsum polliceri, ut nova necessitudine antiqua inter eos amicitia confirmaretur, se Hippolitham desponsurum. Multa in Ferdinandum ipsis haec exponentibus *c. 1216* legatis, quod eo regno eaque affinitate esset indi'gnus obiectando ac nullam prorsus conditionem, quam Franciscus ipse optasset, excipere, modo Johanni auxilio foret; postremo si qua forte causa ad recuperandum regnum Andegavensibus favendum sibi non videretur, saltem se totius belli spectatorem praeberet, neutram in partem inclinans operamque daret, ut

---

1. peregrina .... barbara *esp.* - Gallos *invece di* gallica — 1-2. praesertim .... cupida *esp.* — 2. dominari — 4. nolens — 5. esset rem ad — 6. defert — 9. sibi *esp.* — 17. nihil *invece di* minus - secum *esp.* — 18. et .... faceret *esp.* — 20-21. viros .... principes *esp.* — 21-22. ubi .... fungebatur *esp.* — 23. Johanne qui eo - accessisset — 24-25. sunt deinde constituisse aiunt Johannem per — 25. sibi *esp.* — 26-27. cum .... restitueretur *esp.* — 29. pater periisset neque — 33. id *esp.* — 34. sibi, etiam *esp.* — 35-36. constituisse enim Renatum Johannemque filium titolo tenus regium nomen retinere — 36. ducis *esp.* - relinquere *invece di* forent — 37. eius *esp.* — 39. ipsum polliceri *esp.* — 39. inter eos *esp.* — 44. totius *esp.*

Pius pontifex, qui iam cum Ferdinando sentire videbatur, idem faceret. Legatis, ut facere iussi fuerant, postridie eius diei reversis Franciscus sic respondit: ad mutuam veteremque amicitiam, quae andegavensi familiae cum sfortiana semper fuerat, maxime pertinuisse, cum primum Renatus Johannesque genuensibus rebus, quibus ipse proximus esset, animum applicuerunt, aliquid sibi significare; sed quamquam se velut hostem caverant, Renatum tamen quemadmodum antea semper patris et Johannem fratris loco habuerat, ita se in reliquum tempus habiturum; quae vero de invadendo neapolitano regno nuntiassent sibique, ut a praestandis Ferdinando auxiliis abstineret, suasissent, eos prudentissimos esse principes et quid sibi sit in ea re potius agendum,' alieno consilio non egere; verum tamen eos semel et amice *c. 1217 RR 2* monere volebat, si arma Ferdinando intulerint, se iure italici foederis, cuius Johannes non erat ignarus, quandoquidem cum percuteretur, Florentiae ageret; a quo non sine magna ignominiae nota discedi poterat, ita esse obstrictum, ut non solum spectator non foret, sed quotiens ab ipso rege posceretur, arma pro eo sumeret, eorum omnium futurus hostis, qui Ferdinandum bello lacesserent; nec dubitare idem facturos ceteros Italiae potentatus pari vinculo obstrictos; itaque quam diligentissime ab iis animadvertenda omnia prius esse, quam de'stinata conarentur et summa pace quiescentem Italiam novo bello incenderent; de affini- MUR., 693 tate autem, quam Johannes pollicebatur, se non videre quo iure quave honestate ab eo discedere posset, quod per iurisiurandi religionem cum Alphonso rege firmasset, nam, etsi filia sua aetate virum anteibat, tamen coniugium rescindi non licere, quod mutua voluntate esset contractum, annis amborum plane antea utrisque cognitis; quod si ob eam causam a conven'tis discedendum putaret, nemo sane esset, qui eum non tunc, sed initio usque, ubi de ea *c. 1218* affinitate ageretur, impurae et fraude corruptae mentis fuisse iudicaret; malle igitur mori, quam tantae infamiae labem subire, cum nihil sibi honore carius esset. Ad haec legati, cum multa nequicquam repetissent, Genuam, legatione irrita magnaque animi aegritudine affecti, rediere. At Ferdinandus oblatam tam opportuno tempore rei genuensis perturbandae occasionem, nihil cunctatus, eo animo arripuit, ut nulla in re, quoad posset, Petro deesset, quo Galli eius consilio atque virtute Genua ligusticoque mari procul pellerentur; nam eo maiore cura angebatur, quod virum sibi aemulum in vicina et praepotenti urbe praesidem esse, ubi arma, viri classesque facile in suam perniciem comparari possent, quo Alphonso eius patre imperio, opibus et auctoritate inferior esset, qui, etsi tot regnis potentissimus erat, tamen praeterita revolvens animo, aegre ferebat ut Galli Genuam possiderent et in Italia Andegavensium nomen inveterasceret, cum quibus totiens' de regno contendisset. Itaque Petrus, *c. 1219 RR 3* accepta a regio legato pecunia, quam mutuo Mediolani coëgerat, ex omnibus Longobardiae civitatibus, quae Francisci erant, equites peditesque veteranos, partim ex iis, qui sub Tiberto Brandolino militabant, partim qui nullo alieno stipendio tenebantur, conducere festinat et ita paucis diebus effecit ut tot apud Novas milites convenissent, quot adversus Genuenses bello gerendo usui fore censuerat. Quibus rebus cum rumoribus, tum nuntiis Genuae cognitis, gravis ad Franciscum querela a Johanne per Danielem legatum suum delata est, quod ex civitatibus finibusque eius Petrus Fregosus, rebellis regius, pecuniam habuisset, quod conducto milite contra regiam civitatem exercitum parasset, quod arma, tela et quae bello necessaria essent, comparasset. Haec etsi hactenus satis perspecta sibi erant, quorum consilio et opera gererentur, tamen minus intelligere dissimulaverat; nunc vero amplius cunctandum non putabat, quin omnia regi a se renuntiarentur, cuius auxilio urbem' ei deditissimam, cui ipse *c. 1220* praeesset, facile ab aemulorum rebelliumque insidiis tueri posse non dubitabat. His expositis, Franciscus brevi oratione legato respondit: cum nullis gentibus sibi bellum esse, nulli praeter

---

2. sic *esp.* — 7. vero *esp.* — 8-9. principes .... agendum *esp.* — 9. verum, eos semel et — 10. volebat *esp.* - intulissent — 10-13. foederis ita esse obstrictum ut quoties ab — 17. autem *esp.* - se *esp.* — 17-18. iure ab ea discedere — 18. quam *invece di* quod - rege *esp.* — 19. sua *esp.* — 24. magnaque .... affecti *esp.* — 32. toties — 33. Longobardiae — 34. quae, erant *esp.* — 35. et *esp.* — 36. effecit ut *esp.* - convenere — 38. suum *esp.* — 41. sibi *esp.* - fuissent *invece di* erant - et *esp.* - operaque — 42. minus intelligere - dissimulasse

italicos socios hoc tempore aliquibus legibus teneri, se cum mortalibus cunctis pace uti, per suos fines omnibus patere aditum; si Ferdinandus rex pecunias Mediolani per argentarios comparaverit, si Petrus Fregosus eius pecunia militem in sua ditione conduxerit, cuinam iniuriam fecisset, se non intelligere; idem, si vellet, Johanni ipsi licere. Quod ad Carolum, Francorum regem, querimoniam de se facturum dicat, neque id vereri, quominus se a sua libertate, Mur., 694 a sua consuetudine amoveret; scire' prudentissimum regem, si vera ad eum relata fuerint, pro sua iustitia et aequitate nihil a se factum, nisi quod iustum honestumque sit, iudicaturum. At Petrus, coactis, ut praediximus, copiis percussoque cum Johanne Philippo Flisco foedere, qui cum Gallorum dominationem odisset, illorum imperium subire noluerat, Novensium ex' *c. 1221 RR 4* oppido movit et, superato Apennino, per Genuensium agrum progressus, in Albario vico, haud amplius duobus passuum millibus a Genua, consedit. Johannes, etsi non parvo militari praesidio muniebatur populusque omnis favere gallicis rebus putabatur, urbe tamen se continebat, tum quia hostis equitatu praevalebat, tum maxime quia non satis tutum videbatur, imperitam multitudinem cum veterano peditatu et tanto equitatu conferre; levia tamen proelia quotidie committebantur. Interea literis nuntiisque et postremo missis legatis, a Carolo rege impetrarant Genuenses, ut Rainaldus astensis praefectus cum equitibus trecentis Genuam proficisceretur et Renatus ex Provincia totidem delectos pedites eodem mitteret. Itaque Petrus, anteaquam regia praesidia Genuam pervenirent, aditum in urbem interdum insidiis, interdum admotis noctu muro scalis, tentare, interdum etiam totis copiis moenibus appropinquans, cives terrere, expectans si qui forte motus intra urbem excitarentur. Sed tanta erat *c. 1222* et ad servan'dam regi fidem civium voluntas, tantus ad tuendam adversus exules urbem consensus tantoque universa prope civitas odio in Petrum exardebat ut, cum omnes die noctuque armati excubias agerent, nemo unquam inventus sit, qui perfidiae accusaretur. Et iam Rainaldum cum multo minore equitum numero, quam fama esset, movisse ex Astensibus afferebatur, cum Petrus et Johannes Philippus exercitum urbi propinquius admovebant; nec tamen Johannes pugnandi potestatem faciebat, sed armata acie sagittariisque in moenibus vicinisque aedificiis dispositis, intra urbem consistebat. Ferunt Johannem Philippum ostentatione quadam et iuvenili ardore ductum, ad suburbia, propius quam par esset, accessisse, ubi in latus colubrina traiectus, in castra aegre reductus est et intra pauculas horas excessit e vita. Quo mortuo, in petrianis castris insequenti nocte tumultuatum est, nam Orolandus Hibletusque, Johannis Philippi fratres, et Jacobus alius fratris filius, inter sese dissidentes *c. 1223 RR 5* diversis itineribus Fliscorum castel'la petiere, quae in Johannis Philippi fuerant potestate, ut quae quisque posset, aut per voluntariam deditionem, aut per vim, aut per insidias sibi vindicaret; quibus cum milites multi de exercitu abierunt multique praeterea orientalis genuensis orae municipes, qui Fliscum secuti erant, castra deseruerunt. Quod cum animadvertisset Petrus, veritus ne Rainaldi cum novo equitatu Genuam adventu, qui iam Savonam pervenisse dicebatur, diminuto exercitu, impar hostium viribus esset, adactis per noctem moenibus scalis, non tam rei bene gerendae fiducia, quam ut inde fugam dissimularet, excubiis sentientibus, intempesta nocte castra movit et instructo agmine Segestam profectus, insulam eius vici, qui arcem ac portum habet, defendentibus paucis, vi cepit; inde Clavarum Mur., 695 re'diens, quod est oppidum situ, munitione et populo non ignobile, oppidanos et blandis verbis et pollicitationibus in suas partes traxit. Interim Rainaldus cum manu equestri Genuam *c. 1224* pervenerat; sed non multo post, cum parum' usui equitatus in lapidosis montibus scopulisque fore putaretur, consumpto accepti stipendii tempore, unde discesserat, remeavit et nihilo tamen secius magno omnium consensu insequi hostem Genuae constitutum est, cum Delphini portum insulamque Segestae recuperare maxime necessarium videretur. Sed maritimarum arcium expugnatio sine navali ope perdifficilis admodum existimabatur, quod Ferdinandus, uti demonstratum est, classe, milite, pecunia exules magno studio iuvabat. Itaque inventa

---

19. etiam *esp.* — 19-20. appropinquare — 20. expectare — 22. exarserat — 26. armata acie *esp.* - sagittariis — 29. est et *esp.* — 31. alterius *invece di* alius — 32. Fliscorum vicos qui in - potestate petiere ut

ex civium tributis pecunia, placuit triremium decem et onerariarum navium duarum classem parari. Qua confestim instructa eique, Johanne Coxa praefecto missisque terrestribus copiis, arx Delphini portus recepta est et Clavarum deinde oppidum Segestaeque insula in Genuensium potestatem rediere. Petrus autem, ubi vidit non posse in Genuensibus diutius consistere, deficientibus ad Genuenses iis quotidie incolis, quibus maxime confidebat, dimisso in Longobardorum fines exercitu, per Apennini' montis cacumina iter faciens, Novas remigravit. *c. 1225* Relinquebatur omnino ad victoriam Naulum, occidentalis orae oppidum, quod Johannis Carreti finariensis praesidio tenebatur. Et cum loci natura et auxiliorum propinquitate id facile oppidum defendi posse putaretur, visum est per eam tempestatem illius oppugnationem intentatam relinquere; sed fortuna, quae saepe plurimum in bello valere solet, sine ullo fere labore praestitit, quod perdifficile factu omnes iudicabant; nam exarmata Genuensium classe cum duodecim Ferdinandi regis triremes, Villamarino duce, ligusticum mare infestarent et sumendorum cibariorum causa in naulensi portu starent, decretum est Genuae rursus classem instruendam, quae nihil hostile metuentes regias naves de improviso invaderet. Itaque dimissis per viarum angustias custodibus clausisque urbis portis, ne quis posset, quae Genuae agerentur, hostibus enuntiare, mira celeritate reficiuntur instruunturque triremes decem; et quod vix credi' possit, cum aliquas in salum deducere necesse fuerit, armis, remis, velis *c. 1226* virisque et omni necessario apparatu intra exiguum temporis spatium instructae, intempesta nocte solverunt et, ventis prospere flantibus, in hostium conspectum sub lucem primam pervenerunt. At Villamarinus, ubi hostilem classem conspicatus est, rei novitate perterritus, praecisis anchorariis rudentibus, fugae in altum se mandavit, qui cum agilitate navium praevaleret, remorum beneficio ab ingenti imminentique se periculo exemit. Quem Genuenses aliquandiu frustra insecuti, naulensem in portum rediere et primo impetu urbem arcemque expugnaverunt, nam tanta celeritate haec gesta sunt, ut Carretus subsidia laborantibus Naulensibus mittere non potuerit.

His rebus gestis, et genuensis civitas omnis cum maritima ora quiescebat et Johannes ad destinatam recuperandi neapolitani 'regni expeditionem animum cogitationesque omnes Mur., 696 convertit erantque plerique regni eius principes, qui Jo'hannem ipsum cum literis, tum nun- *c. 1227* tiis, ut in regnum traiiceret, adhortabantur et praeter ceteros Johannes Antonius, Tarentinorum princeps, qui et auctoritate et opibus in eo regno reliquos anteibat, non adhortabatur modo, sed pollicitationibus multis incitabat. Johannes igitur, ne tantam recuperandi recipiendique paterni regni occasionem praetermitteret, cunctandum sibi amplius non putavit, ut et bellum adversus Ferdinandum susciperetur et quae ei bello usui forent, conquirerentur. Iamque Renatus rex, ne suae causae deesse videretur, classem triremium duodecim Massiliae parabat pecuniasque filio se missurum dixerat. Multi etiam Carolum, Francorum regem, pecunia adhortationibusque Renatum, cognatum suum, ad id suscipiendum conficiendumque bellum adiuvisse adiuturumque affirmabant. Praeterea cum a Genuensibus quoque Johannes auxilium petere statuisset, convocato senatu et civitatis primoribus, ita locutus est; se ex patriis sedibus Genuam advenisse, ut 'amicam urbem, aut amicum populum tot mutuis *c. 1228* beneficiis sibi coniunctum a servitute et a calamitate liberaret sublevaretque: nunc quiescente pro Dei benignitate republica, habere in animo paternum regnum armis repetere seque proinde eo cum exercitu velle transire; si Genuenses aliter censeant malintque, ut remaneat, spem omnem, quae de recuperando regno sibi in praesentia offerebatur, in aliud tempus differre, ut regiae causae et genuensi quieti consulat; sed tamen cum maxima praeteritorum bellorum pars, quibus multis magnisque saepe incommodis Genuenses affecti sunt, Ferdinandus sit, eos melius quieturos, si is domestico bello intestinoque incendio impeditus

---

4. autem *esp.* — 10. saepe *esp.* - valet - solet *esp.* — 29. et *esp.* — 30. in.... regno *esp.* — 31-32. Johannes ne recipiendi paterni — 34. rex.... videretur *esp.* — 36. pecunia adhortationibusque, cognatum suum *esp.* — 37. adiuvisse *esp.* - adiuturum — 38. ita.... est *esp.* — 39. sedibus inquit Genuam — 40. et *esp.* — 41. pro.... benignitate *esp.* — 41-42. seque.... transire *esp.* — 42. ut *esp.* — 44. dilaturum *invece di* differre - tamen *esp.*

atque implicitus distineatur; his etiam adiecit commoda et dignitates, quae Genuensibus ipsis perventurae essent, si ea Italiae pars omnium fertilissima et Genuensibus admodum vicina in suam potestatem redigeret. Haec et eiusmodi cum esset locutus et eorum, qui aderant, *c. 1229* sententiam rogasset, omnes 'eius consilium comprobarunt. Postero autem die habito senatu et maiore quam pridie civium numero in concilium accersito reque proposita, omnium sententia Johanni triremes decem cum trimestri stipendio armandae decernuntur, quae, Coxa praefecto, massiliensi classi coniunctae Johannem suosque in regnum deferant et tres insuper naves onerariae, quibus equi et impedimenta omnia devehantur; praeterea decreta sunt ei millia circiter aureûm nummûm sexaginta ex iis pecuniis, quae ex divi Georgii aerario in sumptus publicos erogari plerumque solent; a multis quoque civibus Johannes pecunias mutuo impetravit et tanta apud Genuenses omnes gratia valebat, ut multi sponte pecunias attulisse ferantur. Iam utraque classis in portu stabat instructa atque omnia ita parata erant, ut nihil morari profectionem posse videretur, et Ludovicus Valla, novus Genuensium praeses a rege designatus, cum equitatu peditatuque gallico Genuam pervenerat, cum interim *c. 1230* Genuae nuntiatur, Petrum Fregosum rur'sus equites peditesque scribere novumque exercitum et priore validiorem comparare. Nec ea res quidem vana, nam Ferdinandus cum nulli rei magis Johannem antiquum hostem studere intelligeret, quam ut in regnum, quo a multis clam vocari suspicabatur, cum viribus transiret, optimum iudicavit, si illi a Genua recessus Mur., 697 eo tempore impediretur. Ad quam rem confi'ciendam nulla aptior via offerebatur, quam ut Petrus Fregosus, licet superiore conatu nihil profecisset, rursus in Genuenses immitteretur; ob id constitutae sunt ei Mediolani pecuniae, quae ad reficiendum denuo exercitum, quo se brevi tempore Genua potiturum affirmabat, satis viderentur. Petrus igitur, coacto exercitu, in Porciferae vallem, quam vocant, descendit castraque non longius quatuor passuum millibus a Genua posuit. Johannes autem, cum statuisset eventum rerum exspectare, dat praecipue operam, ut moenibus custodes disponantur; ipse vero, ut superiore proximo *c. 1231* bello fecerat, urbe se continet. Petrus contra, cum iam' autumni tempus adventare videret, invadere urbem proeliique fortunam experiri decrevit, veritus ne, si Porcifera amnis imbribus augeretur, non facilis esset illac futurus exercitui transitus; urgebat praeterea eum pecuniae inopia, quod milites, exacto stipendii tempore, aegre sine pecuniis retineri in castris poterant; cumque missi saepe exploratores renuntiassent nullum patere in urbem aditum, excubiis ubique vigilantibus, occasionem magis eius capiendae urbis exspectabat, quam inveniebat. Interim missa a Genuensibus utraque classis est ad insequendas Ferdinandi naves, quae Labornam usque delatae dicebantur. Qua re cum magna praesidii parte nudatam esse urbem Petrus cognovisset, nequaquam tantam rei gerendae opportunitatem praetermittendam duxit; iam tertius decimus agebatur septembris dies, cum Petrus per noctem, dispositis inter virgulta iuxta urbis moenia delectis militibus iussisque occultare arma vocemque supprimere et signum exspectare, ipse moenia silentio circumibat et quid a vigilibus ageretur,' *c. 1232* explorabat et, cum rariores iam custodes animadverteret eorumque voces lassitudinem somnumque indicarent, mittit, qui extemplo exercitum omnem armari ad seque silentio venire iuberent adactisque interim moenibus scalis, qui in occulto aderant, milites conscendere murum imperat. Primi secundique, sentientibus nullis, in muro constiterunt cumque iam satis magnus militum numerus intromissus videretur, dormientes custodes fugare et terrore omnia complere coeperunt fractoque, qui propinquus erat, postico, reliquos sibi socios 'adiungunt proximumque moenibus collem, quem Petram Minutam vocant, in urbe occupant; iam hostes

---

1. etiam *esp.* — 3-4. eiusmodi eorum qui aderant sententia comprobantur. Postero die — 5. quam pridie *esp.* — 6. armandae *esp.* — 7-8. deferant additae tres onerariae — 8-9. praeterea *posposto a* millia — 8. decreta sunt ei *esp.* — 9. circiter *esp.* — 13. Genuensium *esp.* — 14. Genuae *esp.* — 16. quidem *esp.* — 17. antiquum hostem *esp.* — 17-18. quo.... viribus *esp.* — 21. repraesentatae *invece di* constitutae - sunt ei *esp.* — 22. quo.... affirmabat, igitur *esp.* — 23. quam vocant *esp.* — 24-25. Johannes moenibus custodes ponit, ipse quod superiore — 28. urgebat *esp.* — 28-29. eum.... quod *esp.* — 35. Petrus *esp.*

adesse et intra moenia penetrasse per urbem conclamabatur. Quod ubi Johannes cognovit, missae pisanum in portum classis consilium tacitus damnavit, sed ne metu territus videretur, alacri vultu confestim arma capit suosque armari et, ne quis locum deserat, quemque demandatam sibi stationem servare iubet, veritus ne alia quoque parte hostis irrumperet; ipse omni suorum militum civiumque' nonnullorum conatu in hostes proficiscitur atque in eo urbis c. 1233 loco consistit, quem Vastatum appellant, quod non satis tutum montem subire videbatur, si hostes in planum descenderent, cum praesertim universum Petri exercitum intra urbem penetrasse intelligeret; sed faciebant nocturnae tenebrae, ut petriani milites minus late vagarentur; missilibus ob id tantummodo pugnabatur; cumque dubia victoria certaretur, inter spem metumque contendentium res erat. Petrus in urbe motus tumultusque a sua praesertim factione excitari exspectabat; Johannes, ne id in tanto rerum discrimine eveniret, magno'pere Mur., 698 sibi timebat; sed praeter utriusque opinionem magnum, ne dicam insolitum eo tempore, genuensis populus de se fidei experimentum praebuit, cum nullus in urbe tumultus ortus sit. Postea vero quam dies illuxit, commissum est pro loci natura proelium atrox: petrianis munimento collis erat; Galli, cum premerentur, intra vetera moenia refugiebant, quos arx etiam Castelletti, Vastato imminens, tutabatur; nam inter gemina urbis moenia, nova scilicet, quorum partem Petrus obtinebat, et vetera, quae in Johannis erant potestate, utraque versabatur acies. Fertur multos, desperata vi'ctoria, Johanni suasisse, ut in arcem cum suis Gallis se c. 1234 reciperet; quod consilium cum ipse nequaquam adhuc capiendum esse diceret et vultu et oratione victoriam quasi praesagisse visus est. Dum haec ita geruntur, petrianos inter milites rumor exoritur, Adurnorum per urbem nomen conclamari iamque eo ipso tempore in portu ex locis superioribus Paulus ex Adurna familia, haud fama clarus, trireme ad urbem navigare conspicitur, quem Johannes eo consilio ex rure accersiverat, ut factionem adurnam, eo principe partium studio, fregosae opponeret seque facilius adversus hostes tueretur, quod hae factiones duae de principatu saepe in civitate contrario studio mutuisque odiis inter sese decertare consuevissent. Quam quidem rem ubi Petrus intellexit, gravi dolore affectus et suis paene rebus desperans, descendere de colle adoririque hostem instituit; quod repentino et imprudenti consilio fecisse constat, cum ex tutissimo loco, ubi se cum ingenti hostium terrore et desperatione continebat, in fortunae casus se temere obiecerit. Sed fecerat res nova, ut homo gloriae regnandique cupidus, non ratione, sed impetu moveretur, nam verebatur, ne suo suorumque' labore atque periculo adversariis in civitate principatus, de quo c. 1235 SS 1 saepe illos eiecerat, pararetur. Itaque statim cum delecta militum manu occidentalem portam petit, quam beati Thomae nuncupant, eo quidem animo ut et portam ipsam suo praesidio muniret et Ludovicum Vallam, qui se cum ea, quam adduxerat, Gallorum cohorte in Sancti Thomae aedibus continebat, aut caperet, aut inde pelleret, ne quem post se hostem relinqueret, quo deinde tutius universis copiis Johannem aggredi posset. Sed multo aliter quam putarat, sors proeliique eventus tulit: Ludovicus enim, ubi videt in se venientes hostes, haud impigre eis occurrit commissoque mox proelio, Petrus, vi repulsus, ad suos redire cogitur; et cum antiquis urbis moenibus appropinquasset Vaccarumque portae, quam vocant, valvas patere vidisset, prohibentibus nullis, alteram urbis partem ingreditur. Ferunt illum non longe ab ea porta equestrem reliquisse cohortem et cum ea Masinum fratrem et Galeottum consobrinum, qui aditum servarent; sed illos sive colubrinis missilibusque loco pulsos, sive neglecto Petri imperio, praedae cupiditate ductos aditum deseruisse. Ex quo factum est, ut porta, a Gal'lis occupata, Petrus et ab iis, qui eum sequi debebant, et reliquis suis interclu- c. 1236

---

1. Quod ubi, cognovit *esp.* — 2. tacitus *esp.* - damnans ne territus — 3-4. armari et demandatam stationem — 5. suo *invece di* suorum — 12. sibi *esp.* — 13-14. praebuit nullo in urbe tumultu orto. Postquam dies — 18. Gallis *esp.* — 20. Dum.... geruntur *esp.* — 22. haud.... clarus *esp.* — 27-28. quod non bono eum consilio — 33. petit, quidem suo *esp.* — 34. Vallam cum Gallorum manu in — 35. stabulantem *invece di* continebat — 36. deinde multo *esp.* — 38. commissoque.... proelio *esp.* — 39. portam - quam.... valvas *esp.* — 40. eum *invece di* illum — 41. ordinem *invece di* cohortem — 42. colubrinis *esp.* - missilibus

sus, tribus equitibus tantum comitantibus, intra vetera urbis moenia in hostium manu relinqueretur. Qui ubi animadvertit, neque ad suos redire posse, neque ullum sibi relictum esse *Mur., 699* locum, quo se recipere posset, amissis equi habenis per ur'bem, velut amens furensque, concitato equo salutem quaerere coepit cumque aliquantulum spatii processisset, occurrit ei cum paucis Johannes Coxa; quem, ut ex insigni galeae crista agnovit, obstinate insequitur; Petrus per plateas forumque cursu fugiens, recto itinere orientalem portam petit eo animo, ut ea egrediens pernicitate equi, mortis periculum evaderet. Sed clausa porta redeuntem statim Coxa in angustiis viarum consequitur bisque ferrea clava percutit in caput; inde tamen equi beneficio se eripuit vectusque ad divi Andreae portam, altis ex aedibus iactis lapidibus contusus paeneque obrutus est paululumque deinde progressus et longo labore et multis vulneribus confectus non longe a praetorio cecidit. Quo semianimis delatus nullique respondens interroganti, post paucas horas excessit e vita.'

c. 1137 SS2 Petriani, ubi de sui ducis periculo pauloque deinde post de crudeli caede cognoverunt, desperata omnino victoria desperataque omnium salute, aegrius primo pugnare, latebras deinde quisque pro se quaerere coeperunt. Quibus ex rebus factum est ut, paucis exulum resistentibus, omnes in fugam verterentur: in eo proelio petrianos milites partim caesos, partim vulneratos, partim eodem, quo venerant itinere, urbe egressos evasisse affirmatum est; sed equites fere omnes interceptos et cum iis nonnullos equitum praefectos insignes, inter quos fuit Sigismundus Brandolinus, Tiberti filius; capti insuper sunt ex genuensibus exulibus Masinus, Petri frater, quem supra nominavimus, et Orolandus Fliscus; captivi milites iureiurando obstricti, ne contra regium nomen rursus stipendia acciperent, incolumes abire permissi sunt; Sigismundus patris causa, quod is Francisci Sfortiae iussu omnem Petro militum opem subministrasse diceretur, in carcerem coniectus est; Masinus autem et Orolandus, quia patriae regiaeque maiestatis rebelles haberentur, securi percussi sunt. Haec tanta parta victoria, Johannes cum pacata ac tuta omnia Genuae videret, comparatis iis rebus *c. 1238* omnibus,' quas praesenti expeditioni usui fore putaverat, reversisque iam in portum triremibus, quae audito ex itinere Genuensium periculo a cursu destiterunt, quarto nonas octobres idoneum nactus navigandi tempus, naves conscendit portumque lunensem primum tenuit; ibi recensendis cogendisque militum atque nautarum turmis biduum consumpsit, deinde pisanum in portum delatus, a Florentinis publicis muneribus munificentissime donatus est statimque inde solvens secundis ventis die tertio Gaietae litoribus appulit, Calabrorum oram petiturus, quo ab Antonio vintimiliano, Crotoniatum marchione, quem, Mediolano nondum recepto, a Francisco comprehensum docuimus, magno studio accersebatur; nam is, Ferdinando propemodum infensus, ultro fuerat Johanni pollicitus, si classe Calabriae litora attigisset, se eum non tam maritimis mediterraneisque oppidis atque urbibus, quibus ipse imperabat, *Mur., 700* recepturum, quam Calabriae reliquae regnique 'totius recuperandi causa consilio, ope, opibus adiuturum. Sed ubi Vintimilianum ipsum a Ferdinando, qui in Calabros cum exercitu ea *c. 1239 SS3* aestate pacandae eius provinciae' gratia accesserat, retentum cognovit, gravis eum cura gravisque dolor occupavit, cum et amicum, cuius maxime hortatu eo anni tempore Genua movisset, et omnem, quam in eo adeundi regni spem posuerat, amisisse diceret. Itaque Johannes ea spe derelictus, mutare navigationis consilia cogitur; quare primum Vulturni amnis ostium ingressus est, exinde Pontiam insulam proximumque Baiarum portum circumtenuit; ubi cum aliquandiu frustra stetisset et omnia circumquaque hostilia essent, laborare cibariorum inopia coepisset, nec quid ineundum sibi consilium esset, satis decernere poterat. Quibus

---

1. tantummodo — 3. ammissis.... habenis *esp.* — 4. spatii *esp.* — 14. desperataque *esp.* - omniumque — 15. coeperunt.... ut *esp.* - ac paucis — 16. *primo* in *esp.* — 16-18. fugam spectare Ex peditibus plures caesi nonnulli vulnerati pauci eodem quo venerant itinere urbe egressi evasive equites — 18. intercepti - nonnulli - praefecti - et inter — 19. hos *invece di* quos — 23. autem *esp.* — 24. quia.... haberentur, tanta *esp.* — 37-38. cognovit gravi affectus est cura cum — 40. Johannes *esp.* — 41. navigationem - consilia *esp.* - et *invece di* quare — 42. tenuit — 43. aliquandiu.... et *esp.* - ac laborare — 44. sibi *esp.* - 'posset — 44-l. 2 p. 425. Quibus.... sperabat *esp.*

difficultatibus pressus, etsi ex die in diem alicunde in continentem finesque regni vocari admittique sperabat, tamen magis de reditu quam hostilia amplius incertis rebus litora circumvagari cogitabat. At dum his Johannes conflictatur curis, contigit fere ex insperato, ut a Marino Martiano, Suessanorum duce, qui e regione erat, ad eum de deditione nuntii mitterentur. Quibus postulatis facile impetratis Suessamque reversis, Johannes a Marino quamprimum excipitur, expositoque deinde in terram milite, ad Lirim flumen vulgatur ubique per Sues'sani fines et Johannis andegavensis adventus et Suessani ipsius adversus Ferdinandum *c. 1240* rebellio et bellum pro Andegavensibus susceptum; factisque proinde in proximas regiones finitimosque populos multis variisque excursionibus, omnis poene Campaniae ora, absente praesertim rege, terrore ac tumultu involvitur omniaque tumultuarie novo belli incendio miscentur; Calvum, oppidum non longe a Capua situm, sicuti nullo erat munitum praesidio, ita nullo negotio Suessanus occupat; Sarnium autem, pluribus a Johanne tentatis pugnis, oppidanis sese defendentibus, in regia fide permansit. His primum rebus in regno gestis, tanto subito ad Andegavenses animorum inclinatio fuit tantusque undique rerum motus et procerum populorumque sese dedentium ad Johannem factus est concursus, ut amplissimum opulentissimumque regnum tot annos Alphonsi regis imperio administratum vacillare et paucos intra dies in eversionem tendere videretur. Coniurarant enim post Alphonsi mortem plerique regni eius principes, rerum novarum cupidi, clandestinis inter sese initis consiliis adversus Ferdinandum regem suum; eius coniurationis Johannes Antonius Taren'tinus et princeps *c. 1241 SS4* erat et concitator et dissensionum omnium minister. Itaque facto a Suessano defectionis initio et Johanne in continentem a se recepto, Antonius Caudola, Jacobi fortissimi quondam belli ducis filius et universa gentilium suorum familia, quae principatum in Brutiis obtinebat, ad Johannem venerunt, ei sese, milites, oppida fortunasque omnes dedentes; quorum consilium secutus, Petrus Johannes Paulus Cantelmus, Soranorum dux, idem facit. Quibus quam iocundissimo acceptis animo, Johannes multis ex iis, qui sub Ferdinando stipendio meruerant, copiis auctus, in Brutios proficiscitur. Eo ubi pervenit, Aquilani, qui populosam bellicosamque et opibus potentem incolunt urbem, ad eum multis cum regionis eius oppidis atque clientibus defecere; nec multo post Nicolaus Campobassius comes, qui multa in ea provincia castella atque oppida possidebat, desciscentibus ceteris; ipse quoque desciscens, Johanni deditionem fecit liberumque' deinde per suos fines Gallis in Apuliam transitum prae- MUR., 701 bet. His confectis rebus, Johannes solicitatis apulis civitatibus, quae suarum partium per superiora tempora fuerant, in patentissimos Apuliae campos descendit; ibi Hercu'lem osten- *c. 1242* sem cum non parva equitum manu suae partis factum repperit, quem Ferdinandus cum Alonso Davalo, natione hispano, Apuliae urbibus praesidio praefecerat. Quod quidem facinus non suo, sed Borsii fratris, Mutinensium ducis, qui andegavensibus rebus summo studio favere coeperat, consilio impulsus, admisisse ferebatur. Eius discessum magnae extemplo rerum mutationes in ea quoque provincia subsecutae sunt, nam regionis fere totius incolae metu liberi, sese ac Luceriam, Fogiam, Sanctum Severum, Troiam, postremo Sipontum, quam nunc et Manfredoniam vocamus, reliquasque regionis ipsius urbes atque oppida voluntariis animis uno fere tempore Johanni tradiderunt; hac tot oppidorum urbiumque defectione factum est etiam, ut sine ullo periculo hostilique metu iter ad Tarentinum, qui cum Ferdinando adhuc simulaverat, Johanni pateret. Quae quidem res, cum ita essent tot regni provinciis pro Tarentini sententia constitutae, non putavit amplius sibi simulandum dissimulandumve, quin

---

2. et iam *invece di* tamen magis — 2-3. quam.... circumvagari *esp.* — 3. cogitaret - At.... curis, fere *esp.* — 6. deinde *esp.* — 8. proinde *esp.* — 10. praesertim *esp.* - completur *invece di* involvitur — 10-11. omniaque.... miscentur *esp.* — 11. situm sicuti, erat *esp.* — 12. ita, autem *esp.* - tentatum — 16. mutare *invece di* vacillare — 19. regem suum *esp.* — 21. a se *esp.* — 21-22. fortissimi.... ducis *esp.* — 22. cum omnibus gentilibus *invece di* et universa.... familia — 23. veniens - dedit *invece di* dedentes - huius *invece di* quorum — 24-25. Quibus.... animo *esp.* — 25. stipendio *esp.* — 26-27. qui.... urbem *esp.* — 29. castella atque *esp.* — 29-30. ceteris adiungitur liberumque — 30. deinde *esp.* — 33. suae repperit *esp.* — 34. praefecerat ad sese recepit. Quod — 39. et *esp.*

hostem se Ferdinando pronuntiaret apertoque bello in eum prorumperet. Itaque facta palam c. 1243 ubique in ditione sua, quae longa lataque erat, intra' regni fines rebellione, multis locis uno atque eodem tempore Ferdinando bellum intulit multosque finitimos regni proceres partim vi, partim metu, partim sponte sibi ascivit. Nam mortuo Alphonso, etsi se filii imperio obtemperaturum dicebat, tamen nunquam destitit, donec ad tria equitum millia in suos fines coegerit, quibus Ursum comitem (quem dum Franciscus cum Mediolanensibus Venetisque bellum gereret, ad hostes transisse diximus) una cum Julio aquavivano, Josiae filio, praefecerat. At Ferdinandus interea, cum ex Calabris in Campaniam redeunti sibi de Johannis adventu Suessanique defectione renuntiatum esset, magnis celeriter confectis itineribus, Neapolim pervenerat, collectoque dehinc aegre ex longo difficilique itinere et continuo imbre exercitu, Calvum a Suessano, ut praediximus, paulo ante occupatum, obsedit. Quod cum diu oppugnasset, tandem et oppidi ipsius munitione et valido hostium praesidio et gravissimo hiemis tempore, desperata eius potiundi oppidi victoria, obsidionem solvit militesque in hiberna distribuit. c. 1244 Ipse autem Neapolim reversus, dat operam impigre, ut qui in fide' adhuc erant proceres, oppida atque urbes in officio continerentur et ad pellendos regno advectos hostes ab italica Mur., 702 societate in tanto rerum' suarum discrimine auxilia peterentur: primum igitur Ferdinandus in tanta procerum populorumque suorum mobilitate atque perfidia ad alienam opem confugiens, a Pio pontifice et Francisco Sfortia, in quibus maxime spem omnem suae salutis posuerat, ut rebus suis consulere auxiliarique maturarent, summopere contendit. Quos cum non alia in se, ac sperarat, mente futuros invenisset, veluti qui Mantuae inter sese, ut ostendimus, de ferenda sibi ope constituissent, a Venetis Florentinisque deinde, etsi eos non bono erga se animo multis iudiciis intelligebat, tamen Pio Franciscoque sociis adhortantibus, quam modestissime petiit, ut sibi tam aperto tamque gravi bello ab externo hoste lacessito iure foederis auxilio forent. Sed fecerant crebri per Italiam de rebus a Johanne fecunde gestis perlati rumores, ut is brevi futurus de regno victor ab omnibus fere putaretur. Quibus rebus c. 1245 cum inclinare Ferdinandi fortunae viderentur, decretum est Venetiis senatus consulto,' servata tamen in ceteros, praeterquam in unum Ferdinandum, italicae societatis fide, quippe quod ab Alphonso eius patre, dum Jacobo Picinino, communi Italiae hosti, bellum Senensibus inferenti, subsidia mari praestitisset, violatam dicerent, neutri regum in praesentia de regni possessione concertantium opem ferendam, sed belli finem exspectandum et amicitiam interim cum utrisque servandam. Itaque cum Tarentini, veluti venetae reipublicae hospitis antiqui, legatus a Venetis exceptus esset rogaretque is quotidie eos, ut Renati Johannisque filii iam regni victoris partes susciperent illorumque iustae causae adessent, facile impetratum est, ut sua Tarentino pecunia viros, arma, tela et quae bello usui essent, in Venetorum finibus comparare liceret. At Florentini, qui a maioribus suis didicerant, eorum rempublicam primo illo usque Carolo, Francorum rege, cui ex magnitudine rerum gestarum Magno cognomen fuit, regiae Francorum domui semper deditissimam exstitisse ob plurima et immortalia beneficia regiaque liliorum insignia, quae inde acceperant, ne suscepti quidem in Ferdinandum c. 1246 belli spectatores, quin immo adiutores' fore publico decreto constituerunt; decreverunt enim, magno totius civitatis consensu, octoginta aureûm nummûm millia tot annis Andegavensi dependenda, quot cum Ferdinando, quod inierat bellum, gereret. Sed visum est civibus ex primatibus quibusdam non prius exsolvendam Johanni pecuniam, quam Francisci Sfortiae in ea re voluntatem intellexissent; existimabant enim id, si fieret, non modo turpe, sed et detrimentosum aliquando florentinae reipublicae futurum. Itaque rem omnem cum Francisco

---

5-6. coegit — 9-10. pervenit — 10. dehinc *esp.* — 12. ipsius *esp.* — 13. eius.... oppidi *esp.* — 14. Ac *invece di* ipse autem — 16. igitur Ferdinandus *esp.* — 18-19. posuerat auxilium petit Quos — 20-21. velut constituissent *esp.* — 21. deinde *esp.* — 22. argumentis *invece di* iudiciis - sociis *esp.* — 23. sibi *esp.* — 24. adessent *invece di* auxilio forent — 25. Quare *invece di* Quibus rebus — 26. iam afflictae *invece di* inclinare — 27. quippe *esp.* — 33. regni *esp.* — 38-40. acceperant publico decreto magno — 43-44. non.... reipublicae *esp.* — 44. obfuturum

tractandam Cosmo Medici demandaverunt, quem unum ex florentinis omnibus, uti saepe commemoravimus, apud eum et gratia et auctoritate plurimum sempre valuisse cognoverant. Quod cum suscepisset muneris Cosmus non invitus, quippe qui se haud difficulter Franciscum suam in sententiam adducturum arbitrabatur et literas ipse ad eum dedit et ad suadendum admodum accomodatas et Nicodemo pontremulano, qui Florentiae pro Francisco rem gerebat, ut in eandem sententiam scriberet, persuasit; hortabatur igitur Franciscum Cosmus, ut quod sua respublica pro' Andegavensibus adversus Ferdinandum regem decrevisset, aequo [c. 1247] animo pateretur, quin etiam assentiretur, ut Johannes decreta nuper pecunia iuvaretur, quo citius e neapolitano regno gotholana pestis tandem evelleretur et non modo id eius voluntate fieri posse pateretur, sed ipse quoque id consilii sequeretur. Utque facilius in suam partem Franciscum traheret, haec commemorabat proponebatque: florentinum populum nullo pacto abduci posse, quin esset regii Francorum nominis studiosissimus et quod res omnes Johannis secundas non incredibili quadam animi voluptate acciperet, ob gloriosissimum praecipue rerum exitum, quem brevissimo tempore eventurum animadverterent idque praeterea contingere' propter viri illius singularem humanitatem summamque virtutem; quare florentinum [Mur., 703] populum haud cohiberi posse, quin Andegavensem re pecuniaria iuvaret, cum in neapolitani regni pot'ssimum victoria indignum sane censeri posset, si ei minus Florentini et propitii fuissent et adiutores, quin illos etiam statuisse, maiore eum in dies sibi conciliare benivolentia. De Taraco'nensium vero familia omnia secus esse cogitanda, quod ab ea Florentini non modo [c. 1248] nullum unquam vel minimum beneficium accepissent, sed et bella potius et calamitates non mediocres pertulissent in primisque ab ipso Alphonso rege, quod Francisco ipsi erat compertissimum. Quas ob res asseverabat esse adeo magnum in Florentinorum omnium animis conflatum odium adversus gotholanum nomen, ut difficillimum quidem esset, quominus decreta pecunia Johannes iuvaretur. Itaque Franciscum etiam atque etiam hortari horareque, ut diligentius rem totam metiretur; videri enim sibi optimum factu, ut ipse quoque cum Johanne sentiret, qui vel eo tempore facile iudicari posset regni illius victor, et ob id operam ei dandam esse, ut illum sibi etiam amicum faceret et in pristinam rediret cum Andegavensibus amicitiam, pro quorum dignitate et amplitudine Sfortia pater vitam amiserat et ipse tantum ac tam pulcherrimum principatum et in neapolitano regno et in Piceno et in Umbris per Alphonsum amiserat. Nunc autem illud tempus illuxisse, quo laborum suorum omnium fructus percipere posset atque ea iuste recuperare, quae per' summam iniuriam [c. 1249] amisisset; debere praeterea in eam sententiam facilius flecti, quo filiis suis, quos habebat multos, bene consuleretur; posse enim, tot tantisque oppidis recuperatis, filiis uberiorem pacatioremque possessionem relinquere; neque esse prudentiae suae, ut erat princeps sapientissimus, frustra conari, ut hominem mortuum resuscitet cum ingenti et immortalis Dei et totius fere humani generis odio et velle cum eo perire, qui vel iam perierat, vel certo esset brevi periturus. Illud etiam adiiciebat, si minus fortasse existimaret suae esse dignitatis, ut sermonem de reconciliatione cum Johanne iniret ullum, id muneris sibi relinqueret; facile enim se operam navaturum et effecturum, ut Andegavensis ipse ea de re non solum primus agere, sed maximis etiam precibus de reconcilianda gratia societateque ineunda rogare inciperet; non enim illum esse ignarum, a nemine turbari offendique posse, quin suis propediem optatis potiretur, ubi unus ipse Franciscus ei non adversaretur; eundem praeterea conditiones eas omnes perfecturum pollicebatur, quas superiore anno Mediolani per suos legatos obtu-

1. demandant — 1-2. uti .... commemoravimus *esp.* — 3. Quod .... muneris *esp.* — 3-4. non .... arbitrabatur *esp.* — 4-5. et ad .... accomodatas *esp.* — 6-p. 429 l. 40. persuasit Sed nullis unquam rationibus nullis pollicitationibus induci Franciscus potuit ut derelinquendum sibi Ferdinandum putaret Cosmus ubi in sententia eum persistere videt Florentinis persuasit ut decretum abrogarent quo pecunia Andegavensi constituta fuerat ne Francisci animus offenderetur Ita denuo decretum Florentinis in hac duarum regiarum familiarum concertatione quiescendum neutram neque copiis neque pecunia publice iuvandam Johannem tamen constat a quibusdam civibus pro antiqua consuetudine privatis facultatibus adiutum P. *In margine altra mano annota*: Addicio per Puteolanum facta ommissa vera historia

c. 1250 lerat; postremo satis superque fore' Iohanni, quando aliud ab eo consequi non posset, si ipse belli eventus spectator esset, neutram in partem propensior.

Quibus rebus accuratissime auditis et quam diligentissime cum mente versatis, non potuit Franciscus non vehementer admirari, cum adversus florentinum populum, tum in ipsum praecipue Cosmum, quem ob plurima ac maxima citro ultroque collata beneficia iudicabat eum esse oportere, qui a sua voluntate nequaquam dissentiret. Quam ob causam, etsi aperte intelligebat eam rem, quae ad suam suorumque salutem pertineret, magni esse momenti, tamen cum honoris ac iustitiae munus esse censeret et perseverare in sententiam et fidem servare erga Ferdinandum regem pro societatis honestatisque iure, ita rescripsit ad Cosmum (ipsomet Francisco vernacula lingua dictante et operis huius auctore celeri calamo sua manu notante) esse sibi oblatam non mirandi solum occasionem, sed dolendi etiam de universo prope florentino populo, quod ita inconsulto, ita repente verteretur in Andegavensium partes, ut contra societatis italicae foedera Iohanni rei pecuniariae opem afferre vellet; ceterum et Cosmum ipsum et reliquos bonos sapientesque cives multo plus sibi et admirationis et molestiae afferre, c. 1251 quod tam te'mere tamque subito in eam rem cum imperita multitudine conspiraverint, quae Mur., 704 ipsa 'natura et mobilis est et magis impetu ac falsa quadam opinione, quam ulla ratione ad quicquam deliberandum movetur. Cum longo iam tempore continuata inter sese amicitia postulasset, ut aliquam saltem de Francisco haberent rationem, neque se oportuisse ignorare, quae sibi mens, qui animus foret, quippe qui nequaquam adduci posset, ut italicae societati deesset et quod minus Ferdinando regi contra eos omnes auxilio foret, a quibus iniuste oppugnaretur. Itaque eos certiores reddebat, se eodem esse futurumque animo in tuendo Ferdinando, quo antea fuerat, non modo adversus Johannem andegavensem, sed et adversus alios omnes, qui bello eum lacesserent. Hoc enim esse officii in servanda fide colendaque iustitia ac ita decere optimum quemque principem et bene institutas respublicas iudicabat; quod si secus fecisset, et fidem et iurisiurandi religionem violaret, etiamsi ceteri socii, animorum perturbationi servientes, alio forent animo. Qui vero secus sentirent, quam satis suae c. 1252 laudi honestatique satisfacerent, id eorum' iudicio relinquebat, qui aequiore animo iudicaturi essent. Itaque Cosmum ipsum et pro antiqua mutuaque in illum usque diem benivolentia et communi meritorum magnitudine hortabatur, rogabat et quanto maiore posset studio obsecrabat, ut eam cum suis operam daret, ne quod de solvenda pecunia deque ferendo Johanni auxilio decretum erat, efficeretur; sed, ea re abrogata, studeret, ut italicum foedus erga Ferdinandum solveretur eidemque Florentini omni ope adessent, nec se nescium esse, quantum Cosmus Medices apud populum florentinum et fide et auctoritate valeret. Quod si difficilius factu esset, auxilium a populo pro Ferdinando consequi, id saltem suae civitati persuaderet, ut in neutram partem inclinaret; sed Florentini mallent Ferdinandi andegavensisque mutuis inter sese vulneribus digladiantium spectatores quam acceptatores esse; quae res solet populis esse gratissima. Et quoniam eum Cosmus multis erat argumentis hortatus, ut mallet deinceps cum Johanne quam cum Ferdinando sentire, praesertim cum iniuriis non medio- c. 1253 cribus ab Alphonso rege fuerit affectus, inter andegavensem vero sfortianamque' familiam magna semper benivolentia atque familiaritas intercessisset, respondebat ea vera esse omnia, quae a Cosmo in medium afferebantur; ceterum Alphonsum divino quodam iudicio e medio esse sublatum et ob id alia venisse tempora; non enim se in inficias ire Alphonsum regem et Florentinis et sibi infestissimum extitisse permagnasque iniurias, dum vixit, utrisque intulisse; sed Alphonsum, cum esset potentissimus, neque parem quemquam, neque socium ullo pacto, ut erat unus omnium superbissimus, admittere consuevisse eundemque fuisse arroganti adeo insolentia, ut dignum se existimaret, qui non modo inter homines veneraretur, verum

---

4-5. cum illud florentini populi tum ipsius praecipue Cosmi consilium quem — 9-10. *In margine le parole* ipsomet.... notante *sono state da altra mano corrette*: et ipsomet.... lingua verba dictante et operis huius auctore litteras sua manu mandante; *la stessa mano, pare, poi tagliò questo emendamento e riscrisse le parole quali sono nel testo, aggiunse soltanto*: verba dictante — 16. fallaci *invece di* falsa — 18. se *invece di* Francisco

etiam inter superos coleretur, ita ut ipsae etiam arbores atque moenia, quacumque iter faceret, prociderent ad se venerandum; quare cum illo neque vitae societas cuiquam, nec amicitia poterat esse communis. At cum Ferdinando eius filio esse alia ratione vivendum, cum a patre praeter neapolitanum regnum aliud successor nihil acceperit, nam cetera illius regna Johanni, Ferdinandi patruo, hereditario iure contigerant; quo fiebat, ut longe esset minore cum potentia, tum etiam auctoritate,' quam Alphonsus pater exstitisset; amicitiam vero ei c. 1254 esse aliam nullam praeter eam, quam secum ob Hippolytham filiam conflaverat. Quas ob res necesse fore, ut Ferdinandus noster sit, nobiscum sentiat, quibus utatur amicis, nam in barbaris nationibus illis, quibus pater imperabat, nullam erat auxilii spem habiturus. At de Gallorum dominatione in neapolitano regno se longe secus sentire: quis enim ignoret, consuevisse Gallos et virium inopes et pecuniae in Italiam transire, nec aliud quaerere solitos quam ditiones regnaque Italorum impensa sibi comparare? qui ubi vicerint, cum natura petulantes insolentesque sint, insolentiores fiunt' et aliena pecunia, aliena ope in tantam superbiam Mur., 705 excandescunt, ut neminem recognoscant, beneficii benivolentiaeque immemores; sed, ut sunt dominandi omnes avidissimi, ita, relicto omni humano divinoque iure, aliud nihil cogitant, nihil quaerunt, quam fines per fas atque nefas propagare alienaque occupare; eiusmodi sane videri sibi Gallos omnes, ut eorum amicitia longius quam propius optanda sit; possidere nunc Gallos in Italia et Astam urbem et Genuam, quae una qualis quantaque sit, quem fugiat arbitrari se esse neminem; et hae quidem ur'bes duae Gallorum sunt ditioni finitimae. Quare si c. 1255 TT nunc patiamur, ut sibi neapolitanum etiam regnum vindicent illudque regnis et potentatibus ceteris, quos in Italia et extra Italiam amplissime possident, coniungant, facile coniectura assequi licet, qualis eorum animus esset futurus. Nam quis erit adeo hebeti obtusoque ingenio, ut eos existimet non modo eo regno non quieturos, sed cogitaturos potius ac die noctuque manibus pedibusque conaturos, in nobilissimam hanc Longobardiae regionem irrumpere, quod semper in animo et habuerunt et habent? Id igitur neque Florentinis, neque sibi, nec alii cuiquam italo principi conducturum, ut Galli maiore potentia maioribusque viribus in Italiam invales'cant. At Ferdinandum ob eas, quas modo causas commemoraverat, arbitrari Mur., 706 certo poterat, secum semper sensurum, quem se nequaquam ambigere cum Pio pontifice in eo regno tueri ac servare eiusque deinde hostem expellere; nam quamquam Johanni in regno ipso ob quorumdam principum populorumque mobilitatem secundior fortuna tunc esse videbatur, tamen Ferdinandus, cum urbes regni primarias, oppida et castella praecipua adhuc in fide' contineat, ubi ver illuxerit, suis pontificiisque viribus adiutus, quidquid amiserit, brevi c. 1256 esset recuperaturus victorque tandem futurus.

Eiusmodi cum legisset literas Cosmus accepissetque etiam, quae coram Nicodemus explicarat, atque intelligeret, ut erat vir prudentisismus, cum rationes adductas, tum etiam Francisci voluntatem eidemque omnino obsequendum putaret, pro mutua inter se amicitia effecit, ut quod Florentiae de re pecuniaria in Andegavensis auxilium decretum fuerat, mox abrogaretur decerneretur que insuper neutri contendentium parti auxilium ferendum, etsi privatim Johannes a quibusdam florentinis civibus, pro antiqua cum andegavensi domo familiaritate, pecunia, sed ea admodum parva, adiutus est.

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER VIGESIMUS SEPTIMUS

Dum haec per Italiam geruntur et bellum Ferdinandus, quod adversus Sigismun- c. 1257 TT 2 MUR., 707
dum Malatestam Alphonsus pater inierat et ipse postea gesserat, Pio pontefice et Francisco Sfortia auctoribus, cum pace commutavit et Jacobus Picininus, qui, ut demonstratum est, cum Friderico, Urbinatum comite, ei bello dux priore biennio praefuerat, querulus indignabundusque in Caesenates ad Malatestam Novellum, veterem antiquumque hospitem, omnibus suis copiis sese recepit, velut is qui omni quieta Flaminia eam pacem quam molestissime tulerat, tum quod pontifici regique uno atque eodem modo suspectus despectusque videbatur, tum etiam quod ab iis neque urbe ulla, neque oppido, ut sibi ' saepe antea promissum fuerat, donatus exstitisset, quin immo quod ipse accipere de- c. 1258
buisset, Pius pro Romana Ecclesia acceperat. Nam is per eius pacis conditiones sic egerat, ut castella quamplura, quae in piceno agro ultra Metaurum flumem Sigismundus possidebat, in Romanae Ecclesiae perpetua forent potestate, quae tamen paulo post Antonio, sororis filio, regio genero, per feudum possidenda concessit; accedebatque etiam ad quaerimoniam, quod stipendia a Ferdinando seu studio, seu pecuniae inopia minus solverentur et ob id permulti ex militibus suis privati bellicae praedae usu, privati suo quoque stipendio, quibus rebus se sustentabant, ad Fridericum fugere coeperunt et ab eo qui amicus, qui socius in bello sibi paulo ante fuerat, velut ab hoste recepti pecunia equis armis et sublevabantur et ornabantur. Quibus quidem rebus Picininus maiore quadam indignatione animi maioreque ira permotus, in tanto praesertim novarum rerum per Italiam motu, et a Ferdinandi officio, cui militiae iure obstringebatur et ab incohata a parentibus amicitia discedere et ad Johannem andegavensem Tarentinumque transire acceptasque iniurias in hostes' hostibus ulcisci c. 1259 TT 3
animo cogitare ac mox ea de re, cum paratos invenisset emptores, agere coepit. Ad quam rem transigendam et Borsius estensis et Malatesta, apud quem hospitabatur, adhortatores irarumque ministri non deerant.

Quod cum esset Francisco enuntiatum, confestim Fridericum edocet, ut quam plurimos potest ex Picinini equitatu viros, propositis praemiis, ad se pelliceat. Ad quam rem confi-

---

3-5. Pherdinandus interea ne uno eodemque tempore duplici bello implicaretur cum Sigismundo Malatesta Pio pontifice et Francisco Sfortia auctoribus pacem facit Jacobus P — 6. dux *esp.* — 7. querulus indignabundusque *esp.* — 8. antiquumque, suis, velut is qui *esp.* — 9. ferens indignabundusque *invece di* tulerat - uno atque *esp.* — 10. tum.... quod *esp.* - neque *anteposto a* ab iis - aut *invece di* neque — 11. nam *invece di* quin immo — 12. pro.... Ecclesia *esp.* - interceperat — 14. in Ecclesiae potestatem transiret quae — 14-15. quae.... concessit *esp.* — 15. accedebat - etiam *esp.* - indignitatem *invece di* quaerimoniam — 17. suis *esp.* — 19. et, et — 20. ornabantur, quidem *esp.* — 21. praesertim, per Italiam *esp.* — 21. Ferninando - officio *esp.* — 23-25. iniurias ulcisci constituit. Ad eam rem — 25. apud.... hospitabatur *esp.* — 28. possit

ciendam missae sunt ad eum quamprimum pecuniae, quibus et perfugas alere et reliquos corrumpere facilius posset. Ex quo factum est, ut non parvus bracianorum equitum numerus et eorum quidem robore insignium paucos intra dies ad Fridericum transfugerit. Non destitit tamen Franciscus, quin Picininum internuntiis hortaretur, ut in officio cum Ferdinando persequi perseveraret, quod si faceret, et pecuniae adessent et milites et laborum merita ei cumulatissime redderentur Drusianamque filiam, ei iam pridem desponsatam, cum vellet, se daturum pollicebatur navaturumque insuper operam, ut a Ferdinando romanoque pontifice tot donaretur oppidis, quibus honorifice, uxorem cum duceret, vivere posset; denique nihil, quod [Mur., 708 c. 1260] eo tempore ad' reconcilian'dum Ferdinando Picinini animum conducere putavit, inexpertum reliquit. Quibus rebus cum nec omnino abnuisset Picininus, Ferrariam ut ex suis aliquem mitteret Francisco respondit, quo tum Borsii etiam interventu negotium componi posset. Quod cum statim fecisset Franciscus misissetque praeterea eam illo pecuniam, quam Borsius ipse mittendam dixerat, res per varias disputationes querelasque in multos nequicquam dies deducta est et per longam tandem simulationem, quo melior Picinino cum adversariis conditio foret, cum Johannis Tarentinique nuntiis, qui Ferrariae et ipsi erant, ea lege composita est atque firmata, ut vere primo, maioribus quam posset coactis copiis, Picininus in regnum adversus Ferdinandum transiret. Quod ubi Franciscus rescivit, graviter sane molesteque tulit, quod videbat quantum ea res Ferdinando esset detrimenti illatura, cui ipse opem ferre parabat quantumve esset praeterea a Borsio in re eadem illusus; qui, etsi longioribus epistolis se purgare conabatur, a se non stetisse, quominus Ferdinando Picininus reconciliaretur et rursus in illius rediret gratiam, tamen eum assiduo et praecipuo Borsii ipsius hortatu atque [c. 1261 TT4] opera' andegavensium partium factum, satis superque sibi erat exploratum. Quamobrem cum maiora ad Ferdinandum auxilia mitti oportere putaret, optimum esse iudicavit, si destinato Picininus in Brutios Apulosque transitu prohiberetur; itaque cum duo illi omnino eo itinera essent, alterum per Etruscos atque Umbros iniquum et perdifficile, alterum per picenum agrum aequius atque facilius, sic providit: Alexandrum fratrem ad se primum advocat; huic mandat, ut Pisaurum quamcelerrime contendat, quo ubi pervenerit, Friderico eius genero iunctus, inter Pisaurum atque Urbinum copiis utriusque contractis, Picininum transitu prohibeat; qua in re ut Isauri fluminis ripa aggeribus educta munimento uteretur, edocet; deinde in Etruriam, in Tifernates, quem in Bononiensibus habebat equitatum, Johanne tolentinati et Christophoro Taurello ducibus, proficisci iubet, ut si per ea loca Picininus iter facere conaretur, quam maximis possent auxiliis ex locis proximis, quae Romanae Ecclesiae parebant, accersitis, illi ea transire conanti tam diu repugnarent, donec Alexander Fridericusque, aut [c. 1262] eorum alter cum copiis reliquis eo advenisset; Sigismundum item, velut his finitimum' ducibus, per nuntios hortatur rogatque ut nulla in primis re Picininum iuvet, deinde ut Alexandro Fridericoque, ne communi hosti eo maxime tempore in neapolitani regni fines transeundi facultas adsit, suis oppidis suisque copiis auxilio sit; Bosium Sfortiam fratrem, virum fortissimum, praeterea cum duobus circiter equitum millibus in transmissi iam auxilii supplemen- [Mur., 709] tum in Flaminiam mittit, qui exinde vel per Picentes, vel per Etruscos, nullo' intermisso tempore, iter faciens Alexandro se iungere contenderet. At Picininus, accepta largiter a Tarentino pecunia, militem in transfugarum supplementum omni ex parte conducit; qua in re Sigismundus et Malatesta fratres multum ei profuerunt, quippe qui non solum alienis, sed suis etiam per simulatam fugam militibus ita augere Picininum curaverunt, ut non multo temporis spatio ex septem circiter equitum peditumque millibus exercitum conflaverit. Itaque

---

2. Ex .... est *esp.* - ita *invece di* ut — 3. transfugit — 4. quin *esp.* - hortari — 4-5. persequi *esp.* — 5. pollicitus *invece di* quod - si id faceret et pecuniam et milites — 6. redditurum — 6. se *esp.* — 7. pollicebatur *esp.* — promissis *invece di* tot — 8. uxorem .... duceret *esp.* — 10. reliquit Picininus cum haud omnino aspernari videretur ut Ferrariam ex P — 11. a Francisco postulavit quo cum Borsii - etiam, *esp.* — 12. eam illo, *esp.* — 13. ipse *esp.* — 16. in regnum *esp.* — 19. in re eadem *esp.* — 20-21. a se .... gratiam *esp.* — 22. sibi erat *esp.* — 24. eo *esp.* — 26. sic providit *esp.* — 34-35. velut .... ducibus *esp.* — 39. ut *invece di* qui - exinde vel *esp.* — 40. iter faciens *esp.* - iungeret - contenderet *esp.*

cum Sigismundus sibi per eius fines transitum annuisset et nullas ad Isaurum, qua esset transiturus, copias convenisse intelligeret, praemissis in Brutiorum litora per onerarias naves inutili turba impedimentisque omnibus, circa kalendas' apriles anno, qui fuit a dominica *c. 1263 TT5* nativitate sexagesimus et quadringentesimus supra millesimum, instructo exercitu ex caesenatibus movit et per ariminenses, pisaurenses fanensesque agros binis castris non modo Isaurum, sed Metaurum etiam magna incredibilique celeritate traiecit et continuato ex eo loco per Picentes itinere, sola dumtaxat noctium parte quieti militibus data, Truento flumine superato, die tertio in Brutios pervenit. Ubi a Josia primum, qui paulo ante a Ferdinando rege defecerat, exceptus et commeatus abundantia et reliquis necessariis a longo itinerum labore exercitum refecit. Alexander autem et Fridericus, opinione magis decepti quam celeritate a Picinino superati, quia, quod non crediderant, ille praefecerat, extemplo iis militibus collectis omnibus, quos pro temporis angustia colligere potuerunt, ceteris se subsequi iussis, Picininum, nullis diurnis nocturnisque intermissis itineribus, per Picentes insequi coeperunt, quem in viarum angustiis a Firmanis tardatum opprimere posse sperabant; sed cum ille diei fere unius itinere, prohibentibus nullis, eos praecessisset, consequi non potuerunt. Ferunt tamen Picininum, non minus Alexandro Fridericoque' quam Sigismundo annuentibus patien- *c. 1264* tibusque, Isaurum, ubi ei erat ab iis maxime repugnandum, transisse, quod sibi quisque timeret, ne bellum in sua finitimorumque ditione renovatum diutius, quam vellent, duceretur et ob id eos in alienis quam in suis finibus bellum geri maluisse; eademque Pium pontificem ratione motum, impune per Picentes ire illum permisisse. Alexander et Fridericus ad Truentum cum pervenissent, nec ultra ad insequendum hostem sibi progrediendum rati, haud longe ab eo flumine castra fecerunt, ut ad dandam militibus longa itineris festinatione defatigatis quietem et ad augendum advenientibus copiis exercitum spatium interesset, quae, ut erant remotioribus diversisque locis per hiberna distributae, ita minutatim seriusque veniebant. Praeterea et Bosii etiam adventum exspectandum necesse videbatur, quo maioribus inde quam possent, coactis viribus moventes in hostium finibus bellum gererent, cum praesertim omnia fere in Brutiis hostilia esse renuntiarentur. Itaque cum et Bosius, iustis per Picentes confectis itineribus, et cohortes reliquae eo convenissent, adversus Josiam, qui primus offerebatur, bellum acriter inferre coeperunt continuoque' eius regionis agros late depopulati, multa, quae Josiae *c. 1265* erant dicionis, castella, et loci natura et militum praesidio communita, nonnullis infirmioribus expugnatis, ad deditionem acceperunt; postremo autem San'ctum Flavianum, haud longe a *Mur., 710* marittimo littore situm, quod est oppidum fama magis quam re in ea regione clarum, vi captum praedae militibus concesserunt. Et quoniam sine tormentis machinisque nihil adversus ea oppida, quae in Josiae fide perstabant, proficere valebant, visum est ducibus castra non procul ab eo oppido tam diu habere, quoad a Francisco e Mediolano tormenta, Pado marique demissa, eo importarentur, cum aliumde nihil earum rerum consequi posse dicerent. Scripserat enim ad eos Franciscus, se nulla in re pro Ferdinando ei bello defuturum, sed videri sibi ne tempus interim iisdem castris consumeretur, Aternum amnem, quem nunc Piscariam vocant, transire conarentur ut, Matthaeo campano, qui Theatinorum urbi praesidio erat, sibi adiuncto, et hostem audacius graviusque premerent et brutias urbes, quae nondum ad hostes desciverant, firmiores in regia fide continerent. Sed rescribebat ad Franciscum Alexander, se' quod iubebat, non tam omnibus pontibus quam aditibus Aterni occupatis omnibusque in *c. 1266* hostium manu redactis, sine manifesto exercitus periculo minus id efficere posse; nam profectus ad ea loca Picininus Caudolaeque gentis copiis auctus, cuncta, quae in Ferdinandi

1. ei per suos *invece di* sibi per eius — 5. agros *esp.* — 9. commeatu - abundantia *esp.* — 10. autem *esp.* — 12. colligere *esp.* — 21. non *invece di* nec - ad, progrediendum *esp.* — 22. posuerunt *invece di* fecerunt — 24. sensim *invece di* minutatim — 25. et *esp.* — 26. moventes *esp.* — 28. adversus *esp.* - Josiae — 29-30. quae .... dicionis *esp.* — 30. oppida *invece di* castella — 31. autem *esp.* — 31-32. longe a mari oppidum — 34. proficerent - valebant, ducibus *esp.* — 36. possent - dicerent *esp.* — 37-38. videri sibi *esp.* — 38-39. quem .... vocant *esp.* — 39. superandum censebat *invece di* transire conarentur — 40. graviusque *esp.* — 41. in regia fide *esp.* - redderent *invece di* continerent — 41. ad Franciscum *esp.* — 42. quod .... non *esp.*

potestate oppida relinquebantur, praeter Sulmonam atque ea, quae Campani praesidio tenebantur, partim sponte, partim metu occupaverat.

Per idem quoque tempus et Pius pontifex e romano agro Simonetum cum valida equestri manu ad Ferdinandum auxilio misit, et Ferdinandus ipse in Marinum suessanum ex hibernis eduxit factusque est Simoneto obvius et Roberto Ursino, qui cum eo ad regem ferendae opis causa ibat. Andegavensis autem Tarentinusque simul per eosdem quoque dies, magnis in Apulia coactis viribus, in Campaniam adversus Ferdinandum descenderunt et non procul Nola castra firmarunt et classis item triremium viginti, rursus Genuae affatim instructa, in eadem maris litora rediit, unde anno priore discesserat. Quorum adventu Nolani Sarnen- [c. 1267] sesque cum plerisque aliis regionis eius oppidis, iussu eorum prin'cipum, qui iam secreto cum hostibus conspirarant, miro quodam deditionis faciendae studio, velut de Ferdinando actum omnino existimantes, sese Johanni Tarentinoque tradiderunt. At Ferdinandus, auxiliaribus copiis sibi additis, cum tot crevisset viribus, ut multo se hostibus superiorem esse putaret, retrorsum in hostes ipsos conversus, non prius ab itinere destitit, donec ad Sarnum flumen pervenit et non longius duobus passuum millibus ab hostium castris, qui ad Sarnum oppidum resederant, sua castra posuit; deinde occupatis aditibus fluminis, pontem lintribus in eo flumine faciendum curavit. Eius adventu et hostibus auctoritas diminuta est moxque audacia repressa, et Nolani et qui proximi erant populi, quos paulo ante ad hostem defecisse diximus, timore territi in pristinam Ferdinandi fidem redierunt. Ex quo paucis diebus factum est ut Johannis Tarentinique exercitus, undique fere interclusus, gravi cibariorum inopia laborare ducesque ipsi iam desperata victoria non tam militum quam propriae saluti diffidere [c. 1268] coeperint; quare Tarentinus, omnibus ab hoste occupatis itineribus, per saltus aspe'rosque et invios, qui impendebant, montes semita facta pedestre itinere fuga salutem petere cogitabat. Ceterum, dum Ferdinandus, advocato saepe concilio, quid in hostes agendum esset, exquirit, dissidentibus consultantium sententiis, per Simonetum reliquosque seniores et rei [Mur., 711] bellicae peritos affirmabatur, cum' anceps semper proelii eventus sit, iisdem castris eodemque loco, ubi essent, consistendum, nec acie cum hostibus collatisque signis confligendum, ne speratam ac prope certam de hostibus ipsis victoriam fortunae casibus temere obiectare viderentur, quandoquidem sedendo sine ullius periculo hostes brevi essent superaturi. Sed enim cum dies aliquot rex ibi consumpsisset ac ex perfugis captivisque cognovisset, haud omnino difficilem esse ad invadendos hostes accessum, nec dubitandum, quin speratam inde victoriam reportaret, iuvenili quodam confligendi ardore incensus, statuit omnino adoriri hostem et proelio manum conserere; ad quam rem etiam Parentis Ursini transfugae cum equestri cohorte adventus recens plurimum incitarat. Itaque improbante id consilii maxime [c. 1269] Simoneto, veluti cui animus et futuram exercitus calamitatem' et infelicem suae vitae finem praesagire videbatur, instructo agmine collatisque signis, castra hostium invadit et primo congressu maiorem aedificiorum partem, quae extra Sarnum sunt, ubi pars hostilis exercitus consederat, vi occupat, ubi permulti ex hostibus capiuntur; quo successu rex, qui iam se victorem futurum sperabat, suos ad premendum hostem, loco tamen iniquo audentius instabat; sed fortuna, quae varios atque insperatos in bello casus plerumque afferre solet, aliter statuisse visa est. Duces enim hostium, qui non minus ante, ut supra docuimus, quam eo die in maximum communis omnium incolumitatis discrimen sese deductos cernebant, suos mi-

---

3. quoque *esp.* — 4. auxillo, ipse *esp.* — 6. at Andegavensis et Tarentinus magnis — 8. et *esp.* — 11. faciendae *esp.* — 12. omnino esset sese — 14. ipsos *esp.* - quam *invece di* donec — 16. erant *invece di* resederant - sua *esp.* — 19. timore *esp.* — 19-20. Ex quo.... ut *esp.* — 22. coepere — 24. Ceterum dum, saepe, in hostes *esp.* — 25. dissidentibus.... per *esp.* - Simonetus - reliquosque seniores *esp.* — 26. deriti affirmabant — 26-27. eodemque.... essent *esp.* — 27. sedendum *invece di* consistendum — 28. de hostibus ipsis *esp.* - obiec- tarent — 29. viderentur *esp.* - quando — 30. enim *esp.* — 31-32. nec.... reportaret *esp.* — 33. proelio, etiam *esp.* — 34. turma *invece di* cohorte — 34. id consilii *esp.* — 35. cui.... et *esp.* — 36. praesagiret - videbatur *esp.* — 37. ubi *esp.* — 39. futurum, tamen *esp.* — 39-40. urget *invece di* instabat — 41. enim *esp.* - qui.... die *esp.* — 42. communis.... incolumitatis *esp.* - cernentes - suos *esp.*

lites hortabantur, ut quisque pro salute propria fortissime rem ederet et virtute vim hostium non modo sustinere, sed repellere conaretur; quod non difficile futurum sperarent, cum ab iis et praedae cupiditate et victoriae nondum partae insolentia temere omnia et sine ordine agi conspicerent. Itaque cum ad oppidi moenia terga vertissent, unde tuti reddebantur, in regiam manum, quae secundis rebus elata, ita in angustum sese coëgerat ut, nullo fere spatio inter equestres turmas' relicto, aegre se explicare remque gerere posset, quod maxime ex *c. 1270* inconditae multitudinis eo spe praedae concursu accidebat, confertissima acie magnisque viribus impetum faciunt. Regii milites repulsi multo inter sese arctius coniunguntur adeo ut, ne paululum quidem locorum angustia impediti, ingruentium a fronte hostium impetum ferre potuerint; funduntur igitur continuo et in fugam, resistentibus nullis, effuse vertuntur; fugiendo passim capiuntur moxque regia castra diripiuntur. Simonetus in medio pugnantium furore exanimis sine ullo vulnere repertus est, qui aetate et corpore gravis ac labore insuper et calore confectus, cecidisse creditur et Parentes Ursinus, cum interceptus esset et ad Tarentinum, a quo paulo ante fugerat, perductus, mox illius iussu laqueo suspensus est. Rex autem, ubi suos terga hostibus dare, nec ullam amplius saluti spem relictam vidit, proelio excessit et cum paucis, amissa maiore exercitus parte amissisque castris, Neapolim se recepit.

Hac tanta ex insperato victoria Johannes Tarentinusque potiti, in nolanum agrum moverunt. Quare Nolani et ceteri, qui paucis ante diebus ad Ferdinandum re'dierant, eo adverso *c. 1271* proelio territi, rursus ad hostes recenti victoria gloriabundos defecerunt, et non tam ipsi a regia fide discesserunt, sed etiam Robertus Sancti Severini comes et Lucas, quem Sancti Marci du'cem dicebant, cum omni Sanctoseverinatum familia, quae in eo regno non exiguum *Mur., 712* obtinet principatum et regiae Taraconensium domui deditissima semper fuerat, eadem ratione permoti, temporum conditioni cedentes, ad Johannem de deditione miserunt. Cosentini quoque, in Calabris de sarnensi proelio in regiones rumore perlato, praeter arcem, quae editissima atque munitissima eorum impendet urbi, idem fecere multique praeterea regni proceres ac populi, qui eo usque fidem Ferdinando servaverant, magno voluntatum studio, veluti iam actum de eorum rege existimantes, ad Johannem desciverunt. Ceterum cum pleraque Campaniae oppida partim metu, partim obsidione hostes in fidem accepissent et castellum, quod Ad Mare vocant, cum iuxta maris litus e regione Neapolis positum sit, postremo circumsedissent, oppidani arcis metu, quae eorum cervicibus imminet et loci situ et muro artificioque permunitissima, cui praeerat Galiardus quidam, patria gotholanus,' in regia fide pertinaciter *c. 1272* manebant; sed a praefecto pecunia corrupto arce tradita, ipsi quoque Andegavensi sese permiserunt. Et tanta adeo populorum undique per regnum ad Johannem post sarnensem pugnam deditio facta est, ut praeter Honoratum Caietanum, Fundorum comitem, nonnullosque alios proceres rarissimos praeterque Neapolim et primarias quasdam Campaniae urbes aliasque perpaucas, quae in Brutiis, Apulis Calabrisque arcibus et firmo regis praesidio tenebantur, nihil fere amplius Ferdinando superesset, quin universum prope regnum in Andegavensis fidem pervenisset. Ferunt permultos, profligatis hostibus, Johanni suasisse, ut in Neapolitanos signa verteret, cum haud dubitandum videretur, trepidante recenti in secundoque proelio civitate, cives andegavensis factionis, quae magna erat in ea urbe et non tam Gotholanorum dominationem, quam illorum nomen semper oderat, proximis auxiliis fretos, et arma in Ferdinandum sumpturos et eum in urbem introducturos, et ob id Johannem Tarentino dixisse, placere sibi, ut Neapolim peterent. At illum, qui nec vinci, nec vincere patiebatur, sed bellum diuturnius trahi volebat, quod ex ea re maiore in dies in eo regno auctori'tate haberetur et *c. 1273* maioribus viribus maioribusque opibus augeretur, ei respondisse: non fore praesenti expe-

---

5. phalangem *invece di* manum — 8. implicantur *invece di* coniunguntur — 15. autem, hostibus, amplius *esp.* — 16. captisque *invece di* amissisque — 17. elati *invece di* potiti — 18. Quare *esp.* — 18-19. eo.... territi *esp.* — 19. recenti.... gloriabundos *esp.* — 19-20. et.... discesserunt *esp.* — 20. etiam *invece di* et — 22. obtinebat - regiae *esp.* — 22-23. eadem.... permoti *esp.* — 24. in regiones *esp.* — 25. multi - regni, *esp.* — 26. voluntatum *esp.* — 39. in secundoque *esp.*

ditioni utile, ut tantus exercitus, tanta parta victoria, ad Neapolim tempus tereret, sed oportere, priusquam eo flecteretur, proxima Neapoli oppida, quae in hostis essent manu, in potestatem redigere, ut circumsessi undique Neapolitani rerumque inopia pressi, sese dederent. Itaque Tarentinus simulando dissimulandoque, Johannem, regionis hominisque naturae ignarum, per campanos agros circumducens, aestatem consumpsit.

Interim Ferdinandus, cum esset Neapoli, quo, ut ostendimus, fugato exercitu se contulerat, milites omnes et qui proelio superfuerant et captivos missos ab hoste factos Neapolim reducere, comparataque parce a neapolitano populo per tributionem pecunia, summa celeritate *Mur., 713* reficere conten'debat et proximas urbes, sarnensi clade exterritas, praesidio firmare et in officio continere curabat. Ad Pium pontificem praeterea et ad Franciscum Sfortiam, quos de adverso proelio ad Sarnum facto certiores fecerat, non tam copiarum supplementa, quam pecuniarum auxilia ad instaurandum quam maturrime in adversarios exercitum imploratum *c. 1274* mittit; Franciscum preci'pue, in quo omnem suae salutis spem post Alphonsi patris obitum unice collocarat, nuntiis literisque frequentibus sua saepe manu conscriptis orabat, ne eum in tanta fortunae iniquitate desereret, neu victo sibi, cui sese tuendi, etsi vires deerant, animus tamen non deerat, rursus opem ferre deterreretur; cum, si quis ullo unquam tempore adversae fortunae vim fortissime et pertulisset et superasset, eum illum esse affirmaret, quem ex ea re per omnem terrarum orbem summam virtutis laudem reportasse et in maximam denique dignitatem rerumque gloriam iure merito perductum apertissime constaret addebatque etiam, ut Pium pontificem, quem timebat, ne adverso proelio territus et adversariorum vel hortatu, vel minis oppugnatus se averteret, ita hortaretur, ut in sententia persisteret; quod quamquam se iuveniliter in commisso ad Sarnum proelio errasse errorisque poenam dedisse, non negabat, tamen si celeriter petita sibi subsidia subministrarentur, fore non dubitabat, quin brevi res suae ex magna calamitate ad meliorem fortunam verterentur; pollicebatur praeterea epistolis, nuntiis legatisque suis omnibus, quos, nutantibus regni sui *c. 1275 VV 1* rebus, saepe ad' Franciscum mittebat, si summa Dei benignitate sibi unquam contingeret, ut ad pristinam rediret fortunam, quamdiu regno incolumi in humanis vixisset, semper ita se tot immortalium beneficiorum memorem futurum, ut ingratitudinis vitio nunquam damnari posset; et si forte erga Franciscum dignam meritorum gratiam reddere nequisset, se tamen, cum aetatis iure post eum supervicturus esset, quod patri referre non potuisset, liberis, ubi opus esset, cumulatissime relaturum. Quibus rebus cognitis, Franciscus, etsi tantum regis errorem et peccatum in conserendo proelio aegre ferebat eumque imprudentiae accusabat, quod ita temere non tam eius plurimorumque salutem una hora in hostium manus obiecisset, quam belli sociorum res fortunasque summum in discrimen adduxisset, tamen omnibus remediis illius periculo sibi quam celerrime occurrendum putavit; cum amici praesertim officium esse iudicaret, in adversa magis quam in prospera fortuna beneficium amico conferre petenti; itaque et regem ipsum, ut bono esset animo, sese illi nunquam defuturum recipiens adhortatur et Pium pontificem sarnensi clade exterritum consiliisque incertum, ut erga Ferdinan- *c. 1276* dum persequi in officio perseveraret, literis nuntiisque incredibili' quodam studio confirmat; deinde et pecuniam mittit ad regem non parvam et Robertum sanctoseverinatem, sororis filium, ad eum cum equitatu summa celeritate proficisci iubet.

Haec dum insigni prope Ferdinandi calamitate in Campania geruntur, in Brutiis quoque, unde accersitis in tanto rerum discrimine frequenter auxiliis, maxime ac propediem sublevari exspectabat, res non meliore quidem fortuna gestae sunt. Picininus enim, qui, ut supra

---

4. ita - Tarentinus *esp.* - hominisque naturae *esp.* — 8. per tributionem *esp.* — 10. Pium, Sfortiam *esp.* — 11. ad Sarnum facto *esp.* — 12. quam.... adversarios *esp.* — 14. frequentibus *esp.* - propria *invece di* sua - saepe *esp.* — 15. se *invece di* eum - sese tuendi *esp.* — 20. addebat *esp.* — 26. summa.... sibi *esp.* — 26. contingeret ut *esp.* — 27. in humanis *esp.* — 29. se tamen *esp.* — 30. referre *esp.* — 31. Quibus.... cognitis *esp.* — 31-32. tantum.... ferebat *esp.* — 32. eum — 33. suas *invece di* eius - plurimorumque.... obiecisset *esp.* — 34. belli *esp.* — 35. sibi *esp.* — 36. amico *esp.* — 39. persequi, incredibili *esp.* — 39. quodam studio *esp.* — 40. et mittit ad regem *esp.* — 40-41. sororis filium *esp.* — 44. quidem, sunt *esp.*

docuimus, Aternum amnem transierat et omnia circumquaque per regionem praeterea, quae Campani praesidio tenebantur, hostium' potestati subegerat, post sarnensem pugnam pro- Mur., 714 pensiore quodam dedititiorum studio magnis copiis auctus recentique Johannis victoria insolens, qua ierat rediens, non longius ab Alexandri Fridericique castris passibus mille in edito colle contra Sanctum Fabianum posito, castra fimat; quare incolis, qui proximi erant et paulo ante Alexandro sese dediderant, mox desciscentibus, Alexandri collegaeque milites magna ex parte commeatu pabulationeque prohibentur. Inter bina haec castra planicies intercedebat non admodum patens; huc militibus utrimque' haud magno numero primo biduo c. 1277 VV 2 convenientibus, levi proelio pugnari coeptum est; at die tertio, qui fuit ad decimum kalendas iulias, posteaquam eo a Picinino ventum est, eius milites multo maiore numero quam antea in eam planiciem descendere coeperunt eo consilio, ut postea cognitum est ut, pulsis inde uno impetu adversariis, mox aut in ipsa castra irruerent, aut tumultuantem exercitum in planiciem traherent. Quod ubi animadvertit Alexander, nam Fridericus invalitudinis causa tabernaculo se continebat, extemplo iubet armari exercitum et in acie consistere; deinde ne planicie ab hoste occupata, ad castrorum munitiones claustraque dimicaretur, quod cognoscebat et sibi et universo exercitui propter hostium multitudinem non minus periculosum quam ignominiosum fore, prioribus imperat, ut hostes, qui iam in planiciem conspiciebantur, acriter invaderent, nec ab insequendo desisterent, donec eos ad collis usque radicem ultra fossam, quae planiciem a colle dividebat, repellerent. Quod cum non multo labore factum esset, Picininus, et magno copiarum numero et loci opportunitate magnopere fretus, quippe qui propter declivitatem sibi aequus, hosti'bus vero periniquus esset, et ob id ipse hostem c. 1278 premere, nec premi posset, instabat audentius, ut fossa superata, quae multis locis facile transiri poterat, aequis campis confligeretur, cum non dubitaret, quin eo die vel de hostibus victor evaderet omnino, vel integro exercitu in castra rediret. Alexander vero contra, cognito periculo, diffisus castrorum munitionibus, si in planum hostis descenderet, mandat praecipue Bosio fratri et plerisque aliis equitum praefectis, longo rei militaris usu praeclaris, quorum virtuti maxime confidebat, ut veteranorum militum robore insignium cohortibus stipati, singula singuli fossae vada servantes, fortiter pugnando vim hostium trans fossam sustinerent. Quare, orto acri ac perdenso pluribus locis certamine, fit magna ubique equorum strages, ubique hominum caedes; sed de Alexandri exercitu ob pedestrem multitudinem, qua hostis, ut supra demonstravimus, plurimum abundabat, multo plures cadebant. Idque potissimum accidebat, quod sagittarii per virgulta vepresque frequenter dispositi, ac veluti e superiore loco jacula, tela et omne missilium genus conicientes permultos multis vulneribus equos vi-'rosque confodiebant. Pugnatum est eodem loco a vigesima ad tertiam usque noctis horam c. 1279 VV 3 enixissime atrocissimeque, quantum nunquam antea, ducum nostrorum memoria, duobus' ma- Mur., 715 gnis inter sese collatis exercitibus, neutram in partem inclinante fortuna confligere accidisset; verumtamen non pugnandi diuturnitas, non virorum vulnera, non frequenter cadentium corpora, non insignis equorum calamitas, non noctis adventus, non tenebrae, cum duces hinc atque inde crebris funalibus obstinate uterentur, ea nocte proelium dirimere potuerunt, ducibus utrisque, altero fossam transire, altero ne transeat, fortissime pertinacissimeque contendentibus. Sed Picininus postremo, cui et pergere in proelio et referre pedem, collis munimento erat potestas, ubi nec hostem obstinatissime acerrimeque in fronte repugnantem fundere abmovereve loco posse, nec suum minus quam adversantem exercitum, defatigatum ac prope confectum videt, receptui cani iussit; itaque ab utraque parte, sedato ubique tumulto sedatoque dimicantium furore, ad multam noctem in castra reditum est. Desiderati sunt in ea pugna utrimque viri fortes permulti, sed ex multitu'dine multo plures cecidere; c. 1280 nudatus est Alexandri Fridericique exercitus equis, proelio conserendo idoneis, paene omnibus, nam fuere quidem perpauci milites, qui per vicissitudinem non manus eo die in proelio

---

6. nostri *invece di* Alexandri collegaeque — 20. magnopere *esp.* — 24. vero *esp.* — 26. fratri omnium fortissimo et — 32. frequenter, veluti *esp.* — 36-37. confligere .... verum tamen *esp.* — 48. in proelio *esp.*

conseruerint. Atqui exercitus noster ob eas, quas commemoravimus, causas longe nobiliorem equorum praesertim cladem accepit, nam adeo fere quisque in stationes lassus confectusque rediit, ut fusi profligatique omnes viderentur. Fuerunt autem nonnulli, qui, etsi castris praesidio ab Alexandro destinati erant, tamen perspecto in quanto discrimine exercitus versabatur, collectis raptim sarcinulis castrisque relictis, sese fugae mandarunt, nec ab itinere prius cessarunt, quam donec Truento superato in firmanum agrum pervenerunt. Inter reliquos autem, qui militiae munus eo die perstrenue fortissimeque obierunt, Bosius Sfortia, Johannes Palavicinus ex Scipiono, Bartholomaeus Quarterius, Marcus Antonius Taurellus, Christophori filius, egregii exstitere, veluti ii, qui ab initio ad proelii usque finem semper primi in fossae litoribus inter mille telorum ictus milleque pilorum cuspides versantes, nunquam nisi in *c. 1281 VV 4* equorum aut interemptorum, aut labore' confectorum commutatione pedem retulere. Quare proximis militibus partim propria virtute, partim ignominiae metu fortiter persistentibus, et tardatus est hostium impetus et vi magna ubique repressus. Horum sane praecipua virtute, praeter summam Alexandri in administrando conficendoque celeritatem ac in providendo solertiam prudentiamque singularem, servatum eo die exercitum ferunt; Picininum etiam contra inter proeliantes cervice inermi nunc hos, nunc illos adhortando, ad pugnam impellendo, tardos ignavosque increpando, arma, tela colubrinasque subministrando a nostris saepe visum. At cum multa uno tempore Alexandri Fridericique animum, tanto accepto detrimento, quod diligentius apertiusque die postero cognoverunt, non mediocriter perturbarent, illud magis omnibus unum premebat, quod, ubi erant, nec manere amplius, nec inde tam propinquis hostibus sine magno omnium periculo abire posse intelligebant, cum equites fere Mur., 716 omnes, amissis equis, pedi'bus ire cogerentur, et magnus praeterea militum numerus, multis acceptis vulneribus, laboraret; tamen in tot difficultatibus constitutis illud ducibus potissimum *c. 1282* placuit, ut insequenti nocte,' quo magno silentio possint toto exercitu discedere. Itaque, extinctis ubique ignibus, praemissis sauciis impedimentisque omnibus, de quinta vigilia per noctis silentia, inscientibus hostibus, iuxta maris litus ire coeperunt, nec prius constiterunt, quam ad Truentum pervenerunt, ubi, loco tuto locatis castris, reficiendum resarciendumque a tot incommodis exercitum summa celeritate curarunt. Ad quas res conficiendas non parum profuit missa eo celeriter ex Roma Mediolanoque pecunia. Terruerat mirum in modum Pium pontificem non minus proelium ad Sanctum Fabianum novissime factum, quam quod fuerat paulo ante ad Sarnum improspere commissum; quare multis etiam Romanae Curiae suadentibus viris primariis, de deserendo Ferdinando agitare animo pontifex coepit; quod cum intellexisset Franciscus, ita multis illius hortantibus animum confirmavit, ut se in suscepto bello ad certam usque firmamque pacem perseveraturum affirmaverit.

His rebus gestis, Picininus, velut ipse in Brutiis quoque victor, in Teatinos reversus, quod per ea loca Ferdinando reliquum fuerat, praeter urbem a Campano civibusque defensam, ad *c. 1283 VV 5* deditionem' compulit; ceterum cum aliquandiu eorum agros depopulatus, ipsi etiam urbi multa ac varia detrimenta intulisset, visum est non tam ei vel maxime cupienti quam Johanni Tarentinoque, quorum imperio omnia gerebantur, ut relictis regni finibus in agrum romanum adversus Pium pontificem exercitus celeriter traduceretur, quo ex Brutiis bello in alienos fines translato, et miles praeda opulenta ditaretur, et Pius, timore territus, a Ferdinandi auxiliis facilius averteretur. Itaque circa autumni tempus Picininus, quam maioribus potest contractis denuo copiis, per Pelignos Marsosque Apenninum transgressus, in Reatinorum agrum primum irrupit; nonnulla primo adventu Ursinorum castella, munitione infirma, vi capta

6. donec *esp.* — 8-9. Marcus.... filius *anteposto a* Johannes Palavicinus — 10. labris *invece di* litoribus — 18. Fridericiqueesp. — 19. cognitum est non — 20. ibi *invece di* ubi - erant *esp.* - neci bi manere — 21. intelligebat — 23. tamen, constitutis.... potissimum *esp.* — 24. ut, quo *esp.* - possint *esp.* discederent *esp.* — 26. iere - coeperunt *esp.* — 27. ibi *invece di* ubi — 29. Pium *esp.* — 31. infeliciter *invece di* improspere — 32. pontifex *esp.* — 33. multis, hortantibus *esp.* — 35. His.... gestis, ipse *esp.* — 40. Pium *esp.* — 41. timore territus *esp.* — 44. muni ipia *invece di* castella - munitione *esp.*

diripuit, nonnulla metu territa per deditionem accepit; Jacobus Sabellus, qui plura in Sabinis oppida possidebat, sponte ad eum defecit; quare, multis cis transque Anienem flumen longe lateque excursionibus factis, omnia per regionem tumultu et trepidatione ingenti permiscebantur. Jamque non minus Romae ac Tiburi quam Reate trepidatum: impuri et perditi homines rerumque novarum' cupidi, ubique seditionibus conspirationibusque studere, et de c. 1284 prodenda patria clandestina inter sese consilia inire coeperunt, quod et Senis longa, ut supra diximus, pontificis cunctatio et nimia peccandi licentia, nullo, quod repugnaret hosti, relicto per ea loca praesidio, maxime faciebant. At ubi Alexander Fridericusque de tam repentino inopinatoque Picinini ex Brutiis discessu certiores facti sunt, re diu in concilio communicata, visum est denique omnibus, potius hostis ausibus occurrendum, quam in Campaniam proficiscendum, quo a Ferdinando post sarnensem pugnam incredibili studio accersebantur, rati quidem id quod erat, nisi quamprimum eiusmodi Picinini conatibus obstaretur, futurum ut cuncta illi Romae ex sententia succederent, quo' nihil erat ad celerem Johannis Mur., 717 Tarentinique victoria eo tempore magis opportunum nihilque utilius; ex Asculano igitur agro castra movent ac per Picentes et, quos Sibillae vocant montes, iter facientes in Nursinos, superatis Apennini iugis, descenderunt, deinde per lapidosos difficilesque montes, magnis dimensis itineribus, in reatinos campos pervenerunt. Quorum adventu mox omnis repres'sus est hostis impetus, magni agrestium tumultus hostiumque populationes et omnes c. 1285 demum tumultuarii earum, quas diximus, urbium motus sedati; amissa Ursinorum castella non multo negotio recuperata; in Sabinorum fines, invasionibus undique factis, cuncta Jacobi Sabelli oppida partim tormentorum vi expugnata, partim obsessione in pontificis potestatem redacta, praeter duo tantummodo Columbarium et Asperam, quae erant Jacobo ipsi praecipua et magno Picinini praesidio, Silvestro Lucino praefecto, munita et intacta ob supervenientem magnis imbribus hiemem a ducibus relicta. Quibus rebus Picininus cum reliquo exercitu, quo venerat, itinere in Brutios hibernatum redire coactus est; nec minus pontifex eadem de causa suas auxiliaresque copias in propinquas Romae urbes atque oppida hiematum dimisit; quin etiam hac tanta rerum novitate difficultatibusque perterritus, denuo scripsit ad Franciscum, quod, orto in ipsius Romae urbis foribus ac prope visceribus bello, neque laboranti Ferdinando regi amplius subsidia subministrare, neque se ab intestinis perfidorum insidiis tueri posset et ob id oportere ab eo maiora e Longobardia auxi'lia mitti, quibus nonnullorum c. 1286 insolentiam atque temeritatem comprimere et bello paene domestico se liberare posset; quod nisi fieret, ne ipse una cum Ecclesiae patrimonio pereat, fore sibi necesse, ut alia suae saluti Ecclesiaeque rebus consilia sumeret. Quare Franciscus, etsi tanta pontificis ignavia atque inconstantia non poterat non commoveri et saepe dolere, quod eum haberet in tanto ge'rendo Mur., 718 bello socium, qui sibi quotidie plus molestiae plusque negotii daret, quam ipsi hostes; tamen cum omnia Ferdinandi causa aequo animo sibi ferenda censeret, ad eum ut bono esset animo rescripsit Romamque rediret, adhortatus est, quod omnia propediem ita esset provisurus, ut tuto vivere posset, misitque propterea cum equestribus familiaris ordinis cohortibus duabus Donatum mediolanensem, qui se quam maturrime Alexandro adderet. Haec in Brutiis Sabinisque gesta. In Campania vero hunc annus per variam belli fortunam exitum habuit, ut ex campano agro, autumni tempore nondum exacto, ab hoste in Apulos reditum est exercitusque in hiberna distributus. Ferdinandus, refecto quamvis aegre prae rerum inopia milite, et Roberti sanctoseverinatis, quem a Francisco' ad eum auxilio missum diximus, recenti Nea- c. 1287 polim adventu tantos spiritus resumpsit, ut educendum sibi non dubitaret. Quare coacto exercitu, Argensinos primum, deinde Arpos, quorum oppida, cum et loci natura et opere

1. quaedam *invece di* nonnulla - metu *esp.* — 11. proficiscendum *posposto a* accersebantur — 12. Existimabant enim *invece di* rati quidem — 15. iter facientes *esp.* — 21. obsidione — 27. Atque *invece di* quin etiam — 28. quod *esp.* - portis *invece di* foribus — 30. posse - et *esp.* — 33-35. etsi.... hostes *esp.* — 34. non potuit aliquantisper animo non — 37. rescripsit *esp.* — 38-39. cum duabus praetorianis turmis Donatum — 39. quam maturrime *esp.*

munitissima sint, in Apuliam ex Campania iter pro temporum conditionibus et praecludunt et aperiunt, in hostium fere conspectu obsedit; hos cum non parva tormentorum vi per magnam hiemis acerbitatem diu oppugnasset, per pactionem tandem in deditionem accepit. Quibus receptis, multa circumquaque castella, quibus propemodum Neapolitani premebantur, ad regem voluntariis animis rediere; ea deditionis spetie ac bene gerendae rei spe adducti Lucas et Robertus sanctoseverinates, quos post sarnense proelium ad Johannem metu territos descivisse ostendimus, in pristinam regis fidem reverterunt. Quorum per fines patefactis in Cusentinos itineribus, qui, ut demonstratum est, ad hostes defecerant, arce in regia fide persistente, misit eo Ferdinandus post suum in hiberna reditum non exiguam militum manum, Luca sanctoseverinate et Roberto Ursino ducibus, qui arce Cusentiam ingressi, urbem sane et antiquitate et auctoritate nobilem atque opulentam, veluti Calabrorum caput, in praedam verterunt.'

---

4. oppida *invece di* castella — 5. deditionis spetie *esp.* — 6. territos *esp.* — 10-11. sane.... auctoritate *esp.* — 11. et *invece di* veluti

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER VIGESIMUS OCTAVUS

INITIO insequentis anni, cum omnia Genuae quieta esse viderentur velutique de bello secura iam civitas negotiationi intenderet, fecit natura, quod magnae hostium vires magnaque ducum ingenia priore triennio facere non potuerunt; quies otiumque discordias peperit. Exhausto tot classibus, tot praeteritorum temporum bellis aerario publico, civitas publicae pecuniae inopia laborabat, nam ita omnes inveniendarum pecuniarum viae praeclusae erant, ut quicquid in annuos urbis sumptus impendebatur, ex privato civium censu peteretur. His igitur quotidianis sumptibus fessi cives quaerebant avidius, si qua publicae habendae pecuniae forma reperiri posset, qua in tolerando tributorum onere, vel liberarentur, vel saltem levarentur; primo itaque inventi sunt qui commemorarent, ut vectigalia quaedam nova decernerentur eaque pecunia in publicos usus erogaretur. Huic sententiae omnis nobilitas omnesque[1] ditioris fortunae cives assentiebantur; contra plebes repugnabat vociferabaturque nihil hoc aliud esse, quam ut onera, quae divites pauperesque simul perferre consueverant, in solos pauperes relinquerentur. In hac contentione aliquandiu certatum est, cum illi nunc arte blandisque, nunc asperis verbis plebem in suam sententiam trahere conarentur, plebei nequaquam assentientes, murmure querelisque urbem replere atque incendere, concilia inter sese habere regiumque praesidem orare et obtestari, ne pauperes tanta iniuria affici pateretur. Hoc modo paulatim odia succrescere, plerisque irarum fomenta subministrantibus, qui vel odio regiae dominationis, vel partium studio novis rebus intendebant; verumtamen cum sit ipsa natura omnis eiusmodi multitudo sine duce abiecta, clamoribus tantum saeviens, nihil in urbe periculi imminere putabatur, nisi additae essent aliae seditionum causae. Sunt Genuae nonnulli cives, et genere et opibus clari, quos respublica ob eorum plurima in patriam merita, vectigalium tributorumque immunitate donavit; hos etiam, ut onera in plures divisa tolerabiliora forent, volebant contra fidem publicis oneribus obstrinctos esse, asseverantes aequum esse, ut quemadmodum omnes pari honorum commodorumque beneficio uterentur, ita etiam labores oneraque perferrent; erant et hi quoque,[1] quos immunes vocant, regi fideles et ob id modeste contradicentibus respondere, sed praesidem admonere, instare et obsecrare, ut civiles discordias sedaret, datisque insuper ad regem literis, precabantur, quo rem omnibus seculis inauditam suo decreto reiiciendam iuberet. Ubi nihil proficere remque urgere viderunt, aperte iam renuere et,

c. 1288 Mur., 719

c. 1289

c. 1290

3. et *invece di* velutique — 4. fecit natura *esp.* — 7. publico *esp.* — 10. via *invece di* forma — 11. Primo.... inventi *esp.* — 12. fuere *invece di* qui - commemorarent qui *esp.* - decernerent - ut ea *invece di* eaque — 16. aliquandiu.... est *esp.* — 21. verum - ipsa natura *esp.* — 23. Erant *invece di* Sunt — 23. cives *esp.* — 24. in patriam *esp.* — 25. donarat *esp.*

communicato consilio, omnem causam suam tuebantur; plebi deinde persuadere coeperunt, communem esse causam, communem iniuriam communique consilio tuendam. Plebs igitur horum consiliis subnixa, non languide, ut prius, sed audacius obsistebat; convocabatur fere quotidie senatus ac ex omni ordine cives ibique disceptationibus tempus terebatur. Iam agebatur nonus martii dies, cum plebei magistratus destinatum in locum convenere, super his controversiis deliberaturi; ibi cum' sine ordine, ut vulgi mos est, sententiae dicerentur pluresque essent, qui nobilium iniurias quererentur, quam qui turbulentis rebus remedia adhiberent, multis, ut supra diximus, novandarum rerum cupidis concitantibus, ferunt iuvenem obscuro loco natum et inter obscuros etiam incognitum clamasse non opus esse consilio has gladio contentiones esse dirimendas statimque his dictis prosiliisse et ad arma conclamasse. Qua tamen voce nullus tunc in urbe mo'tus factus est; sed ubi ea in burgo beati Stephani, quem vocant, audita vox est, seditiosissimus quisque et qui novarum rerum avidi erant, arma corripiunt, impositoque in vicinas turres divi Andreae praesidio, palam principio regium nomen invocantes, dissimulabant contra regiam dignitatem haud sumpsisse arma, sed ut ab iniuriis sese tutarentur. Constat exigua adhuc manu tumultum sedari potuisse, si in ipso initio praeses vulgi furori, ut saepe ei suasum fuerat, occurrisset; sed primo missi sunt, qui intemperantes multitudinis animos ratione mulcerent et per omnes urbis vicos profecti, ceteros ne arma caperent, prohiberent. Interea armatorum per urbem numerus augebatur, superveniente deinde nocte omnes, deposito metu, arma sumpsere; postea vero quam illuxit, praeses tantum in urbe accensum ignem extingui non posse videns, nec tutum esse tantam multitudinem proelio aggredi, composito agmine, in arcem Castelletti se recepit; nec tamen deerant, qui hortarentur, ut arma deponerentur. Sed interim supervenerunt tumultuaria cum agrestium manu Paulus Fregosus, genuensis archiepiscopus, et Prosper Adurnus; quibus urbem ingressis, omnis componendae rei spes sublata est, pulsisque in arcem Gallis, fregosa adurnaque factio de imperio certabant et cum in pluribus per urbem' locis dimicatum esset omnesque intelligerent illum victorem futurum, qui arcem obtineret, utraque factio omni studio contendebat, Castellettum in suam redigere potestatem. Utque postea a nonnullis firmatum est, opera familiae Spinulae, quae simul cum reliqua nobilitate omni ope regiis rebus obnixe favebat, factum est, ut Adurnus, inito clam foedere, cum Gallis consentiret statutumque inter eos fuisse fertur, ut hinc Prosper cum suis, inde Galli Paulum adorirentur, deinde, fusa pulsaque factione fregosa, civitas iterum regio praesidi traderetur. Id verum ne sit, incertum est; plerisque tamen id non incredibile videbatur, cum multi praesertim metu, ne si Paulus imperio potiretur, fraternum sanguinem ulcisceretur et negatam Petro fratri pecuniam repeteret, illum magis magisque metuebant; certum tamen est, Paulum ea suspicione territum noctu cum paucis in proximos montes aufugisse, rerum exitum exspectaturum. Ubi vero dies venit, fregosae factionis fautores, nunc hos, nunc illos apprehendere, plurimorum animos conciliare, dolos inesse praedicare et omnia, quae agerentur, in plebis perniciem a nobilibus agi pronuntiare; quod expulsa fregosa factione, Adurna facilius ex'pelleretur, repositoque regio statu, exilio, carcere caedibusque in plebem saeviretur. His in vulgus disseminatis' rumoribus, omnis repente populus arma resumpsit utque omnia communi consilio pari spe aequatoque periculo gererentur, convocatis promiscue omnibus plebei nominis, quos artifices nominant, deliguntur viri octo, quibus summa rerum omnium potestas tradita est; hi primum omnium iusserunt urbe Prosperum abire; dein cum omnes expugnandam arcem censerent, sese operi accingebant. Inter haec initia per internuntios concordia Fregosus Adurnusque, nullo repugnante, in urbem rediere advocatisque in concionem pro more patriae trecentis prope civibus, praesente faventeque Paulo, deligitur Genuensium dux Prosper Adurnus. Compositis per hunc modum inter duas iamdiu aemulas factiones rebus, communi omnium consilio arcis obsidionem aggrediuntur et quoniam his non tam

11. burgo *esp.* — 12. quem vocant *esp.* — 19. Postquam *invece di* postea vero quam — 20. ratus *invece di* videns — 32. sit non habeo compertum plerisque - id *esp.*

deerant pecuniae quam peregrini milites, cum nec hae Genuensibus, civitate omni nondum idem sentiente, vires essent, ut contra potentissimum regem oppugnandae arcis situ, muro praesidioque munitissimae, sumptibus diu suppetere possent, et ob id ad alienam opem confugiendum esset, ad Franciscum Sfortiam mittunt rogatum earum rerum auxilium, quas ad expugnandam arcem usui fore putabant. Francisco autem, qui iam de eo tam repentino *c. 1294* insperatoque genuensis populi motu factus erat certior, quem quidem non ingrato receperat animo, eo gratior iucundiorque eo petitio fuit, quo apertius cognoscebat in sua esse potestate, gallicam gentem, Ferdinando sibique, propemodum infestam, ex ora ligustica propellere et quamquam intelligebat, id negotii multis de causis potius ad Ferdinandum, velut armis a Gallis lacessitum, quam ad se pertinere ipsumque inscius amicorum causam adversus communes hostes tueri posse, tamen quoniam nec pecunia ille tanto bello pressus ulla, nec milite ullo eo tempore iuvare eos valebat, rem ipse eo animo tuendam amplexus est, ut nihil ad eam conficiendam sibi praetermittendum putaret et tanto libentius audaciusque genuensis populi adversus Carolum regem causam tuendam suscepit, quanto sciebat Ludovico, eius regis primogenito, quo cum anno superiore Philippi, Burgundionum ducis, interventu amicitiam non vulgarem inierat, se rem non modo gratam, sed gratissimam facturum. Is enim cum minus eo tempore paternis imperiis obtemperaret, apud Philippum agebat, cuius etiam opera Franciscus cum Ludovico ipso post inchoatam inter eos amicitiam foedus percussit. Hortabatur Franciscum propterea Ludovicus, quo patri Johannique andegavensi consobrino suo magis incommodaret,' ut Genuenses ab illorum imperio seiungi avertique curaret. Quibus *c. 1295 XX r* constitutis rebus, et pedites Franciscus Genuam proficisci iubet amplius mille et Thomam reatinum eo legatum suum mittit, qui et arcem expugnandam et Paulum Prosperumque ad bene amiceque inter se vivendum cohortaretur atque curaret et pecunias item postea mittere non cessavit, quibus milites in ea oppugnatione alerentur, quam sane duram ac diuturnam fore acceperat. Primum Genuae ex civium censu statuta legibus quotannis publica impensa exigitur conflatisque magnae molis bombardis, muro per urbis vicos educto, ne erumpere in urbem obsessi possent, cu'stodibusque circumquaque dispositis, obsideri summo ardore arx MUR., 722 coepta est. Tenebatur a gallico praesidio, praeter Castelletum, crebre ac permunitum divi Francisci quoque templum; quo in loco stabat lectissima trecentorum peditum manus, armis egregie instructa et animo in quodcumque periculum parata; unde crebrae in urbem eruptiones fiebant et plerumque pro munitionibus acriter pugnabatur, interdum scorpionibus, catapultis colubrinisque obsidentes eminus impetebantur; balistis praeterea bombardisque tecta cum incolentibus ipsis ruebant; quapropter quotidie vulnera et magnae hominum caedes ante oculos erant. Ex quo cognita potiundae munitissimae arcis difficultate,' in sola obsi- *c. 1296* dione spes posita videbatur et tamen contra, ne obsessis quies daretur, bombardis missilibusque, quantum ex tuto licebat, oppugnabantur. Missus est sub idem quoque tempus contra Savonam exercitus, qui, ubi urbem firmo Gallorum praesidio servari Savonensesque in fide perstare cognovit, irrito conatu Genuam rediit.

Dum haec geruntur, rursus orta est inter Paulum Prosperumque dissensio; omnia enim delatorum causa suspicionis plena erant. Itaque delatis per Prosperum ad Thomam legatum adversus Fregosos clam querelis, Franciscus, cuius nutu omnia Genuae agebatur, Paulum ad se Mediolanum vocat. Prosper, adversariorum metu liber, maioribus quam unquam antea viribus obsidionem instauravit maioreque diligentia omnia obit. Interea Carolus, Francorum rex, cognita Genuensium defectione, comparari in Lugdunensibus Viennensibusque quam celerrime exercitum Genuamque subsidio obsessis properare imperat et Renatus, instructis navibus longis decem, post quartum fere obsidionis mensem, Savonam applicat ac eodem

---

5. autem, eo tam *esp.* — 6. insperatoque.... populi *esp.* — 14. quod *invece di* quanto — 20. Itaque *invece di* Quibus.... rebus — 21. Franciscus *esp.* — 22. suum *esp.* — 22. expugnandam curaret et — 22-23. ad bene *esp.* — 23. in amicitia *invece di* amiceque - contineret *invece di* inter.... curaret et — 28. est *esp.* - crebre ac *esp.* — 29. quoque *esp.* — 36. quoque *esp.* — 42. quam.... antea *esp.* — 43. Interea *esp.* — 45. iubet *invece di* imperat

fere tempore et ulteriore Gallia exercitus eo pervenit. Erant terrestres copiae, ut a proba-
tissimis auctoribus accepimus, supra sex millia et omnes equestris ordinis erant lorica, tho-
c. 1297 XX 2 race et galea tecti et praeter navales socios Renatus pedites circiter mille triremi'bus impo-
suerat; his additi quoque sunt plerique Genuensium nobiles, qui metu Savonam abierant,
non exiguam peditum manum ducentes, quos aut mercede conductos habebant, aut beneficiis
obnoxios contraxerant. Bidui spatium reficiendo militi consultandisque rebus datum est;
omnibus deinde paratis, Savona terra marique moventes, in ipso itinere Viraginem oppidum
non multo labore expugnant. At Genuenses, audita tantarum virium fama, timor ingens inva-
serat; ubi vero tantam multitudinem et terra et mari cum Renato rege magis appropinquare
Viraginenseque oppidum expugnatum Genuae allatum est, tum demum concursare per urbem,
modo Curiam complere, modo per vicos sine ordine discurrere et ut in magnis timoribus
fieri solet, ad omnem rumorem trepidare; animadvertebant multi quam difficile futurum
terra marique uno tempore magnis irruentium hostium viribus posse resistere, praesertim
inter sese populo dissidente multisque insuper ex civitatis primoribus regias partes sequentibus;
illud etiam magis magisque famam virtutemque hostium augebat, quod feri invictique esse
Mur., 725 viri et belli periti dicerentur, et' qui pro gloria vitam contemnerent. Itaque in tanto rerum
timore atque discrimine, Francisco, cui omnia nota erant, et augere ex suo milite, quas ante
c. 1298 Genuam copias' miserat, non videbatur, ne maiore ira duos in se iratos reges concitaret,
quamvis Marcum Pium carpensem suo consilio suaque pecunia cum equitatu Genuenses ma-
gna celeritate in urbem accersissent; quod unicum remedium putavit, sic egit ut inter Pau-
lum Prosperumque renovata rursus concordia, Paulus ipse Genuam revocaretur. Quibus de
bello gerendo simul consultantibus visum est utile, praeter eas pecunias, quae e Mediolano
mittebantur, alias conquiri, quae in sumptus publicos satis esse putarentur et quoniam sine
magistratuum decreto exigi tributa non poterant, Prosper triginta ex ditionibus retentos cives
et in vincula coniectos, pecuniam ut quisque pro facultate mutuaret, obstinate cogebat; quo-
rum in numero erant multi nobiles ac ex popularibus nonnulli, omnes quidem et genere et
opibus clari ac ex iis plerique adurnarum partium benivoli. Sed ferunt id Paulum suosque
Prospero persuasisse, ut illata praestantibus viris iniuria adurnum nomen execrabile in urbe
redderetur. Sed tanta fuit eorum, qui retenti erant, patientia, ut neminem fuisse credatur,
qui omnia pati potius non maluerit, quam pessimo et inaudito ad id temporis exemplo pecu-
nia sese redimere. Praeter haec Prosper naves duas onerarias, quae in portu stabant, depo-
c. 1299 XX 3 sitis dominis,' in suam retinuit potestatem, quas idcirco, ut ferunt, coeperat, ut et ad fugam
et ad quodcumque effugiendum periculum paratas haberet. Deinde inter sese constituunt,
ut Paulus cum electa ex omni populo iuventute et sfortiano milite, in quo omnis spes victo-
riae posita erat, in proximos montes consideret prohiberetque, ne hostes ea parte aut urbem
aggrederentur, aut in arcem penetrarent: ipse autem Prosper cum reliquo populo tutandae
urbis, ne quis inde motus oriretur, neve aliquis impetus, neve eruptiones fierent ab iis, qui in
arce erant, curam suscepit. Hoc modo maiore metu quam spe adventus hostium exspecta-
batur; iamque Galli, relicto Viragine praesidio, pacato agmine ad Cornilianum vicum, quin-
que passuum milibus ab urbe distantem, pervenerant. Quo Prosper Paulusque cum magna
populi parte et Marco Pio cum equitatu occurrerunt, sed proelium inire non ausi, magna mul-
titudine insequentium hostium trepidi pavidique, in urbem rediere; hostes igitur, nullo repu-
gnante, Sancti Benigni templum et circumpositos colles occupant; at Renatus in vicino litore,
Sancti Petri ad Arenam, quem vocant, iactis anchoris, stabat. Apud omnes rerum peritos
certum est, primo adventu capi urbem potuisse, si classis in portum recta cursum tenuisset
c. 1300 admo'tusque statim uno tempore moenibus exercitus urbem invasisset; sed sive reficere fessos

---

2. lorica *esp.* — 4. his, quoque *esp.* — 8. At *esp.* — 18. iratos *esp.* — 19. eius *invece di* suo - atque *invece di* suaque — 20. quod *esp.* - sic egit *esp.* — 25. conferret *invece di* mutuaret — 27. suosque *esp.* — 32. sua potestate — 32. quas.... ut *esp.* — 33. haberet *esp.* — 36. ipse autem *esp.* — 40. distantem *esp.* — 43. at *esp.* — 44. quem, Apud .... peritos *esp.*

milites voluerint, sive aliquos excitari intra urbem motus confiderent, sive, ut plerique credidere, id consilio operaque eorum civium, qui in castris erant, factum sit, quos patriae caritas movisset, ut sine ferro, sine sanguine victoriam adipiscerentur, positis castris, eo die et insequenti nocte quieverunt. Postridie autem levibus proeliis pro porta certatum est; Genuensibus plerumque victoribus animus in meliorem spem fortunae augebatur. Biduo autem postquam eo ventum est, ante' solis ortum, exposito massiliensi milite, instructa acie, subire mon- Mur., 724 tem universum exercitum Renatus iubet, ratus si montis cacumine hostes pellerentur, facili deinde in arcem aditu se urbem sine periculo, sine labore recepturum. Ipse vero rex e navi eventum pugnae expectabat; tripartito agmine incedebant Galli; ante omnes levis armaturae milites cum sagittariorum parte praemiserant; in secundo agmine eos, qui bombardulis colubrinisque maioribus, qnas vehiculis trahebant, utebantur et totius exercitus robur collocaverant; gregarius quisque miles et reliqua navibus advecta calonum lixarumque turba in subsidiis sequebantur. Paulus contra levis item armaturae militibus sagit'tariisque praeire et non *c. 1301 XX4* congredi, sed missilibus tantummodo hostem lacessere iubet; ipse cum delecta ex omni civitate iuventute et sfortiano milite, ut erat ante constitutum, in medio monte constitit, ut subeuntem hostium phalangem ex superiore loco facilius ab arcis ingressu prohiberet; reliquam omnem multitudinem ex proximis montibus clamore et concursatione pro loci natura terrere a lateribus hostes imperat. Ex urbe Prosper, ut proelio aestuque pugnantes defessi reficerentur, commeatum in montes comportari curabat, et ad mare, si forte classis impetum faceret, iuventutem armatam reliquit contraque obsessos copiarum partem collocavit; ipse cum electis ex reliquo populo viris in praetorio ad omnes impetus paratus erat. Iam Galli eam planiciem, quae in primo colle conspicitur, nullo obsistente praeterierant et per ardua montis subeuntes primam Genuensium aciem, paucis vulneratis, propulerant; inde audacius progressi, secundam adoriuntur; ibi acriter dimicatum submissaque deinde secunda Gallorum cohorte, proelium acrius crudeliusque instauratur. Genuenses cum fessis ac sauciis integri succederent, ex loco superiore tela coniicientes facile hostem aut repellebant, aut retardabant; contra Galli et loci' iniquitate et armorum pondere fatigati, aestu quoque et *c. 1302* siti deficientes, ut sunt molles natura Galli, aegrius languidiusque pugnare coeperunt. Iam ad meridiem usque certatum erat, pari omnium periculo, cum eo tandem certamen, ut plerumque in committendis proeliis fieri solet, deductum est ut ex duobus adversis collibus, qui ceteris in excelso monte editiores essent, acriter pugnaretur, hoste utroque illorum se munimento tutanti, nam hinc Galli bombardulis colubrinisque frequentibus terrere Genuenses atque e collis tumulo, ubi se vallo Paulus et sfortiano peditum robore pro tempore munierat, pellere conabantur; inde Paulus Gallos, confertissima acie in colle persistentes, catapultisque et omni missilium genere, quorum Genuae magna erat copia, e regione acerrime impetebat. Confligebatur praeterea eodem tempore cominus hastis in convalle, quae inter colles erat, non admodum lata, fortissime, cum nunc galli equites sfortianos milites ad Pauli usque tumulum reiectos insequerentur, nunc, Sfortianis rursus resistentibus, et telorum vi repulsi, Galli ad suos redire cogerentur. Cum sic aliquandiu dimicatum esset aequo certamine dubiaque victoria, supervenerunt eo ex insperato in ipso prope proelii furore' tres' ex sfortianis *c. 1303 XX5* Mur., 725 peditum praefectis sine ullo tamen milite, Carolus Cademustus, patria laudensis, Georgius dalmata, qui a pelta, quam vulgo targetam dicunt, cognominabatur, et Nicolaus, Epyro oriundus, viri siquidem fortes et rei militaris longo usu periti et inter Sfortianos virtute clari. Quos idcirco Franciscus e Mediolano ad Paulum Prosperumque miserat, ut et multas equitum peditumque cohortes, Tiberto Brandolino duce, a Francisco Sphortia ad Genuenses auxilio missas, palam pronuntiarent in vulgus et illorum ipsi opera in bello uterentur. Qui, ut iussi erant, faciunt adduntque eas iam copias appropinquare et multos, qui procul venientes conspicie-

4. antem *esp.* — 5. fortunae, autem *esp.* — 8. vero rex *esp.* — 28. ut.... Galli *esp.* — 40. tres soli ex — 41. sine.... milite, patria *esp.* — 43. siquidem *esp.* - fortissimi - longo usu *esp.* - peritissimi - clarissimi — 44. magnam *invece di* et multas — 45. vim *invece di* cohortes - a se *invece di* a Francisco Sfortia - missam

bantur, manu ostendebant, quos ipsi ex proximis Pulciferae vallis vicis sibi ex itinere asciverant. Quo nuntio tanta subito omnium gratulatio fuit, tanta omnes laetitia cepit tantaque omnium animos virtus incessit, ut omnes, uno tempore ac undique sublato clamore ingenti sfortianum ducaleque nomen invocantes, in hostes summa alacritate impetum facerent. Quem cum nec ipsi Galli iam tantis clamoribus et novo, ut credebant, hostium subsidio perterriti, paululum sustinere potuerint, terga priores verterunt et, quamvis subsidiaria acies proelium c. 1304 suscepe'rit pugnamque paulisper redintegraverit, tamen ab universa multitudine, quae in montibus circumstabat, pugnae eventum prospectans, clamore terribili a multis lateribus facto concursu, Galli impetuntur. Paulus ante primos suos hortatus, hostes insequi caedereque iubet; ita telorum hominumque multitudine obruti et timore laboreque languentes Galli in fugam vertuntur; quos Genuenses sfortianique milites per declivum ad ipsum usque maris litus caedendo insecuti sunt. Ferunt Renatum regem, cum multi suaderent, ut fugientes suos navibus recipi iuberet, indignatione permotum respondisse, fugientes proelio milites nullo pacto recipiendos esse prohibuisseque, ne classis litori appulsa quemquam exciperet ut, omni ad classem spe reductionis sublata aequatoque omnium discrimine, ad resistendum constantiores et ad subeunda pericula paratiores essent. Sed ne id quidem consilii quicquam iam victis profuit; deletus est enim, post factum foedae fugae initium, exiguo temporis spatio, ad internecionem exercitus omnis: caesa sunt ab agresti et immani multitudine populoque genuensi, ut postea Franciscus a verissimis auctoribus cognovit, ex Gallis duo virorum millia supra quingentos. Quorum cadavera, cum die postero pluribus locis nuda humi iacentia reperirentur, c. 1305 fuere a sepelientibus' diligentissime enumerata, praeter eos, qui cum nando graves armis naves peterent, unda exceperat ac eos etiam qui ad necem vulnerati commiseratione multorum et eorum praesertim, qui militarem disciplinam profitebantur, aut in urbem, aut in proxima extra urbem aedificia semianimes relati sunt; quo in tanto occisorum numero fuere multi siquidem, cum nobilitate, tum rebus gestis viri insignes; reliqui ad unum omnes capti et spe redemptionis servati. Ex Genuensibus vero tres aut quatuor ad summum in ipso pugnae initio interemptos, vulneratos autem complures.

At vix dum parta victoria fuerat, cum nova civilisque Genuae contentio orta est et Mur., 726 occulta pectoribus odia emersere: Prosper veritus id, quod paulo post evenit, misit sta'tim, qui Fregosos prohiberent, ne urbem ingrederentur et mediolanensem peditatum, obaeratos fautoresque suos ad eum ire edicerent. Quod ubi Pandulfus, Pauli frater, persensit, piscatorio lembo celeriter Pharo traiecta, per angustias portus in urbem penetravit et non multo post Paulus quoque, mari urbem ingressus, fratri se adiunxit. Prosper autem denuntiari Fregosis iubet, urbe excederent: illi vero primum modeste admodum respondere, si ita Prosper c. 1306 velit, se abituros, sed ignorare quid causae sit, cur, inita paulo ante tanta' inter sese concordia et tanto suo suorumque periculo de hoste parta victoria, ita repente patria pellantur. His atque aliis verbis cum tempus tereretur, Bartholomaeus Auria, Lambae filius, qui in regia navi erat, ubi actum esse de Gallis vidit, duabus triremibus in portum vectus, expositisque navalibus sociis collectisque clientum quibusdam, non parvo fregosae parti adiumento fuit. At Prosper Carolo fratri, cum parte copiarum misso, Paulum adoriri iubet; itaque cum pugnatum esset aliquandiu, victor apparebat Adurnus fuissetque, ut fert multorum opinio, nisi mediolanensis cohors proelio abstinuisset, neutri parti propensior, incerta quidem illa quis de civitatis principatu in tanto rerum motu contendentium futurus esset victor, Thoma legato praesertim absente et praefectis omnibus unum se tantum scire asserentibus, Mediolanensium ducem factionem utramque diligere et, pulsis Genua Gallis, quicumque urbis principatum obtinnerit, eum in amicorum numero habiturum. Et ita tanto Adurnus praesidio destitutus,

---

1. indi·e *invece di* manu - Portiferae *invece di* Pulciferae — 17. enim .... initium *esp.* — 19. virorum *esp.* — 22. ac .... etiam *esp.* — 24-25. siquidem *esp.* — 26. vero *esp.* — 27. autem *esp.* - complures ferunt — 28. Genuae *esp.* — 33. autem *esp.* — 34. vero, admodum *esp.* — 36. de hoste *esp.* — 40. misso *esp* — 42. uter *invece di* quis — 46. Et ita *esp.*

urgentibusque Fregosis, paucis comitantibus, fugiens urbe excessit. Qua re victores, resistentibus nullis, Fregosi mox urbis totius imperio potiti sunt declaratusque est deinde Genuensium dux, Paulo assentiente, Spineta eius consobrinus. Inter haec Ludovicus Frego'sus, qui c. 1307 iam Genuensium dux fuerat, civitati non ingratus, Serzanae agens, de his, quae Genuae gesta erant, certior factus, contractis extemplo in Lunensibus per delectum copiis terrestrique itinere contendere iussis, ipse Genuam mari proficiscitur. Quo cum pervenisset, insequenti nocte, regio praefecto in classem ad Renatum perducto, Bartholomaeo Auria et aliis civibus multis annitentibus, Renatus ipse Castelletti arcem ei tradi iussit; ita triduo post, deposito Spineta, Ludovicus Genuensium dux deligitur. At Renatus, Genua solvens, Savonam, re improspere gesta, petiit ibique non multos dies moratus, relicto Ludovico Valla cum eodem praesidio, quod in Castelletto secum habuerat, Massiliam classe redit. Quem cum saepe insignem suorum calamitatem indoleret, dicere solitum ferunt, non a Genuensibus regium exercitum, sed a sfortiano primum peditatu profligatum moxque deinde a Genuensibus deletum caesumque fuisse. Hoc tantae cladis ad Carolum regem, gravissimo iam morbo laborantem, nuntio perlato, ferunt, qui illius curam habebant, prohibuisse, ne eius tam iniucundae rei quicquam persentiret, et tamen paucis post diebus regem, magna rerum gestarum gloria excellentem, vita excessisse. Quo mortuo, Ludovicus, eius primogenitus, quem apud Philip'pum c. 1308 burgundionem in Belgis agentem diximus, Philippo ipso et Carolo unico eius filio comitanti'bus, in urbem Parisios profectus communique omnium voluntate exceptus, in regno suc- Mur., 727 cessit. Hunc cum salutatum gratulatumque adiisset Francisci legatus, qui apud eum moram trahebat, rogassetque ut, cum esset divina clementia regiam dignitatem assecutus, ictum cum Francisco foedus probaret, mox se in Franciscum haud mediocriter iratum ostendit, cum illius consilio, ope operaque, patrium ad Genuam missum exercitum periisse diceret eumque Johanni, Calabrorum duci consobrino, infestum adversari et Ferdinando, regiae Francorum domui hosti, amicissimum magnis viribus auxiliari. Cui cum respondisset legatus, ea omnia non modo eius voluntate, sed hortatu etiam gesta esse, rursus regem dixisse accepimus, quod honores mutabant mores, graviterque suos increpasse, qui Mediolani cum Francisco foedus inierant seque propediem in Italiam ad ulciscendas adversus Genuenses iniurias maioribus exercitum viribus missurum affirmasse. Interea et Alexander Fridericusque in Sabinis et Ferdinandus in Campania, facta pabuli copia, ex hibernis eduxerunt; dein Fridericus, ecclesiasticis copiis sibi adiunctis, in Jacobum Sabellum a Pio pontifice ingenti studio missus; Alexander adversus Picininum, qui' Sulmonenses in regia fide persistentes, a proximis populis c. 1309 undique interclusos, gravius premebat, proficisci iussus est. Sabellus Picinini auxilio destitutus, in gratiam cum pontifice rediit, Silvestro Lucino cum praesidio incolumi abire permisso. Ex quo pacatis omni ex parte romanis rebus, Fridericus Petrum Johannem Paulum Cantelmum, quem initio gallici belli a Ferdinando defecisse demonstravimus, propinquosque incolentes populos pontificis iussu invasit, qui multa per eam aestatem campani agri castella atque oppida, quae Andegavensium insignia erexerant, Caudolis etiam magnis proximorum procerum brutiorumque populorum viribus auctis fortissime repugnantibus, partim expugnavit, partim per voluntariam deditionem in fidem recepit. Quae, etsi in neapolitani regni finibus sita erant, Pius tamen, Ferdinando Franciscoque id aegre ferentibus, praeter ius fasque in suam Ecclesiaeque retinuit potestatem effecitque is quoque incredibili paene studio post sarnensem pugnam, ut Andreas, alter sororis filius, Castelleono, Piscariae oppido, a rege donaretur; quod, ut docuimus, in Etruria est Senensium finibus proximum, ab Alphonso primo, quod cum Florentinis gesserat, bello occupatum. Alexander vero, per Sabinos Marsosque iter faciens, in Sulmo'nensium fines pervenit; dein, factis circumquaque incursionibus multis c. 1310 praedaque ingenti ex agris abacta, in planum, quod sulmonense appellant, descendit. Eius

---

10. improspere *esp.* — 13. mox — 14. caesumque fuisse *esp.* — 26-27. accepimus honoribus mores mutare graviterque — 27. incusasse *invece di* increpasse — 41. praeter.... in *esp.* — 42. Ecclesiaeque *esp.* - effeceratque - incredibili.... studio *esp.* — 45. vero *esp.* — 46. iter faciens *esp.*

adventu Picininus montuosis iniquisque locis se continere coepit; ob id levia tantummodo proelia fieri coepta. Acciditque ut per eos dies Donatus mediolanensis, itinerum locorumque situm speculandi gratia, castris cum paucis egressus, in hostium insidias incaute prolapsus caperetur moxque ad Picininum perductus in vincula coniiceretur. Multa interim oppida cum ipsis dominis sulmonensibus proxima, quorum Cellanum populumque fuere primaria, Alexandro sese dediderunt liberamque illi deinde Aterni traiiciendi amnis potestatem fecerunt. Sed dum Alexander, Matthaeo campano sibi addito, Picininum aequum in locum trahere conatur, et ille se montibus munitisque locis continet, tempus teritur. Qua re perspecta, Alexander omnibus copiis adoriri hostem, ubicumque esset, instituit; itaque, instructa acie, cum in eum ire contenderet, ille metu territus, praecisis a pabulatoribus magna celeritate funibus levatisque onere iumentis ac uno eodemque tempore collectis per castra sarcinis, longiore omnium opinione intervallo ab eius castris in munitiora loca fugiendo secessit continuatisque deinde itineribus non prius restitit, quam se Johanni adiunxerit. Ceterum, dum haec agerentur, Ferdinandus in Apuliam transierat; Johannem, qui se apulis urbibus continebat, saepius in pugnam provocarat feceratque, ut hostes neque unum in locum coire, neque munitionibus exire auderent et ipse proinde per Apuliae campos impune vagaretur Sanctumque Angelum postremo, oppidum in Gargano monte situm, muro cinctum opibusque non obscurum, vi cum praesidio captum praedaeque datum, diripuerit. Sed ubi de Picinini adventu certior factus est, Alexandrum, ut ad se quam maturime contendat, multis nuntiis edocet; ipse autem, quod in apertissimis Apuliae campis, ubi omnia sibi hostilia erant, contracto magnis viribus ab hoste exercitu, amplius sibi consistendum non videbatur, per patentissimam Sipontinorum planiciem ad Aufidum flumen profectus, non procul a Barulo resedit, quod est oppidum moenibus apprime munitum et populo frequens et inter reliqua illius regni oppida nobile famaque celebre et gottholano nomini deditissimum; huic proxima est Tranensium urbs in Apulis clara atque opulenta et regi item fidelissima; praeter duo haec oppida c. 1312 et quae a Francisco Baucio, Adrianorum duce, possidebantur, ad id temporis nihil sese in omni Apulia regi fuerat reliquum. Andegavensis vero, cum primum appropinquare Apulorum finibus Picininum cum exercitu cognovit, confestim educit atque unum in locum totis copiis ipse Picininusque convenere; idem facit Tarentinus iisque se socius addit; deinde nulla cunctatione Baucium invadunt compositisque paucis post diebus per inducias rebus, ad Aufidum et ipsi quoque a loco superiore castra ponunt. Ferdinandus eo hostium adventu, quo tutiore loco esset, oppido propinquius admovet, ibi eo usque moraturus, quoad Alexander cum auxiliaribus copiis advenisset. Fuerunt permulti, qui advocato concilio suadebant, ut se oppido rex cum exercitu includeret; sed Robertus sanctoseverinas accomodata oratione id consilii plurimum improbavit, cum nihil fore eo tempore regiae auctoritari turpius, nihil detrimentosius nihilque ad augendam hostibus aestimationem utilius diceret, quam si rex muro se abderet; qua re factum, est ut extra oppidi moenia toto exercitu munitione ab apertis castrorum lateribus celeriter perfecta, se plures dies continuit. Cui repens et inopinatus paene adventus Georgii Castriotae, viri fortissimi et rei militaris usu Turcarum more insignis, quem c. 1313 barbaro vocabulo Scanderbech nominabant, ex Epiro moventis cum octingentis circiter equitibus, navibus in tranensem portum advectis, non mediocri adiumento fuit. Is enim cum graviter continenterque per superiora tempora a Turcis premeretur, saepe ab Alphonso rege et milite et frumento ultro liberalissimeque adiutus est voluitque proinde, accepti beneficii Mur., 720 memor, Ferdinando filio beneficium et ipse coram tam necessario tempore reddere cumu-

---

13. Ceterum *esp.* — 16. et, proinde *esp.* — 16. vagatur — 17. postremo *esp.* - muro cinctum *esp.* - opibus — 18. praedae militibus concedit. Sed — 20. autem, sibi *esp.* — 21. magno *invece di* magnis viribus - sibi *esp.* — 27. vero *esp.* — 28-29. educit et Picinino coniungitur idem — 29. iisque .... addit *esp.* — 32. propinquius *esp.* — 33. ut *esp.* — 34-35. sanctoseverinas oratione et auctoritate sua prohibuit cum — 35. fore *esp.* — 36. detrimentosius nihilque *esp.* — 36-37. quam .... abderet *esp.* — 37. factum est ut *esp.* — 43. ultro liberalissimeque, est *esp.* - voluit - proinde *esp.* — 44. et ipse *esp.*

latius. Pugnabatur paene quotidie inter bina castra non multo milite, pari fere certamine, cum nec totam hosti Ferdinandus pugnandi potestatem faceret; at posteaquam Alexander Brutiis cessisse Picininum cognovit, ad Johannem profectum ratus, relicto in Teatinis Campano comparatisque pro tempore haud multorum dierum cibariis, ex Brutiis movet et per Apennini saltus montesque ire pergens, magnis tandem difficilibusque confectis itineribus, post octavum diem Beneventum pervenit, magno pecorum abducto numero, quae per montium iuga vagus miles ex itinere ceperat; quorum ope exercitus, cibariorum inopia pressus, plures se dies aluit; exinde in Apulos non longe a Luceria descendit. De hoc Alexandri per ea loca adventu hostes crebris nuntiis certiores facti, castra quamprimum movent seque a Ferdinandi' castris procul avertentes, in loca tuta duxerunt; itaque Ferdinandus ab Alexandro *c. 1314* de suo in Apuliam accessu edoctus, facta sibi ab hoste abeundi ex Barulo potestate, ubi dies complures paene obsessus manserat, ad Alexandrum exercitu toto contendit iunctoque simul utroque exercitu, Jesualdum oppidum circumsedere. Quo haud multis post diebus simul cum arce, cernentibus hostibus, expugnato ac in praedam verso, Ferdinandus hostesque item eodem fere tempore in hiberna rediere. Per eam hiemem Nolani, qui a Neapoli non longe absunt, praeclusis a rege Apennini portis, quibus ad eos ex lucanis frumentum quotidie importabatur, laborare durius rei frumentariae inopia coeperunt. His Ursus comes, quem a Venetis ad Tarentinum cum equitatu profectum commemoravimus, a Tarentino ipso cum praesidio destinatus praeerat; qui, seu ea frumenti penuria coactus, seu alia ratione ductus, assentientibus Nolanis, amicus ex hoste factus, regi sese dedidit. Quae sane res quacumque ex causa profecta sit, tum Neapolitanis ea tempestate, tum regi ad res deinde benegerendas magno usui fuit.

Sub idem fere tempus Sigismundus Malatestas, Andegavensium partis factus, ruptis eius pacis foederibus, quae priore' biennio cum Pio pontifice firmaverat, primum Mondavinorum *c. 1315 YY1* arcem in agro piceno per proditionem cepit, deinde infesto exercitu Romanae Ecclesiae fines ingressus, aperte bellum Picentibus intulit et non multo temporis spatio cuncta oppida atque municipia, quae Pius per eam pacem Ecclesiae patrimonio adiudicaverat et postea, uti demonstratum est, Antonio sororio concesserat, praeter Senogalliam per' deditionem occupavit; MUR., 730 Ludovicum Malvicium praeterea, quem Pius cum non parvo militum numero Picentibus auxilio miserat, adortus primo fere impetu profligavit atque fugavit. Hoc praeceps ad res novandas Sigismundi consilium Francisco molestissimum fuit, quippe qui eum post firmatam cum pontifice Pio pacem assidue monuisset rogassetque, ut pro eius ipsius commodo in pace mallet cum stipendio, etiam sua dignitate non indigno, vivere, neutram in partem inclinans, quam se ditionemque suam rursus ancipitis belli casibus obiectare; sed si tanta eum belli gerendi cupido incessisset, ut omnino in alteram decertantium de regno partem sumere arma instituerit, prospiciendum esse quo se verteret diligentius; sibi enim videri cum Dominicus Malatesta frater andegavensis bracianaeque factionis esset, ei romani pontificis Ferdinandique partes amplectendas; quod' utraque pars bello cessisset, ipse in tuto esset, nam si *c. 1316* Ferdinandum Andegavenses superaverint, fratris causa nihil ei mali accidere posset; sin vero Andegavenses ipsi cesserint, res sua fratrisque eius etiam causa in portu semper foret; at ille studio contrario ductus, sapientissimi principis consilium neglexit, sed tamen non diu illi fortuna illusit, quin spreti consilii poenas dedit.

Eodem anno circa kalendas augustas Franciscus ob continuam animi solicitudinem gravesque labores, quos quotidie capiebat, Italia novis bellorum exaestuante incendiis, quibus

---

5. montesque.... pergens — 8. exin - hoc *esp.* — 9. per ea loca *esp.* — 10. itaque *esp.* — 12. omni *invece di* toto — 12-13. iunctisque — 13. simul *esp.* - utroque *esp.* - copiis *invece di* exercitu - circumsedit *esp.* — 15. item *esp.* — 15-16. qui.... absunt *esp.* — 16. itineribus *invece di* portis — 21. deinde *esp.* — 27-28. et postea.... concesserat *esp.* — 30-31. profligavit atque ad res novandas *esp.* — 32. ipsius *esp.* — 33. sua dignitate *esp.* — 33-34. vivere quam se rursus — 34. eum *esp.* — 36. instituisset *esp.* - verteret consilii sui esse cum — 37. romani *esp.* — 38. utravis — 39. vero *esp.* — 41-42. sed brevi spreti — 43-44. gravesque.... capiebat *esp.*

et consulere et occurrere sui officii esse iudicabat, in febrem incidit quotidianam eamque adeo gravem ut dies noctesque cruciaretur; nec multo post aliae etiam periculosissimae ex aqua intercute articularibusque doloribus aegrotationes supervenerunt, quibus ita universo corpore vexabatur, ut ex tanta multiplicique morborum magnitudine saepe ac multum de eius quoque vita fuerit dubitatum; nec tamen in tanta malorum mole atque discrimine destitit unquam, excelso invictoque animo vir, quominus omnia provideret, pararet, moderaretur, quae tum suis, tum etiam Ferdinandi rebus conducere arbitrabatur. Itaque cum et optimum factu c. 1317 YY2 fore et ad res praesentes maxime pertinere existimaret, tametsi in dies magis atque magis ea invalitudine conflictabatur, legatos misit ad Ludovicum, Francorum regem, qui, ut supra ostendimus, mortuo patri Carolo in regnum successerat, magnae fidei et auctoritatis apud eum viros, Petrum Posterlam, Thomam rheatinum et Laurentium pisaurensem, qui et acceptum de illius patris obitu dolorem exponerent et quod tanti regni gubernacula cepisset, ei gratularentur. Per idem quoque tempus Veneti ac Florentini eandem ob causam ad regem ipsum legationes miserunt et quamquam hi legati omnes humaniter a rege excepti sunt, quos tamen Franciscus miserat, benignius excepit; ducales autem legati, qui diutius apud regem mansere, per literas Francisco significarunt; Florentini vero, quorum principes erant Philippus Medicis, archiepiscopus pisanus, et Petrus Pazius, eques auratus, in patriam redeuntes, coram ex itinere regio nomine eidem renunciarunt, ut a ferendo in reliquum tempus Ferdinando taraconensi auxilio desisteret, quin potius in Renati regis, avunculi sibi carissimi, partes se ascisceret; quare eum et hortari et rogare, ut Renato avunculo ac Johanni, Calabrorum duci eius filio consobrinoque suo, quidquid posset opis ferre studeret; id enim Ludovico regi futurum quam gratissimum addebatque id summi se beneficii loco habiturum operamque c. 1318 daturum, ut gratissimum' se fuisse iudicaret; quod si minus ad id animum induceret, unum saltem, quod honeste praestare poterat, efficere eum poscebat, ut neutram in partem se propensiorem redderet illudque etiam firmum exploratissimumque haberet, ubi cum Renato rege sentire suisque rebus adesse instituisset, quamcumque ab eo conditionem exposceret, facile assecuturum; quod si secus faceret perseveraretque adversus suos Taraconensium causae favere, se omni spe ad consequendum Siciliae regnum suis necessariis affuturum foreque deinceps ut ei semper adversaretur. Quibus auditis rebus, Franciscus, etsi ea morborum mole doloreque gravissime premebatur intelligebatque, si Andegavenses citeriore Siciliae regno potirentur, magnum sibi suisque periculum imminere, nihilo tamen secius a pristina sui animi Mur., 731 sententia ullo pacto discedere instituit,' quominus et fidei et officio et societatis italicae foederi incorrupte sancteque satisfaceret. Qua quidem in re non tam amicos quam domesticos suos omnes adversam in sententiam habebat et in primis Blancam coniugem senatumque universum ac reliquos, quibus erat carissimus, praeter unum Angelum Acciarolum, honestissimum florentinum, equitem auratum, de quo in superioribus commentariis mentionem fecimus; qui, c. 1319 YY3 etsi an'tea factionem andegavensem miro quodam studio sequebatur, tamen mutato consilio cum Ferdinando unice sentiebat; at Blanca, ut erat mulier prudentissima, cum de viri vita in tanta morborum magnitudine non temere dubitaret, cupiebat Francos Andegavensesque simul sibi ac filiis reconciliare uxoremque tradere Johanni duci Hippolitham filiam, quam proximis annis, ut ostendimus, magno studio petierat idemque novissime per legatos renovarat. Quam ob causam Blanca et per se et per alios magnae auctoritatis viros, cum per

---

1. continuam *invece di* quotidianam — 2-4. post et aqua intercute articularibusque morbis universo prope corpore ita vexatus ut saepe — 5. quoque *esp.* — 6. excelsi atque invicti animi — 7. etiam *esp.* — 9-11. qui .... viros *esp.* — 13-14. ad regem ipsum — 14. et .... legati, a *esp.* - rex - excepti sunt *esp.* — 15-p. 451 l. 17. excepit Quo tempore omni adhibita diligentia tentavit eum a Ferdinandi amicitia avertere et Renato avunculo eiusque filio Johanni consobrino suo reconciliare Sed ea fides et constantia Francisci fuit ut nempe tanti regis auctoritate nullis praemiis nulla periculorum denuntiatione abduci potuerit moriturum se prius adurabat quam in calamitate amicum deserturum In ea re amicorum familiarium consiliariorum adhortationes precesque negligebat Egerat idem rex per legatos primum cum pontifice mox per Johannem atrebatensem cardinalem ut Tarraconensis partes desereret nisi id fecisset novum concilium minitabatur Pontifex respondebat se id P

tempus licebat, saepissime virum hortata est, ut secum animo volutaret, quanto in periculo res suae nutarent et ob id, dum poterat, vellet suae liberorumque saluti prospicere; quod solum fieri posse intelligebat, si cum Andegavensibus sentiret. Quae cum Franciscus audisset, non potuit tandem se prorsus continere, quin paulo excandesceret, non solum quod animadvertebat multis indiciis uxorem de eius vita dubitare, sed quod auderet quispiam eum a iustitia honestateque avertere; itaque iussit ne quis posthac tentaret eade re minimum quidem verbum facere, cum semper diceret, malle se non principatum modo, sed vitam etiam ipsam amittere, quam a fide promissisque discedere et virum incon'stantem atque perfidum *c. 1320* existimari; eodemque modo responderat florentinis legatis respondebatque omnibus Mediolanum flectentibus, qui eum de re huiusmodi alloquebantur, cum nihil esse diceret in humana vita praeclarius nihilque principe dignius quam inviolate fidem servare, nihil contra turpius nihilque homine libero indignius quam fidem fallere. Quae vero Ludovicus rex, ut supra demonstravimus, Francisco renuncianda iusserat, eadem fere Pio pontifici per suos primum nuntios, postremo per Johannem atrebatensem cardinalem referenda curavit adiecitque, nisi desisteret Pius taraconensi causae studere, se navaturum quamprimum operam, ut novum celebraretur concilium, quod in eius auctoritatis dignitatisque diminutionem futurum esset. Qua re pontifex adductus, respondebat iis, qui Ferdinandum oppugnabant, se id in tuendo eo rege in regni possessione facere, quod iustitia honorque suus deposcebat; haec palam pronuntiabat Pius; clam vero ea se facturum dicebat, quae Franciscus, Mediolanensium dux, qui esset in causa bellique societate primus, facere tandem instituisset; rursusque, ut erat ingenio perspicaci, cum suis, tum Othonis Carreti, qui apud eum pro Francisco legationem gerebat, literis significabat, se nullo pacto perfer're amplius posse infinitas paene molestias atque *c. 1321 YY 4* calumnias, quae ei et a Francorum rege et a plerisque Ecclesiae praelatis et ab universa prope Romana Curia quotidie inferebantur: quod Ecclesiam Dei in tantis bellorum periculis atque incendiis posuisset, dum Ferdinandum in regni possessione tueretur et quod sibi esset satis, si contendentium de regni possessione exitum spectaret et neutram in partem inclinaret, quin potius Romanae Ecclesiae patrimonium in pace regeret malletque tantam pecuniae vim, quam in eo bello consumeret, pro fidei christianae beneficio adversus Turcos erogare. Haec sane et alia huiusmodi etsi pontificis animum plurimum solicitabant et ab instituto non mediocriter deterrebant, praecipue cum intelligeret Franciscum graviter aegrotare, de cuius vita plurimum dubitabatur, videretque rem Ferdinandi in maximo periculo positam et ob id diceret, esse praesens Ferdinandi negotium illius hidrae persimile, cui septem capita extitisse fabulantur, pro quorum singulis praecisis, septem extemplo pullularent; quandoquidem in eo bello quicquam prospere Ferdinando semel successisset, hostes septies essent superiores; itaque non minus esse Francisco duci de sua suorumque salute, quam sibi de re ecclesiastica' consultandum, donec res integrae adhuc essent haberentque non minus auctoritatem quam *c. 1322* facultatem. Ad haec eodem modo Franciscus contra respondebat semper, se omnino id curaturum in tuendo Ferdinando rege, quod honestum honosque suus expeteret et, ut idem ipse Pius faceret, etiam atque etiam multis argumentis hortabatur addebatque, ne aliquorum minas inanesque sermones, quibus Galli maxime studebant praesertim, metui sibi duceret; non enim vereri se, si ii fierent ab utroque conatus, qui fieri facile poterant, quin brevi optata essent victoria potituri. His Francisci responsis perterritus pontificis animus erigebatur, augebatur constantiorque' ad praestanda Ferdinando regi auxilia reddebatur, cum praesertim intel- MUR., 732

---

18. honoreque suo esset haec — 18-19. pronuntiabat *esp.* — 21. astuto callidoque *invece di* perspicaci - legati munus *invece di* legationem — 22-23. atque calumnias *esp.* — 25-26. tueretur esse satius contendentium exitum spectare — 26. inclinare — 26-27. quin potius *esp.* — 27. regere et tantam — 27-28. quam.... consumeret *esp.* — 28. Turcas — 28-29. sane et alia — 31. et *invece di* videretque — 31-37. et ob.... modo *esp.* — 37-42. respondebat.... responsis *esp.* — 42. perterritum, animum - iterum *esp.* — 42-43. erigebat augebat — 43. constantioremque - *Dopo* positam P *in margine aggiunse*: tamen ab instituto (Pius) discedendum non censebat sed Francisci consilio atque ope se et rem ecclesiasticam protegi atque servari maiorem in modum postulabat - reddebat — 43-p. 452 l. 1. ostenderet *invece di* intelligeret

ligeret non modo se nihil amissurum, sed ampliorem potius cum Romanae Ecclesiae, tum necessariis suis ditionem adepturum. Quas ob res dicere Franciscus solitus est, longe difficilius laboriosiusque sibi esse, continere pontificem Pium in officio quam eius belli sumptus molestiasque perferre.

Per idem fere tempus, cum rumor circumquaque vagaretur non modo per cisalpinam Galliam, sed per universam prope Europam, Franciscum aut mortuum, aut propediem mori- c. 1323 turum, placentini agricolae, viri in primis' seditiosi atque improbi rerumque novarum cupidi, magno undique coacto numero, coeperunt primum in Francisci magistratum iura ruri reddentem quaestoresque impetum facere, cum dicerent nolle amplius oneris quicquam subire, aut pecuniarum aliquid pendere, quod pro patriae more hactenus pendere consuevissent suntque tanta amentia furoreque incensi, ut Placentiam urbem, quam omnino defecturam arbitrabantur, infesto agmine adorirentur. Civitas vero omnis in factiones quatuor divisa tanto agrestium tumultu confestim in arma commota est, cum ipsae inter se factiones divisae altera alteri maxime diffideret. Quibus de causis, cum esset ingens rusticorum manus elata et ab Mur., 733 amicis in urbem per muros admissa, in id 'res urbana discriminis adducta est, ut parum defuerit, quo minus per aliquos seditiosos cives a sui principis fide deficeret. Sed ea fuit singularis Conradi Foliani, qui eo celeriter missus fuerat, diligentia atque solertia, ut et urbs servata sit et rustici ipsi, multis pollicitationibus adducti, ad sanitatem redierint reconciliatique in loca quisque sua remigraverint. At Florentini, ut sunt magna prudentia animique c. 1324 virtute viri et Francisci praeterea amantissimi, ubi intellexerunt' quanto in periculo eius principis vita versaretur, veriti, ne quid Veneti ceterique finitimi in filiorum imperium molirentur mali, confestim duos e civitatis primoribus Bernardum Medicem et Detesalvium Nigium Mediolanum legatos miserunt, qui, sublato forte ex humanis Francisco, Blancae uxori filiisque consilio auxilioque adessent. Ceterum non multo post tempore rustici iidem placentini, coacta maiore manu, rursus maximo in arma tumultu concurrerunt sibique praefecerunt hominem temerarium atque improbum, comitem Honofrium Anguissolam, quem priori tumultu clam initium dedisse aiunt et nunc haec, nunc illa nobilium municipia invadebant obsidebantque, omnia se ferro ignique vastaturos interminantes, ni sese municipes dederent, qui eos in tanto facinore sequi noluerant. Qua re cognita, eo mittitur celeriter Francisci iussu Donatus mediolanensis, qui post longam captivitatem a Picinino tandem in libertatem restitutus in Longobardiam per hiemem redierat, adversus inconditam multitudinem perditamque agrestium factionem, is e Placentia cum fortissima instructaque militum acie movens, primo impetu facinorosissimorum hominum phalangem fudit fugavitque, quorum magna pars capta c. 1325 est' atque interempta. Ipse vero Honofrius, qui et tam nefandi facinoris auctor et scelestorum dux fuerat, exterritus in sua se municipia receperat; sed a suis etiam necessariis et agnatis non multo post cum in Genuensium fines fuga contenderet, interceptus est et ad Franciscum perductus, qui multis assiduisque eius gentilium precibus, ne quid in eum acerbius statueret, permotus, vita sonti donavit; iussit tamen in carcere servari eiusque bona publicari. Per eosdem quoque dies Tibertus Brandolinus, quem ob eius spectatam in re militari virtutem Franciscus multum semper dilexerat, quod primo rusticorum motu, ut postea cognitum est, futurum existimaret, ut is ex hac luce migraret, clam cum rusticis coniurarat eosque, ut arma caperent, secreto hortabatur, affirmans se illis una cum Picinini copiis, quae in Flaminia erant, auxilio fore. Sed ubi Franciscum primo vere, quo tempore eum vita functurum putarat, convalescere vidit, transfugere universo suo cum milite decrevit, Johannis ande- Mur., 734 gavensis Picininique partes secuturus, quibus cum iam conspirarat; utque fugam facilius

---

1. se *esp.* — 3. Plum *esp.* — 12. vero *esp.* — 19-20. ut .... amantissimi *esp.* — 21. in .... imperium *esp.* — 22. mali *esp.* — 23. qui si quid Francisco accidisset Blancae — 27. ferunt *invece di* aiunt — 31-32. adversus.... factionem *esp.* — 33. quorum *esp.* — 34. vero *esp.* — 36. est *esp.* — 37. qui, eius *esp.* — 37-38. acerbius statueretur vita donatus est in carcerem tamen coniectus est bona publicata — 39. quoque, eius *esp.* — 43-44. primo .... putarat *esp.* — 44. universo .... milite *esp.*

commodiusque pararet, simulat se idcirco cum Cornelia coniuge Flaminiam petere instituisse, ut uxorem daret' Leonello filio, brevi Mediolanum rediturus. Itaque, venia a Francisco facile *c. 1326* impetrata, qui nihil mali de homine suspicabatur, ob magna praesertim a se in eum collata beneficia, evenit interim, ut Franciscus a quibusdam Tiberto carissimis, quibus cum omnia eius consilia communicare solebat, fieret certior, Tibertum cum universa eius militum manu e Longobardia in Flaminiam brevi abiturum. Quibus rebus plane cognitis, Franciscus hominem, dum adhuc Mediolani esset, retineri iussit, qui nec, quae de eius fuga enuntiata fuerant, negavit; eo igitur in carcerem coniecto, diu ac multum Franciscus, ut erat humanissimo clementissimoque ingenio, quid de homine sibi agendum esset, subdubius fuit; sed tandem, cum et ipse per superiora tempora satis superque hominis mores cognovisset didicissetque per eos, quos illius custodiae praefecerat, animo esse Tibertum ulcerato et ad quodcumque perpetrandum facinus promptiore, quam unquam antea extitisset, decrevit non necandum, sed perpetuo carcere asservandum. At ille, ut erat immani, diro efferatoque animo, conscius sibi perfidiae suae certoque existimans futurum ut publico iudicio obtruncaretur, sibi ipse per iugulum mortem conscivit et ita vir impius mul'torum annorum scelerum supplicium *c. 1327* tulit ac vitae finem fecit miserandum. Fuit enim Tibertus ingenio acri callidoque et animo insuper feroci et corpore robusto et longo etiam rerum bellicarum usu peritus; sed nulla ei fides, nulla pietas, nulla religio, nullus Dei metus et dira in primis crudelitas, varius quoque et mutabilis, gloriae divitiarumque appetens et rerum novarum cupidus.

At Franciscus, etsi diutius incurabili illa vi morborum vexatus est, tandem in ipso vere primo, partim singulari peritissimorum medicorum diligentia, partim ob miram sui corporis fortitudinem atque temperamentum summamque animi patientiam, cum nulla in re detrectasset ulla unquam medicorum remedia, quae ipsa paene morte acerbiora videbantur, liberatus est a perpetua illa febri et ab intolerandis articulorum doloribus et, quantum videri poterat, ab ipsa etiam aqua intercute, qua tamen ob malam hepatis dispositionem nunquam omnino liber redditus est; itaque, etsi convaluisse videbatur, nunquam tamen postea eodem fuit oris colore, aut qua prius membrorum agilitate fuerat cum eadem semper esset animi magnitudine et tolerantia ad munus omne et privatim et publice obeundum.

---

1. idcirco *esp.* — 2. rediturum — 3. a se *esp.* — 5. eius *esp.* - magna *invece di* universa — 6. Quibus.... cognitis *esp.* — 9. sibi *esp.* - addubitavit *invece di* subdubius fuit — 14. perfidiae veritus ne publico — 15. per iugulum, et ita *esp.* — 15-16. impius.... Tibertus *esp.* — 17. et, et, etiam *esp.* — 21. primo *esp.* - sui *esp.* — 23. medicorum *esp.* — 26. itaque.... videbatur, tamen *esp.* — 27. neque eo *invece di* aut qua prius

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER VIGESIMUS NONUS

At vixdum ea, quae secuta est, aestas incoeperat, cum Tarentinus Picininusque, Mur. 735 c. 1328 contracto in Apulis non multo militum numero, (qui fuit annus a dominica nativitate sexagesimus secundus supra quadringentesimum et millesimum) Juvenatium primum obsederunt, quassatisque diu bombardarum ictu moenibus, oppidanos metu territos ad deditionem compulerunt. Trano subinde urbi admoventes, haud multo temporis spatio, cives partim frumenti penuria, partim artibus iisdem, quibus Juvenatinos subegerant, pressos, in potestatem redegerunt, arce, quae munitissima est et ad mare pertinet, in regia fide permanente. Post haec in proximos Barolensium agros progressi, nunc per proditionem oppidum, nunc per vim metumque capere tentant; sed ubi, cum propter eximiam oppidanorum in Ferdinandum fidem, tum propter egre'giam murorum structuram, qua c. 1329 mirifice circumvallantur, nihil proficere vident, devastatis circumquaque agris, in Adrianos duxerunt. Quorum oppidum cum dies plures acriter oppugnassent, Franciscus Baucius, de quo supra mentionem fecimus, cuius imperio oppidani parebant, omni spe auxilii destitutus, cum nullae neque essent in regione ea regiae copiae, neque propediem futurae dicerentur, subactis praesertim duabus vicinis urbibus, sese simul cum oppidanis per pactionem hostibus tradidit. Per idem quoque tempus Johannes, coacta altera militum manu, in Garganum montem profectus, oppida universa, quae superiore anno Ferdinandus magno exercitu magnoque labore recuperaverat, dedentibus sese rursus oppidanis, non multo negotio in fidem recepit. Inter haec Alexander sfortianas copias ex hibernis eduxerat et non longe a Benevento consederat, quod propter copiarum paucitatem progrediendum sibi longius non videbatur, sed Ferdinandum regem cum reliquo exercitu tutis locis exspectandum; verum pecuniae inopia, sine qua nihil in bello fieri potest, fecerat, ut diutius quam temporis bellique ratio et rerum praesentium conditio deposcebat, ex Campania in Apulos Ferdinandi reditus retardaretur; quare interim fa'ctum est, ut nulla pressis obsessisque ferri auxilia potuerint; vagari per c. 1330 amplissimos Apuliae campos, populari vastareque omnia impune hostibus licuit. Haec cum et literis et nuntiis quotidie fere Franciscus intelligeret, non poterat graviter non commoveri, quippe qui et ad Alexandrum Neapolim et ad Fridericum urbinatem Romam abunde opportuneque pecunias misisset; huic enim altera stipendii pars a Francisco ipso, altera a Pio pontifice regis causa quotannis exsolvebatur; alias praeterea pecunias, praeter arma, tela et quae

3. Principio sequentis aestatis anno sexagesimo secundo supra quadringentesimum et millesimum Tarentinus — 4-5. qui.... millesimum *esp.* — 7. metu territos *esp.* - inde — 9. pressos *esp.* — 12-13. qua.... circumvallatur *esp.* — 18. quoque *esp.* — 19. exercitu magnoque *esp.* — 22. sibi *esp.* — 24. sine.... potest *esp.* — 26. factum.... ut *esp.*

bello usui sunt, ad Campanum in Brutios dederat, qui cum nihil seu parum a rege pecunia-
rum consequi posset, ad eum saepe querulus confugerat et quicquid insuper aut ipsi duces
ab eo petebant, aut ipse ad res gerendas usui fore putabat, largiter ex Mediolano submini-
Mur., 736 strabat' eosque hortabatur pro regis commodo, ut quanto celerius fieri posset, in apertum
exirent tempusque hostibus praeriperent, nam nihil ea tempestate Francisco magis cordi erat
nihilque illius animum magis solicitabat quam praesens bellum regni, omnia vincendi studio
impigre excogitabat, parabat, efficiebat. Sed tandem maiore aestatis parte exacta, rex cum
c. 1331 viribus, ex Campania movens, circa kalendas augustas Alexandro adiungitur. Hi prima' pro-
fectione, hostium fines ingressi, Aquadiam, in Apulis oppidum non ignobile, circumsistunt.
Johannes autem et Picininus (nam Tarentinus invalitudinis causa in sua oppida paucis ante
diebus lectica delatus redierat) omnibus omnium iunctis copiis instructaque acie, eo profecti,
in summo colle, qui non procul oppido imminet, constiterunt et nonnulli in campum ad
speciem committendi proelii descendere coeperunt, sperantes loco cessurum regem obsidio-
nemque deserturum. At rex et Alexander, instructo mox exercitu, eos nulla cuncta tione
invadunt, factaque pugnandi potestate, qui in campum descenderant, ad suos confestim repulsi
sunt; quod ubi hostium duces conspexerunt, tanta celeritate in castra reversi sunt, ut prae-
missi levis armaturae equites novissimas eorum cohortes consequi non potuerint. Itaque
diruto tormentorum vi muro, paucis post diebus quam eo ventum est, oppidum expugnatur
et in praedam vertitur regioque deinde iussu inceditur. Direpto igitur atque exhausto Aqua-
dinorum oppido, rex dein Ursariae admovit et die tertio, posteaquam obsideri coeptum est
oppidum, ad colloquium de deditione oppidani venerunt pactique sunt, datis obsidibus, sese
atque oppidum intra quatriduum dedituros, nisi a suis interim obsessione liberarentur. Ho-
c. 1332 stes, ea re co'gnita, ad quindecim kalendas septembres ex Asculo, urbe apula movent et
minus ab urbe Troia passibus mille, qua ad orientem spectat, castra ponunt eo quidem con-
silio, ut inde propinquiores etiam castris adversariorum facti, ante destinatam deditioni diem
obsessis opem ferrent. Itaque postridie eius diei prima luce Johannes Picininusque, instructo
exercitu, mittunt, qui collem quendam, qui inter sua hostiumque castra interiacebat, cape-
rent, ut illo occupato, castra eo confestim transferrent. Quod cum renuntiatum esset regi,
mittit et ipse statim Johannem Comitem, virum fortem et rei militaris peritum, ut quid agant
hostes quave iter faciant, velociter ab eo cognoscat. At vix quae missus de hoste intelle-
xerat videratque, per nuntios refert cum interim procul cernitur non modo collis, sed tumulus
etiam quidam terrenus, qui Ursariae propius adiacet, ab equestribus hostium turmis teneri;
quibus potiti hostes facile regium exercitum aquatione pabulationeque prohibere poterant.
Qua re perspecta, rex, armato celeriter exercitu ordinibusque instructis, eo in hostes animo
educit, ut qui collem tumulumque occuparant, adortus loco omnino pelleret. Itaque Ale-
c. 1333 xander, parte peditatus sumpta et non multo etiam equite sfortianoque in primis' peditum
Mur., 737 robore ad altera addito, in hostem ire contendit; is ubi tumulo appulsum' est, Robertum
sanctoseverinatem et alterum Robertum Ursinum et Antonellum burgensem, quem alexandrino
bello adversus Guilielmum monferratensem affuisse commemoravimus, virum fortem et manu
promptum, cohorti primae praeficit: hos tumulum ascendere omnes primum, deinde collem
(quibus in locis omnis iam hostium peditatus cum equitatus parte constiterat) eosque acriter
invadere iubet. Qui non secus ac iussi facientes alacri animo citatoque gradu tumulum nulla
mora superant impetuque facto, hostes depulsi ad suos in proximum collem refugiunt quos
praefecti acrius insecuti, collem et ipsi subeunt; eorum impetum cum paulum sustinere adver-

---

3. ipse *esp.* — 6. quam .... regni *esp.* — 7-8. cum viribus *esp.* — 8-9. Hi .... profectione *esp.* — 9. tum hostium - ingressus - circumsistit — 10. autem *esp.* — 12. qui, imminet, et *esp.* — 14. mox *esp.* — 19. regio — 19-20. Direpto .... oppido *esp.* — 20. dein, et *esp.* — 20-21. posteaquam .... oppidum *esp.* — 22. obsidione — 23. Apuliae — 24. quidem *esp.* — 25. etiam *esp.* — 27. *secondo* qui *esp.* - utraque *invece di* sua hostiumque - interiacebat *esp.* — 30. velociter ab eo *esp.* — 30-31. At .... interim *esp.* — 32. terrenus *esp.* — 33. unde *invece di* quibus potiti — 35. Itaque *esp.* — 36. etiam *esp.* — 37. is *esp.* - appropinquatum *invece di* appulsum — 40. turmae *invece di* cohorti - et *invece di* hos - ascendere omnes *esp.* — 41. eosque *esp.*

sarii non potuerint, non minus inde quam ex tumulo turpiter deiiciuntur. Alexander tumulo colleque pro regis sententia haud multo labore potitus, paulum progreditur; aciem subsequi edicit conspicatusque loco edito magnam hostium partem post collem in plano perturbatam, etsi alius non procul a Troia equitatus conspiciebatur instructus ad pugnamque paratus, persequendum tamen in praelium censet et ob id alacrius urgeri hostem mandat. Itaque facto magnis viribus impetu, hostes planicie item pulsi 'trans torrentem quendam tunc aridum, qui c. 1334 inter Troiam collemque illuvionibus interfluit, festinantissime aguntur; ubi a recenti equitatu excepti, in ripae torrentis aditu constiterunt. Committitur rursus in ipso torrentis alveo maius acriusque quam unquam antea proelium, Taraconensibus Sfortianisque a tergo enixius ingruentibus et inter ceteros Roberto sanctoseverinati strenue rem gerente, Andegavensibus Bracianisque contra a fronte pertinacius resistentibus. Quare cum aliquandiu pari certamine pugnatum esset, animadvertisset Alexander, hostes difficilius eo loco moveri posse, ipsis ripae munimento, quae nisi certis vadis transiri non poterat, sese tutantibus visum est ei, censet alia etiam via eos lacessi urgerique oportere; quae nulla inveniebatur, nisi per quingentos circiter passus procul inde per superiorem alvei partem iretur; proinde ad regem propere in media fere acie versantem, velut omnium, quae gerebantur, moderatorem, quaeque proeliantibus usui esse cernebat intelligebatque, subministratorem mittit, qui quod sui esset ad victoriam consilii ostenderet ad seque alios equitum ordines viribus integros celeriter mitti peteret. Ferunt regem, velut qui sarnensis adhuc pugnae memor, rem tanti momenti rursus ancipiti proelii' fortunae una hora haud committendam iudicabat, respondisse c. 1335 ZZ 1 non videri sibi victoriam amplius exercendam, satis eo die suo exercitusque honori atque commodo factum esse. Quo responso, iterum ad eum remisit Alexander, qui diceret, progrediendum omnino, victoriam in manu esse, hostibus a ripae aditu repulsis, quos iam vacillare et inter sese nutare ac fere profligatos cernebat. Rex, prudentissimi ducis consilio obtemperans, equestres ab eo accersitos ordines confestim submittit, qui alae instar e superiore torrentis parte immissi, tanto impetu in dimicantium hostium latus delati sunt ut, superatis etiam uno eodemque tempore ex alia parte alvei ripis, nulla cunctatione hostes ipsi loco cedere tergaque verte're cogerentur; quos cum regia phalanx audacius ad montis usque Mur., 738 radices, ubi Troia posita est, hinc atque inde caedendo capiendoque insecuta esset, instauratur per teli iactum ab urbis moenibus proelium ingens, duobus exercitibus inter sese confertissima acie collatisque signis confligentibus. Certatum est per hunc modum paulo minus horae unius spatio, nam is locus ad declivitatem castigatus, regio erat pugnanti militi ascendendo urgendoque periniquus, adversariis vero resistendo prohibendoque accommodatissimus; pugnabatur enim ab iis omni conatu' obstinatissime, ita ut nulla vi propter loci iniquitatem c. 1336 uno aditu neque superari neque submoveri loco possent. Quod cum satis perspexisset Alexander; " *Si hodie vincendum est*, inquit, *alio nobis consilio utendum est*; *ab alio etiam latere*, " *ut in torrentis nunc aditu fecimus*, *cum hostibus confligendum* ". Itaque explorata provisaque via, qua hostes ex latere adverso invasurus esset, quid sit acturus regem edocet rogatque simul, ut quinque vel sex ad summum equitum turmas, quae ex sfortiano sint equitatu, quorum virtuti plurimum confideret, ad se quamprimum proficisci iubeat; nam pro instituta in exercitu lege acies regia eo die sfortianam in eundo praeibat.

Rex rursus Alexandri consilio annuens, quod petierat, continuo effici imperat dicens se eo die Alexandro morem gesturum eundemque ducem secuturum. Collis est editus ante Troiae urbis portam per scorpionis iactum; huc hostium duces velut in arcem militaria signa

---

3. iubet *invece di* edicit — 5. proelio — 9. quam.... antea *esp.* — 12. animadvertissetque - quod *invece di* ipsis — 13-14. poterat pro vallo uterentur censet — 14. lacessi *esp.* - urgeri — 21. non.... exercendam *esp.* — 22. Quo responso *esp.* — 23. subdubitare *invece di* vacillare — 24. inter sese *esp.* — 25. ab eo arcessitos *esp.* — 27. ipsi *esp.* — 28. manus *invece di* phalanx — 32. pugnanti *esp.* — 36. vincere - inquit volumus alio — 37. modo *invece di* nunc — 38. adverso *esp.* — 40. statuta — 40-41. in exercitu *esp.* — 41. in *esp.* - itinere *invece di* eundo — 42. professus *invece di* dicens

cum magno militum robore contulerant, ubi praecipue tota tarentina manus, Iulio duce, et magna bracianarum copiarum pars consederat. Alexander, advenientibus missis a rege ordinibus, inter quos praecipue Inicum, Arianensium comitem, natione hispanum, nobili loco *c. 1337 ZZ 1* natum et rei militaris non' imperitum, cum ea, cui praeerat, cohorte esse iusserat, quid velit ostendit, eos ut pristinae virtutis meminerint, paucis hortatus; Bosium fratrem praeterea et Robertum utrumque, qui hostem continenter lacessere non desistebant, admonet ut, dum ipse eos, qui in colle consistebant, hostes a tergo premente, ipsi quoque a fronte ceteros acrius urgerent, quo undique uno atque eodem tempore pressi, facilius citiusque funderentur. Itaque Alexander sfortiana equestri pedestrique manu stipatus, circumacto ad sinistram celeriter itinere alacri ingentique animo collem subit factoque hinc atque inde magnis clamoribus magnisque viribus impetu, funduntur illico hostes profliganturque non multo labore, adeo ut in urbem sibi quisque salutem quaerere coepit; at ita demum aguntur praecipites in ipsas urbis fossas, ut parum abfuerit, quin regii milites hostibus ipsis immixti in urbem irruperint; sed portis continuo a civibus militibusque, qui intra moenia confugerant, clausis, plurimi cum ex iis, qui pro portis stabant, tum ex iis, qui sese in fossas deiecerant, capti sunt; reliqui autem aut per funes relictis equis in urbem introducti, aut per ipsas fossarum ripas in castra refugientes partim capti caesique, partim fuga evasere. Post haec in castra *c. 1338* concursum est, quae, nullo defen'dente, direpta atque nudata; impedimenta quamplurima quae fugere coeperant, in itinere intercepta; militaria vero signa ab iis, qui ex murorum' *Mur., 739* propugnaculis certabant, recepta sunt; pauci profecto ex hostibus eo die incolumes evasissent, ni propinquitas urbis praesto illis afuisset, quae magnum eorum numerum excepit exceptosque servavit; quo in numero duces ipsi fuere in primis. In castris autem, ut in tanta victoria tantoque rapiendae quaerendaeque praedae ardore fieri solet, omnia a regio sfortianoque discurrenti milite sine ordine sine imperio agebantur, quippe quod alii praeda onusti in castra Ursariam redirent, alii eius expertes inquirendo occupati, hac illac discurrerent, alii spoliis impediti segnes starent, alii Luceriam Fogiamque versus fugientes hostes insectarentur. Quo quidem tempore perspectum est, cupiditatem secundis in rebus non minus quam in adversis metum, esse detrimentosam, nam cum milites arbitrarentur iam profligatis hostibus certam tenere victoriam, cuiusquam adhortationibus imperiove minime coërceri compescique potuerunt, ut sese in ordine continerent; itaque vacui omni metu, nec sibi praecaventes quicquam, ad praedam omnes conversi sunt. Quod Picininus e Troia conspicatus, *c. 1339 ZZ 3* eruptione facta, palantem exercitum magno impetu invadit; multos ex suis' captivos redimit, multos insuper ex hostibus capit multosque in fugam vertit; turbasset sane eo die Ferdinando partam summo labore victoriam, nisi et Ferdinandus ipse et Robertus sanctoseverinas et alii admodum perpauci, collectis propere equitibus iis, qui pro temporis angustia colligi potuerunt, illi occurrissent primoque congressu magna vi restitissent, quem deinde maiore coacto militum numero in urbem repulerunt. Eo in proelio Ferdinandus iudicio eorum, qui interfuerunt non tam sapientissimi regis quam prudentissimi fortissimique ducis ac perstrenui pariter et peracerrimi militis munus obivit, adeo ut magnum eo die virtutis suae experimentum praebuerit magnamque et egregiam inde laudem reportarit. Robertus item tanta celeritate atque virtute omnia in ipso hostis repentino inopinatoque impetu egit, ut rem postremo in summum poene periculum adductam, regis iudicio ad salutem restituerit. Pugnatum est

---

1. omnis *invece di* tota - Tarentini — 2. advenientibus *esp.* — 4. turma *invece di* cohorte - fieri velit — 5. eos .... hortatus *esp.* — 7. premeret — 8-9. ita — 10. alacri *esp.* - ingenti — 10-11. factoque .... impetu — 12. urbem quisque fugere coepit Ita autem aguntur — 13. ipsis *esp.* — 16. autem *esp.* — 19. quae.... coeperant *esp.* - fuga *invece di* itinere — 20. profecto *esp.* - incolumes *esp.* — 21. praesto.... quae *esp.* — 21-22. excepisset *invece di* excepit — 22. servasset - in primis *esp.* — 24. discurrenti, sine ordine, quippe quod *esp.* — 25. redibant - lucri *invece di* eius - discurrebant — 26. alii .... starent *esp.* — 26-27. insectabantur — 28. damnosam *invece di* detrimentosam — 29. esse *invece di* tenere — 33. multos - turbassetque - Ferdinando *esp.* — 34. ipse *esp.* — 34-35. et.... perpauci *esp.* — 35. quos - colligere — 36. et *invece di* quem — 37. repulissent — 38. non.... quam *esp.* - strenui — 39. acerrimi — 40. inde *esp.*

eo die a tertia decima ad decimam nonam usque diei horam utrimque fortissime interfectis vulneratisque ex hoste quamplurimis, magna etiam equorum strage facta, ex regio exercitu interemptis perpaucis, vulneratis tamen permultis; sed aestimatione eorum, qui simul ac pugnari coeptum est, ad pugnae usque exitum semper interfuerunt' et militaris disciplinae *c. 1340* scientissimi habiti sunt, quamvis omnes de regio exercitu, ubi facto opus fuit, rem egregie ediderint, hos tamen praeter ceteros optimam de se laudem promeruisse affirmatum est; ipsum scilicet in primis regem, qui magno atque infracto animo proelium et inivit et obivit, praeter praeclarum etiam illud, quod in conserendo novissimo proelio de se periculum praestitit; post eum vero Alexandrum, qui prudentia, consilio, celeritate et virtute singulari omnia providit atque confecit; Johannem praeterea et Ursum comites, qui cum subsidiariis cohortibus eo die praeessent, ubi erat opus, rem et ipsi perstrenue gesserunt et delato sibi munere eximia fortitudine et moderatio'ne perfuncti sunt; sed Bosium et Robertum utrumque, rege Ale- Mur., 740 xandroque praetermissis, qui adeo fortiter adeo prudenter continenterque a proelii initio quoad a pugnando desitum est, cum primi semper in certamine extiterunt, rem edidisse, ut omnes pace aliorum superaverint; inter reliquos vero equitum ductores Johannem Palavicinum, Antonellum burgensem et Franciscum Taurellum, Christophori filium, praeclarae indolis equestrisque ordinis adolescentem, qui ob multa et pulcherrima eorum virtutis facta pericula inter' magnae laudis viros iure merito non in postremis habiti sunt. At posteaquam *c. 1341 ZZ4* profligatis hostibus castrisque direptis, in castra victore exercitu reditum est, oppidani, non exspectata deditionis die, sese regi permisere. Verum Johannes et Picininus, tam insigni clade accepta, diffisi urbis moenibus diffisique civilibus animis, cum victis nihil tutum nihilque victoribus impeditum esse soleat, Johanne Coxa cum praesidio Troiae relicto, qua eum civitate Andegavensis donaverat, nocte insequenti Luceriam primo, deinde Manfredoniam alter, alter Tranum sese receperunt; postremo consultantibus rebus ambo Vigilias, quae apula est urbs, Trano propinqua et iuxta Adriatici maris litus posita, ad Tarentinum profecti sunt. Ferdinandus autem, biduo ad Ursariam consumpto, Troiae castra admovit. Eius adventu cives timore territi, ad Alexandrum nocte proxima oratum mittunt, ut ipsis in antiquam Sfortianorum fidem iamdiu redire optantibus, sese atque eorum urbem in Francisci Sfortiae fratris ditionem acciperet, nec pati vellet ut, troianus populus sfortiano nomini iamdiu deditissimus, rursus taraconensem dominationem, quam semper odissent quamque tot annos enixe permo'lesteque tulisset, invitus subiret. Alexander, propositis de deditione ab Troianis condi- *c. 1342* tionibus repudiatis, ne omnino a se tristes discederent, sed aliqua ex parte eorum postulatis satisfecisse videretur, ita egit cum rege, ut Hippolithae, Mariae Francisci ducis filiae regiaeque nurus nomine in fidem a rege Troiani reciperentur. Ea re per hunc modum composita postulatisque ceteris facile impetratis, Troiani se atque urbem simul cum praesidio regi dediderunt. Coxa, urbe amissa praesidioque in praedam verso, arcem et ipse quoque, quo se receperat, et quicquid insuper troiani agri in sua erat potestate, sine cunctatione regi tradidit; inventi sunt in ea urbe, praeter impedimenta hostium quamplurima, cum multa supellectile, quae ibi ob temporis angustiam reliquerant, equites plusquam quingenti, qui proelio incolumes superfuerant. Quibus rebus feliciter gestis, tantus dein fuit Ferdinando victoriae cursus, ut mutata fortuna multo illi omnia insequenti triennio secundiora fuerint, quam priore insecundiora fuissent; Troia igitur recepta, rex Fogiam et Sanctum Severum, non multo

---

1. utrimque fortissime *esp.* — 2. etiam *esp.* — 3. tamen *esp.* — 6. de se *esp.* — 8. praeclarum .... illud *esp.* - periculum maximum praestitit — 9. vero *esp.* - Alexander - qui *esp.* — 10. qui *esp.* - turmis *invece di* cohortibus — 11. et ipsi *esp.* - gessisse — 12. perfunctos fuisse ferunt sed — 13. exceptis *invece di* praetermissis — 13-14. continenterque ad finem usque proelii cum — 14. extiterint — 15. pace aliorum, vero *esp.* — 17. equestrisque ordinis, eorum virtutis *esp.* — 17-18. pericula *esp.* — 21. diffisique *esp.* - civiumque - nihil *invece di* nihilque — 22. putarent *invece di* soleat — 24. consultandis — 25. et, posita *esp.* — 26. autem *esp.* — 27. timore *esp.* — 29. vellet troianum populum sfortiano — 29-30. deditissimum — 30. odisset — 31. invitum subire - propositis.... Troianis — 33. ita egit *esp.* - a *invece di* cum - rege obtinuit ut — 34. nomine, a rege *esp.* — 35. regi *esp.* — 36. quoque *esp.* — 37. agri in potestate retinebat sine — 40-42. Quibus .... fuissent *esp.*

deinde post Asculum, quorum ad moenia singillatim exercitum duxerat, in potestatem rece-
c. 1343; ZZ5 pit; postremo, oppidulis quibusdam reficiendi exercitus causa expu'gnatis in praedamque militibus concessis, ad flumen Aufidum profectus consedit. Quo tempore nonnulli ex locis proximis regni proceres ad eum in fidem redierunt: Tarentinus autem, qui, etsi tantos iam spiritus tantamque arrogantiam sumpserat, ut non inferiorem, quin saepe parem, interdum etiam superiorem se rege esse putaret, nec pati quidem poterat, ut eo in regno quispiam tantis viribus auctus esset, qui sibi aliquando imperaret, tamen ea ad Troiam calamitate
MUR. 741 accepta concussus, de recon'ciliatione cum rege agere coepit. De his rebus Franciscus tum regis, tum Alexandri, tum etiam Antonii Tricini legati literis certior factus, haud sibi cunctandum putavit, quin et ipse etiam regni procerum, Andegavensium partes sequentium, animos per suos demulceret et regi reconciliaret; quod ut liberiore efficerent animo, sublata omni ultionis suspicione, se pro rege quicquid ab se cautum promissum exstitisset, inviolate praestiturum asseverabat. Fuerunt qui, Francisci hortatu moti, regi obtemperavere; sed multi id rursus commemoraverunt, quod non multo post Alphonsi regis mortem eius nuntiis
c. 1344 in campano conventu legatisque postea secreto dixerant ut cum se regis fidei' committere non auderent, admissi in eum criminis conscii, Franciscum mirum in modum rogabant, ne Ferdinandi taraconensis, sed sua potius suorumque causa, dignitate atque commodo tantos labores caperet tantosque sumptus faceret; quod si, ut denuo magnopere orabant, statueret, sese amicosque suos ei deditionem facturos magno studio pollicebantur, nec dubitare quin, perspecta iampridem tanti principis singulari cum in suos, tum in omnes mansuetudine, clementia atque liberalitate, reliqui omnes id essent facturi, quod ipsi fecissent. At Franciscus, his cognitis omnibus, omnium huiusmodi pollicitationibus reiectis, rursus iisdem suum erga Ferdinandum constantem animum ostendere persuadereque, ut ad gratiam cum eorum rege redirent, non cessabat. Quae quidem res praeter cetera immortalia in ipsum regem, ut supra demonstratum est, collata beneficia, ad reconciliandos ei multorum animos plurimum profuit.

Dum haec in Apulia geruntur, Sigismundus, quem Andegavensium partis factum Picentibus superiore anno bellum intulisse diximus, exercitum haud exiguo militum numero ad Metaurum contraxerat; Silvester Lucinus item non parvam equitum manum, quam Picinini'
c. 1345 iussu in Flaminia scripserat, in Caesenates coëgerat. His Johannes Tarentinusque iusserant, ut in Brutios adversus Campanum, pressis ferendi auxilii causa, celeriter traiicerent, nam Campanus, nullis fere obsistentibus, adeo post Picinini ex iis locis discessum populos Johanni deditos quotidianis incursionibus turbaverat, ut et Iosiam universa prope ditione sua nudaverit, quippe quod ex tanto oppidorum numero, quae possederat, nihil ei praeter Cellinum reliqui fuerat; quem paulo post ea de causa summo dolore morboque confectum, mortem obiisse ferunt et ceteros regionis eius regi infestos coegerit, ut a Johanne Tarentinoque auxilia propere ad se mitti gravibus querelis assidue peterent, praesertim quod crebri afferebantur per loca rumores, eo Fridericum ex romano agro propediem cum exercitu accessurum. Sed Sigismundus, qui plerumque aliud in pectore, aliud in ore habere solebat, quod invitus in alienos a suis remotos fines eo maxime tempore proficiscebatur, Silvestro sibi adiuncto, pro-
MUR., 742 fectionem simulat, nam eo animo per Picentes ire coepit, ut si qui in 'itinere armis sibi impedimento forent, domum quamprimum redirent; iamque in agrum firmanum pervenerat, cum
c. 1346 Napoleo Ursinus eccle'siae copiis multo illi quidem inferior, montuosis iniquisque locis se continens ei factus est obvius. Ex quo redeundi occasione oblata regreditur et longis itine-

1. quorum.... potestatem *esp.* — 4. quoque *invece di* autem — 5. tantamque arrogantiam *esp.* — 5-6. quin.... superiorem *esp.* — 6-7. nec.... ea *esp.* — 9. tum etiam *esp.* - Antoniique — 12. eo *invece di* se - cautum *esp.* — 15. nam *invece di* ut — 17. dignitate atque commodo *esp.* — 18. ut.... orabant *esp.* - reciperet *invece di* statueret — 22. his cognitis, omnium *esp.* — 23. in *invece di* ad - eorum *esp.* — 25. ut.... collata *esp.* — 33. sua *esp.* — 34. quem *invece di* quippe quod - quae possederat *esp.* - nullo *invece di* nihil — 35. relicto *invece di* reliqui - fuerat.... summo, morboque confectum *esp.* — 38. per loca *esp.* — 40. a suis remotos *esp.* — 41. ac *invece di* nam - pergit *invece di* ire coepit — 41-42. itinere se opponerent domum — 42. rediret

ribus non prius restitit, donec superato Haesi flumine, populatus qua transierat agros, in suos fines pervenit; nihilque deinde cunctatus una cum Silvestro Senamgalliam obsedit, quod erat oppidorum reliquum ex iis, quae Pius pontifex, ut supra ostendimus, Antonio sororio donaverat. Quo oppido non difficulter potitus, arcem satis fossa muroque munitam multa tormentorum machinatione oppugnare adortus est; hunc etsi Napoleo, longis interiectis itinerum spatiis interiectisque diebus, subsecutus erat, tamen congredi non audebat, sed tutis locis in frontibus militem servare incolumem populationibusque hostem prohibere contendebat. At Pius, his cognitis, etsi Fridericus, ut erat ante ab eo Franciscoque iussus, in Brutios transierat bellumque acre Aquilanis inferre coeperat, huic tamen imperat, ut in agrum Picenum adversus Sigismundum iniquitatis filium Deoque et hominibus infestum, flecteret obsessisque opem ferre maturaret. Enimvero Fridericus, qui principum iussis, quibus obstrictus esset, parere semper didicerat quique in patriam capitalissimo hosti bellum illaturus' revertebatur *c. 1347* non invitus, quam maximis potest itineribus in Sigismundum ire contendit ac eodem die, qui fuit ad idus augustas, Napoleoni non longe ab hostium castris adiungitur, quo Sigismundus per pactionem Senaegalliae arcem receperat. Iamque de hostis adventu certior factus, occidente sole profectionem fugae similem paraverat castrisque educebat, cum Fridericus nihilo segnius eum prima noctis hora toto exercitu magna celeritate invadit et a tergo magno impetu facto, nullis fere resistentibus, profligavit fugavitque. Unde factum est ut, plena luna lumenque euntibus affatim dante, Sigismundi militibus, deposito fugae per noctem pudore, hac illac salutis petendae gratia diffugientibus adversariisque eos acrius praementibus, maior eorum pars cum impedimentis fere omnibus caperetur: ex praefectis autem equitum Johannes Franciscus mirandolanus solus captus est; ceteri in proxima oppida confugerunt. Sigismundus cum paucis Fanum se recepit; hoc quoque tam gravi accepto vulnere adeo fractus est animo, ut de omnium fere fortunarum suarum summa non mediocriter dubitare coeperit; quare paucis post diebus, desperata quodammodo salute, biremem cum Silvestro conscendit et in Apuliam ad Johannem Tarentinumque iustis 'itineribus adnavigavit, victus a iam victis *c. 1348* auxilium petiturus; nondum enim alter alterius calamitatem profligati cognoverat; dies siquidem tantummodo quatuor inter senogallicum, troianumque proelium intercesserant. Quo ubi pervenit, etsi facti e medio itinere domum reditus a Silvestro graviter incusabatur, eius tamen miserabilis casus alienum etiam miserabiliorem fecit; nam Johannes simul et socii post acceptam troianam cladem, in iis praecipuam copiis, quae cum eo erant, auxilii spem posuerant; qua amissa, suam quisque infelicem sortem deplorabat. Quas ob res et Sigismundus maiore rerum suarum desperatione Ariminum revertit et Tarentinus maiore etiam timore 'territus MUR., 743 maiore studio ad res de concordia cum Ferdinando transigendas animum applicavit. Itaque non multo tempore factum est ut Bartholomaei cardinalis ravennatis, viri praestantissimi, qui pro Pio pontifice tunc Beneventanis praeerat, et Antonii tricini, Francisci legati, interventu res composita sit; qua in re Tarentinus idcirco legatos interesse voluit, ut pro eorum principibus caverent, quae rex promisisset, eum integre servaturum; ex quo Tarentinus ex hoste acerrimo amicus subiectusque Ferdinando per metum factus est. His confectis rebus, Johannes et Picininus,' omni Tarentini auxilio destituti, cedere Apulia coguntur; *c. 1349* itaque data a rege abeundi fide publica, Johannes et Picininus ipsi maritimo, copiae vero equis, armis et bonis fere omnibus denudatae, terrestri itinere in Brutios remigrarunt Orthonamque et Caudolarum in oppida sese contulerunt. Dein ex insperato Picininus a Rogerione, Cellani comite, adolescente per iram in paternas sedes accitus est; Rogerio enim

---

1. quam *invece di* donec — 2. Senogalliam — 3. sororio *esp.* — 4. satis *esp.* — 5. vi *invece di* machinatione - hunc etsi *esp.* — 5. interiectis *esp.* — 6. erat *esp.* — 7. studebat *invece di* contendebat — 10. iniquitatis.... infestum *esp.* — 11-12. qui.... didicerat *esp.* — 12. qui - capitali — 21. autem *esp.* — 23. quoque *esp.* — 26. iustis itineribus *esp.* — 28-32. Quo.... amissa *esp.* — 31. Cum suam — 32. deplorasset - Quas.... et *esp.* — 33. revertitur - et, maiore.... timore *esp.* — 34. intendit *invece di* applicavit — 34-35. Et *invece di* Itaque — 35. factum.... ut *esp.* — 37. sit *invece di* est - idcirco *esp.* — 39-40. His.... rebus *esp.*

matri gubernanti, mulieri quidem non imprudenti, quod iuvenilibus luxuriantis filii voluptatibus non indulgeret, plurimum adversabatur. Picininus igitur in Cellanum oppidum per fraudem introductus, confestim arcem cum amplissima suppellectile, velut longis eo congesta temporibus, muliere oppido eiecta, occupavit ac universa deinde, quae illius erant ditionis castella, in potestatem accepit; nec Rogerio tamen in patrimonium admissus est; quibus in locis praeter aurum argentumque et gemmas, quae non parvi ponderis pretiique erant, magnam vim frumenti lanaeque reperit et pecorum numerum non parvum; quibus rebus se ac milites summa miseria pressos sublevavit et per hiemem facile aluit Sulmonensesque prae-
c. 1350 terea propter locorum, quibus potiebatur, opportunitatem ita per nivalem tem'pestatem fame oppressit, ut eos ad deditionem compulerit. Ferdinandus autem, quia acris adventarat hiems, in Campaniam rediit, nonnullis ex itinere oppidis in potestatem receptis, exercitumque in hiberna distribuit.

Interim Fridericus, fusis hostibus receptisque nonnullis munitione infirmis ultra Metaurum municipiis, ad mondavinam arcem, quam per proditionem Sigismundum superiore anno recepisse ostendimus, exercitum admovit; hanc cum aliquandiu oppugnasset, vi cepit validoque simul cum praesidio in praedam vertit. Ea recepta arce, quae multum loci natura et opere edita atque insigni militum robore permunita erat, tantus est reliquis regionis eius accolis iniectus repente timor tantaque fuit omnium deinceps animorum ad deditionem inclinatio, ut brevi praeter Senamgalliam arcemque nihil Sigismundo ultra Metaurum in piceno agro reliquum fuerit. Quo rerum successu Fridericus, progrediendum celeriter sibi ratus, Metaurum in Fanenses traiecit continuoque eius agri municipes in pontificis ditionem redegit, ita ut Fanum per continentem undique circunsessum relinqueretur ea urbs, qua ad orientem vergit, Adria-
c. 1351 tico mari abluitur; quae si obsidenda oppu'gnandaque erat, classem in primis parare opor-
MUR., 744 tebat, ut maritimo quoque aditu praecludere'tur; huic difficultati etsi Nicolaus, cardinalis theanensis, apostolicus in exercitu legatus, providere posse sperabat, cum navigia quaedam ex proximo anconitano portu ob id eo misisset, tamen nihil, quod in rem esset, fieri potuit; nam Venetorum triremes, quae illius maris custodiae ab iis destinantur, quod aegre ferrent, maritimas Sigismundi urbes in Romanae Ecclesiae potestatem devenire, invitis Anconitanorum navigiis, aditum omnibus in urbem mari aperiebant indeque commeatus et militaria praesidia sine periculo importabantur; quod cum animadverteret, Fredericus in aliud tempus eius urbis obsidionem relinquendam putavit. Itaque cum Isaurum in Ariminensium fines transisset, adeo magnus confestim undique fuit municipum sese dedentium ad eum concursus, ut longe ceteros et animorum inclinatione et celeritate superaverint. Quo factum est, ut neque tempore neque labore multo universus prope ariminensis ager, munitissimis oppidis magis quam vicis frequens, in Pii pontificis Romanaeque Ecclesiae ditionem devenerit; arces
c. 1352 quoque situ aedificiisque editissimae, partim per' voluntariam praefectorum traditionem, partim ipsorum oppidanorum opera, partim etiam Friderici ducis arte et solertia singulari, in eius pontificis potestatem redactae sint usque adeo, ut Ariminum, urbs antiqua ac nobilis tot oppidis totque praemunitis arcibus potens, non minus quam Fanum, omni fere agro exueretur; quare apertis undique itineribus Caesenam usque infestis signis a Friderico penetratum est, quae etiam urbs magna agri parte nudata est. Sed fecit importuna hiems ut, relictis his quoque urbibus intentatis, magno sit cum imbre ac frigore in stativa concessum. Videtur profecto res miranda et memoratu digna, cum tot oppida, tot municipia totque arces situ, opere et praesidio firmissimae et per centenos annos a Malatesta familia possessae, tam brevi tempore, nulla vi a Sigismundo defecerint et ab eius manu velut temporum horae umbraeque evolaverint evanuerintque Et cum a multis, non tam italicis quam peregrinis principibus auxilia implorasset, nemo usquam inventus sit, qui non tam re, sed ne verbo quidem

---

3-4. velut .... temporibus *esp.* — 19. Senogalliam — 22. a terra *invece di* per continentem — 29. urbe — 38. eius *esp.* — 47. tam, sed *esp.*

eum in tanta calamitate iuverit praeter Venetos, qui, ut praediximus, mari, non diu tamen, ei opem tulerunt. Sed si versare animo malum depra'vatumque hominis ingenium et maleactae *c. 1353* vitae rationem habere voluerimus, nemo certe mirandum duxerit, sed divino quodam iudicio factum, ut qui tantorum scelerum ac flagitiorum tam diu impunitate usus fuisset, aliquando debitas poenas lueret. Ex quo facile intelligi potest, quaecumque illi humanis in rebus secunda prius optataque contigerant, idcirco immortalis Dei iudicio factum esse, quo ex rerum commutatione vehementius acerbiusque doleret.

Per idem quoque tempus Veneti, qui propter opum magnitudinem et potentissimi sunt et in rebus secundis audacissimi, non modo adversus pontificem Pium, ut praediximus, Sigismundo auxilium tulerunt, verum etiam et adversus Romanorum imperatorem Fridericum tertium' et Mahometum, Turcorum regem, terra marique bellum susceperunt; nam et Tergestas, MUR., 745 urbem eis finitimam, quae Friderici parebat imperio, magnis copiis obsederunt, et Peloponnesum, quam Turci obtinebant, et mari valida classe et terra exercitu cum hominibus supra triginta millia, partim ex Italia missis, partim ex Graecia locisque finitimis undequaque contractis, uno atque eodem tempore invaserunt, cum de ea obtinenda propter maritimas urbes, quas' in ea regione possidebant, minime dubitarent; qua in ditionem redacta, ob *c. 1354* magnam loci fertilitatem magnamque belli gerendi opportunitatem, cuius rei gratia quondam a Romanis Graeciae arx appellabatur, tanta Venetorum animos dominandi libido invaserat, ut se brevi non Graecia solum, sed Asia quoque ac universo prope dein terrarum orbe potituros arbitrarentur. Verum utrumque bellum et adversus Imperatorem et adversus Turcum frustra susceptum est, nam, etsi Fridericus imperator vel negligentia, vel alia ex causa nullum Tergestinis auxilium miserat, ii tamen, ut sunt viri acres et urbe muniti validissima Venetisque maxime omnium infesti, sese constantissime pertinacissimeque per omnem aestatem autumnumque tutati sunt, adeo ut adveniente hieme Veneti coacti fuerint, honesto quodam foedere cum Tergestinis ipsis percusso, irrito conatu inde discedere. Peloponnesum vero sua Veneti vel imprudentia, vel negligentia, vel divino consilio amiserunt; nam cum terrestribus copiis Bertoldum estensem praefecissent, iuvenem sane audacem potius quam prudentem, facile eius consilio atque ductu victoria, quam, ut ferunt, in manu habebant, evanuit. Constituerant enim isthmum, quo univer'sa clauditur Graecia, a Jonio ad Aegeum mare *c. 1355 a 1* iisdem fere vestigiis muro cingere, quibus olim Romani alium eduxerant, iamque ingenti opere tutum a Turcorum impetu reddere coeperant, cum Bertoldus, ea nondum munitione perfecta, relicta ibi exercitus parte, cum reliqua oppugnare Corinthum, quae non longe ab ea munitione aberat, aggressus est, eo quidem consilio ductus, quod si ea urbe potiretur, universam regionem eam, quae Peloponnesi caput habetur,' quam iam Turci, praesidio tantummodo MUR., 746 Corinthi relicto, deseruerant, facile se ac sine periculo retenturum putaret. Est enim Corinthus in montis dorso editiore sita, muro cincta et vetere et fragili Quare Bertoldus existimabat fore, ut eam urbem haud multo negotio obtineret, praesertim cum non magna Turcorum manu defenderetur. Ceterum Bertoldus non satis pugnandi peritus, cum nudo capite pugnam inisset, lapidis ictu graviter percussus est et non multo post vita excessit. Itaque perterriti amisso duce milites, non tam a Corinthi oppugnatione destiterunt, quam obsidionem non sine magno etiam accepto detrimento, a Turcis eruptionibus factis, solverunt et ad priora castra refugerunt. Quamobrem et classis praefectus, non multo quam Bertoldus rerum bellica'rum peritior, et terrestris exercitus omnis, velut tumultuarius atque collectitius, *c. 1356* isthmum prae metu deseruerunt et sese Nauplium, quam nunc Romaniae Neapolim vocant, confestim receperunt. At triduo vix exacto, Turci, qui iam de Peloponneso desperarant,

---

6. contigisse *invece di* factum esse — 8. quoque *esp.* — 10. etiam *esp.* — 11. Turcarum — 13. Turcae — 22. miserit - ut.... validissima *esp.* — 23. Venetis — 25. Tergestinis *esp.* — 30. iisdem.... vestigiis *esp.* - quibus.... eduxerant *esp.* — 31 *e* 38. Turcarum — 32-33. ab.... munitione *esp.* — 33. abest - eo.... potiretur *esp.* — 34. Peloponnesum *invece di* regionem - eam .... habetur *esp.* - Turcae — 35. putaret *esp.* — 39. est et *esp.* — 39-40. Itaque *esp.* — 43. velut.... collectitius *esp.*

cognita Christianorum socordia, magnis viribus eo advenerunt et, captis ac in mare praecipitatis isthmi munitionibus, repugnante nemine, Peloponnesum, quam amiserant, recuperarunt. Ex eo autem tempore cum animadvertisset Turcorum rex Venetos, quos antea metuerat, esse longe sua opinione inferiores, in hanc usque diem anno undecimo iam exacto, nec legationibus, nec precibus, nec pollicitationibus ullis adduci potuit, ut Venetis reconciliaretur pacemque cum iis faceret; quin potius maiore in eos ira incensus ob rupta ab iis inter sese pacis foedera, usque in Italiae fauces maximis calamitatibus affecit afficitque quotidie. Et ob id Veneti, ut praediximus, supra decennium mari cum Turcis continenter bellum inviti gesserunt geruntque, adeo ut de maritimis eorum rebus saepe ac plurimum et metuerint et metuant, praesertim post captam Euboeam insulam ac expugnatam direptamque Chalcidem urbem.'

---

3. autem *esp.* - Turcarum

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER TRIGESIMUS

IAM prope ver primum insequentis anni praeterierat, cum Ferdinandus et ingenti de hoste cura et assiduis cum Pii pontificis, tum Francisci literis nuntiisque compulsus, non procul ab urbe Capua exercitum coëgit pauloque deinde post et ipse Marini suessani fines ingressus, oppidis quibusdam subactis, Theanensium agros ferro vastare coepit et Alexander cum sfortiana manu, praeter Robertum sanctoseverinatem, qui apud regem esse voluerat, in Apuliam ad devastandos rebellium agros revertit. At Luceriani eius adventu territi, ad regem confestim de deditione miserunt. Itaque factis late per Sanctoseverinorum fines succisionibus, quippe qui non multis ante diebus temerario tumultuarioque motu in regium praesidium impetum fecerant' eodemque bonis omnibus exuto atque ex oppido eiecto, rursus ad Johannem defecerant, Alexander in Brutios adversus Picininum, ut erat ante constitutum, proficiscitur. Ferdinandus interim, factis item circumquaque per regionem segetum succisionibus, in sinuessanum flectit agrum ac, superatis montium iugis, quibus sinuessana, quam vocant, planicies clauditur, captisque etiam vi cum praesidio claustris, eam toto exercitu ingreditur. Marinus autem, qui cum reliquis copiis montium munitionumque reliquarum fiducia non longe tendebat, ea re cognita, mox in fugam versus, regio insequente equitatu, Sinuessam se recepit. Ceterum Johannes, qui adhuc cum Picinino in Brutiis erat, veritus ne Sinuessanus, iis rebus ad montes claustraque insecunde gestis, timore territus ad hostem rediret, Sinuessam cum paucis copiis profectus, Marinum, ut bono esset animo, hortabatur ac multis de sustinendo bello rebus propositis, continere in fide conabatur, praesertim cum diceret esse propediem eo classem cum pecunia e Massilia Genuaque venturam esseque insuper Pontificem Maximum eas de Regno controversias per inducias pacaturum. Quae quidem res Sinuessanum, tot adversis rebus trepidum iamque de reconcilia'tione cum Ferdinando agentem aliquandiu suspensum tenuere. At posteaquam Alexander in Brutios pervenit et Campanum sibi adiunxit, eo consilio animoque in Picininum, qui Caudolarum in ditione editioribus sese locis continebat, progreditur, ut ubicumque esset, proelio decerneret; iamque ad mille circiter passus hostium castris propinquior factus, Picininum aequum in locum deducere studebat provocabatque. Sed ille patentes campos propemodum timens, collibus munitioribusque locis utebatur, nec

Mur., 747 c. 1357 a 1 — c. 1358 — c. 1359 a 3

3-4. Ad prima signa aestatis Ferdinandus assiduis pontificis et Francisci P — 5. deinde *esp.* — 6. et ipse *esp.* - sinuessani — 7. at *invece di* et — 9. At *esp.* — 9-11. miserunt tum populabundus Severinatium agros intrat quod non multis ante diebus temere in regium — 10. Sanctoseverinatium — 12. Deinde *invece di* Alexander — 14. factis item *esp.* - segetis succisis — 15. quam vocant *esp.* — 16. etiam, autem *esp.* — 18. mox *esp.* — 19-20. ad .... timore *esp.* — 21. hortatur — 22. conatur — 30. propemodum *esp.*

ullam omnino pugnandi potestatem faciebat; certabatur tamen ex adversis collibus levi quotidie proelio. Atqui ubi se Picininus in diem arctius premi, nec tantas diu solus hostium vires sustinere posse videt, cum ceteri, adhuc in Andegavensium fide manentes, aegrius opem ferrent, ad Alexandrum in medio belli ardore de suis cum Ferdinando rege componendis rebus mittit. Alexander vero, qui non tam Ferdinandum quam socios magnis diuturni belli Mur., 748 sumptibus et infinitis prope' molestiis fessos, et liberari se iam tandem iis curis et bello finem imponi maxime cupere sciebat, optimum factu iudicavit, si Picininum, ceteros in regno c. 1360 Ferdinandi rebelles spe vana nutrientem, una hora ex hoste' regi amicum redderet; itaque ad has cum eo conditiones devenit, ut pax inter utrumque exercitum mox sit, annuum Picinino stipendium decem supra centum aureûm nummûm millium sit a Pio pontifice sociisque in subsequentem annum dependatur; in reliquum vero tempus a rege dumtaxat, si placuerit ei, solvatur et utroque tamen tempore Picininus regio pareat imperio; Sulmo praeterea cum aliis quibusdam regionis eius oppidis in Picinini, uti tunc erant, maneant potestate, sed pro iis regiis obediat legibus; postremo Antonio Caudolae et reliquis eius gentis in regis fidem redeuntibus, quod de patrimonio possident, retinere liceat. Haec, etsi Ferdinando ingrata erant, quod hostis, qui et in summam esset omnium fere rerum inopiam et in extremum salutis discrimen adductus, non accepisse, sed dedisse conditiones videbatur, tamen et ipse et socii, quorum auctoritate Alexander ea transegerat, idoneo quisque tempore comprobarunt. His confectis rebus, Alexander in aquilanum agrum progressus, factis ubique per montanam regionem excursionibus, ingentem inde praedam abegit; dein cum Aquilam propius accessisset ac cives undique infestare duriusque premere coepisset, Aquilani, omni auxilii spe c. 1361 a derelicti, ad Alexandrum in castra de de'denda regi urbe miserunt eumque paulo post summo omnium consensu in urbem receperunt; miserant enim Aquilani, ubi in dies Andegavensium res labi deteriusque habere viderunt, ad pontificem, ab eo Ecclesiaque Romana imperii accipiendi causa; receptique certe fuissent, Ferdinando posthabito, nisi Otho Carretus de Francisci ducis in ea re animo edoctus obstitisset acriterque eam urbis deditionem et improbasset et impugnasset. Haec ut ex interceptis Aquilanorum ad Ferdinandum cum Alexandri literis proficiscentibus nuntiis Sinuessanus cognovit, maiore metu concussus, quae de concordia paulo ante, ut ostendimus, cum rege inierat, remissis propere in regia castra nuntiis, firmavit. Quibus in rebus cum esset praecipue cautum, ut Johanni Sinuessae continenti sese, quo vellet, incolumi abire liceret, is ab omnibus denique destitutus, ad Aenariam insulam cum paucis traiecit et in oppidum, quod Isclam vocant, se reduxit, ibi classem e Massilia exspectaturus. Huic insulae cum praesset Petrus Torilia gottholanus ab Alphonso iam praefectus, ad Johannem defecerat, quem postea in tanta eius infelicitate eo oppido recipi passus est. Quo etiam c. 1362 tempore praefectus arcis, quam Ovi appellant, Neapoli proximae, qui et natione gottho'lanus erat, Petri proditoris exemplum secutus, pecunia non multa corruptus, eam arcem Johanni tradidit. Itaque compositis pacatisque per eam aestatem non tam brutiis quam campanis Mur., 749 rebus,' hoste ex continenti undique pulso, Ferdinandus cum iam autumnus subesset, militem utriusque exercitus in stativa distributum paulum a tantis laboribus quiescere iussit.

Dum haec in Campaniam Brutiisque geruntur, Fridericus urbinas coacto terrestri exercitu comparataque a Jacobo cardinali theanensi legato Anconae maritima classe, Fanum circa aestatis initium terra marique circumsedit; deinde oppugnandae urbis negotium aggressus, die noctuque ingenti cura assiduoque labore, duobus urbis eius lateribus muros tormentis quatiendo, cuniculis ad ruinam tuto penetrare turribusque e regione eductis, moenia defensoribus nudare conando, totam fere eam aestatem consumpsit; nam obsessi, velut in urbe muro, fossa validoque praeterea militum praesidio, Roberto Malatesta Sigismundi filio prae-

2. At *invece di* Atqui - diu solus *esp.* — 4. in .... ardore *esp.* — 5. vero *esp.* — 9. exercitum mox *esp.* - esset *invece di* sit — 11. sequentem - vero *esp.* — 11-12. si .... solvatur *esp.* — 12. praeterea *esp.* — 13. erat - sit *invece di* maneant — 26-27. et .... et *esp.* — 31. denique *esp.* — 32. et *esp.* - oppido - se .... ibi *esp.* — 34. eius *esp.* - eam — 37. Itaque *esp.* — 41. maritima *esp.*

fecto, munitissima, et facile se tuebantur et magna saepe obsidentibus detrimenta inferebant; nec interim tamen destitit Fridericus, quin Senamgalliam recuperaverit. Sed postremo Fanenses, ubi prostrata duobus locis' moenia prostratasque humi turres viderunt, diffisi sese am- *c. 1363 a s* plius defendere posse, aedificatis maxime sub ipsis prope muris imminentibus urbi turribus, iniere clam consilium de dedenda urbe primum et ob id colloquia cum hoste habere deque urbis conditionibus agere coeperunt; dein postulatis facile impetratis, palam ad Fridericum, Roberto invito, legatos de deditione emiserunt. Itaque quarto fere mense, posteaquam oppugnari coepta est urbs, praesidio incolumi abire permisso, in Summi Pontificis Ecclesiaeque Romanae potestatem devenit; nec multo post arx quoque, in quam Robertus confugerat, tradita est. Ea autem urbs multa ac varia priore dominatu maleficia iniuriasque perpessa, nunc sub Sanctae Matris Ecclesiae imperio mansuetudinis quiescit. Inter haec Sigismundus undique conflictatus et virium inops pariter et animi, fanensis obsidionis exitum spectando, se Arimini continebat; qui non peste minus intra urbem quam foris terra marique hostibus adeo vehementer acerbeque pressus ac labefactatus est, ut omni humana divinaque ope destitutus videretur. Eodem tempore Dominicus Malatesta frater, diuturno incurabilique morbo prope confectus, Caesenae agebat cumque imminentis belli solicitudine graviter labora'ret, Cer- *c. 1364* viam, non ignobile Flaminiae oppidum, in Venetos, spreto utrimque Romanae Ecclesiae optimo iure, cum summo omnium odio, accepta pecunia, transtulit; quod non tam pontifici quam ceteris Italiae potentatibus molestissimum fuit. Sed tamen ita demum uterque frater cum pontifice pepigit ut, quamdiu vixissent, Ariminum Caesenamque in pace possiderent; postea vero urbes ipsae ad Romanae Ecclesiae fidem redirent illiusque ditionis forent.

Ceterum Ferdinandus, quemadmodum reliquas sui regni regiones per superiorem aestatem pacaverat, ita pacandae etiam Apuliae per subeuntem hiemem, quae mitis semper per ea loca esse solet, animum intenderat, soli enim Manfredoniani et Sanctoseverini per eam oram in hostis fide pertinacius manentes relinquebantur. Qui cum finitimos eius regionis populos infestius perturbarent, non videbatur amplius ad eos subiugandos cunctandum, quo perdomitis rebellibus, universa deinde regio de bello tuta 'quiesceret. Accedebat ad id MUR., 750 etiam, quod multis indiciis non obscure Ferdinandus cognoverat Tarentinum non bono in se esse animo, quippe qui in pristina perfidia pergens suas copias et ornasset et in convicina inter se se oppida, in frontibus ditionis suae posita, convenire iussisset Johannemque praeterea, ne regno abiret,' quotidie hortaretur. Quae quidem omnia eum aut regiis rebellibus *c. 1365* esse auxilium per dissimulationem propediem laturum, aut aperte bellum pro Johanne rursus regi illaturum indicare videbantur.

Itaque maiore autumni parte iam exacta, Ferdinandus et Alexander cum expedita militum manu ex Campanis Brutiisque hibernis in Apuliam regrediuntur; quo vix pervenerant, cum Sanctoseverinates, obviam supplices facti, sese atque oppidum regi dediderunt; his tamen ob direptum, ut ostendimus, praesidium pecuniam imperavit, qua facile damna passi resarcirentur. Dein, continuato itinere, Manfredoniae urbi admovit; eius insperato per hiemem adventu, cives territi sibique ipsis diffisi, cum nullum alicunde auxilium missum iri sperarent, haud multos dies obsessionem sustinuerunt, ad regem enim pacem misericordiamque petentes, de deditione miserunt. Sed accidit, dum legati in urbem revertuntur, ut triremis quaedam, Andegavensium nomen conclamans, cum circiter peditum ducentorum praesidio eo appelleret, quo in terram exposito, extemplo per urbem excitato tumultu, audacius Johannis nomen a perditissimo et seditiosissimo quoque invocatur, et ob id cum interturbata urbis deditio et praeter prudentium proborumque civium voluntatem tardior aliquanto futura vi'-

---

2. nec, destitit, quin *esp.* - recuperavit - Sed postremo *esp.* — 13. pestilentia — 14. destitutus est — 17. in *esp.* - Venetis - utrimque *esp.* — 18-19. odio vendidit ceteris — 19. tamen ita *esp.* — 21. vero, ipsae *esp.* — 23. etiam *esp.* — 25. manebant - relinquebantur *esp.* — 27. de.... tuta *esp.* — 28. etiam *esp.* — 29. qui.... suas *esp.* — 30. in.... posita *esp.* — 34-35. militum *esp.* — 38-39. itinere Manfredoniam pergunt cives — 40. dies obsidione tolerata ad - enim *esp.*

c. 1366 deretur, petierunt iidem a rege legati, ut aliquam militum cohortem in urbem mitteret, qua advectis trireme hostibus aditus prohiberetur. Mittuntur idcirco confestim destinatae a rege in urbem cohortes; sed eius rei continuo per castra rumore perlato, totus exercitus urbanae praedae intentus excitatur in arma sequiturque mox euntes in urbem copias incondita turba, quae nullo contineri imperio potuit; nec prae intrantium festinantius multitudine ulla claudendae urbis portae custodibus facultas datur; omnia ipso in aditu tumultuarie aguntur; ob id extemplo urbs tota discurrenti repletur milite; fit primum a paucis praedandi initium, dein reliqui omnes, praedae avidi, idem facere coeperunt. Quare paulo momento urbs nobilis et opulenta passim versa est in praedam; rex, quamvis urbis casum moleste ferre visus est, tamen rapta militibus permisit; cives vero mulieresque omnes ab iniuria liberos esse iussit. At vixdum haec gesta sunt, cum Ferdinandus per noctem factus est multis nuntiis certior, Johannem Antonium, Tarentinorum principem, decimo sexto kalendas decembres, senio et mala tandem valitudine confectum, diem obiisse accersebaturque proinde ab amicis,
c. 1367 ut ad capessendam tot oppidorum totque urbium possessionem eo quam maturrime' contenderet, futurum affirmantibus, eum cuncta suo adventu, quae illius fuissent, prope diem consecuturum; esse insuper in eo loco, ubi Tarentinus exspiraverat, magnam pecuniae vim con-
Mur., 751 gestam, quae ipsi intacta as'servabatur. At Ferdinandus, tanto diu sperato exspectatoque nuntio laetus, mox relicto Alexandri curae exercitu, cum paucis ad locum proficiscitur; cui primo adventu oppida proximaque municipia cum pecunia deduntur; dein Julium, Tarentini generum, cum omnibus copiis, quae defuncti fuerant, quarum numerus quatuor hominum millia superabat, voluntariis animis sibi asciscit. Quo factum est, ut cum pacata ac tuta ubique omnia fore viderentur, rex Tarentum profectus sit eoque itinere passim et oppidorum et urbium et munitissimarum quoque arcium portae ultro panderentur ipseque, velut heres, a Tarentino, qui sine liberis maribus decesserat, relictus potitus, ab omnibus perbenigne exceptus. Non defuit fama, Tarentinum in lecto languentem a familiaribus suis, quo regis inirent gratiam, fuisse necatum regemque ab iisdem accersitum. Ferunt ingentes Ferdinandum thesauros eo tempore pluribus in arcibus abditos comperisse; nam magnum auri argen-
c. 1368 tique pondus, amplissimam ac pretiosissimam supellectilem magnamque' insuper mercimoniorum vim et complura iumentorum armenta consecutus est, quae Tarentinus multis annis sua industria congesserat; quarum rerum omnium pretium decies centena aureûm nummûm millia vel superasse vel attigisse affirmatum est. Ex quo Ferdinandus ex summa inopia ad summam rerum copiam pervenit victorque tanti regni uno atque eodem tempore liber et potentissimus rex factus; redit igitur Neapolim, circumacto iam anni tempore, remissis in hiberna copiis magna victoria magnisque spoliis onustus.

Per idem tempus Savonensium urbs in Liguribus nobilis, de qua supra mentionem fecimus, post insignem illam ad Genuam a Gallis acceptam cladem, magno Ludovici regis praesidio magnoque etiam impendio tenebatur; stipendia enim omnia, cum nullum Savonae regi vectigal esset nullumque cives tributum penderent, ex ulteriore Gallia mitti oportebat. Quae cum triennio fere Ludovicus rex nequicquam impedisset, moleste, ut ferunt, ferre coepit; itaque cogitanti sibi quemadmodum ea se molestia levare posset, in mentem venerat in quempiam praestantem virum sibi amicum eius urbis imperium transferre; optabat praecipue rex
c. 1369 Franciscum, quem superioribus annis, ut osten'dimus, Johannis andegavensis causa renuerat, ob inclitam virtutum suarum famam sibi conciliare virumque talem in Italia habere beneficio devinctum et foedere obstrictum. Verum etsi ad rem ineundam unum repugnare videbatur, quod non decere tantum regem assereretur, prius inferiorem et peregrinum principem ad accipiendum beneficium invitare et conciliationis initium facere, rex diuturnum tamen silen-

---

1. manum *invece di* cohortem — 2. idcirco *esp.* - destinati — 3. milites *invece di* cohortes - urbanae *esp.* — 13. et morbo confectum — 17. asservaretur - At *esp.* — 18. mox *esp.* — 21-22. Quo .... viderentur *esp.* — 22. sit *esp.* - eo — 23. portae.... ipseque *esp.* — 25. exceptus est Non - suis *esp.* — 31. vel, vel attigisse *esp.* — 33. igitur *esp.* — 40. sed *invece di* itaque - sibi *esp.* - molestia levaret in

tium rumpit mandatque, qui Antonio Nuceto, tunc forte apud eum pro Pio pontifice agenti, per sese diceret, Ludovicum regem miro quodam studio Franciscum Sfortiam, Mediolanensium ducem, ob eximiam illius virtutem' diligere remque ob id illi gratam, si offerretur occasio, *Mur., 752* facturum. Quare si ad eum Franciscus ex suis aliquem mittat, Savonam petiturum, fore, ut non modo Savonam, sed Genuae quoque iura facile a benivolentissimo rege impetret. Quibus de rebus Franciscus ab Antonio certior factus, mittit ad regem quamprimum Manuelem Jacoppum papiensem, ei notum et familiarem, qui vera ne essent, quae Antonius docuisset, inquireret mentemque regis super his diligentius cognosceret. Is non multo post tempore ex Gallia rediens, quae ab Antonio scripta fuerant, refert vera esse omnia, quippe quod eadem' ex rege ipso coram affirmante apertius intellexisset eumque inter cetera, quae de *c. 1370* Francisci laudibus praedicabat, dixisse; idcirco haec in eum conferre beneficia constituisse, quod digniorem comperisset neminem, in quem potissimum transferre Genuensium principatus iura posset, praeter unum Franciscum, Mediolanensium ducem, qui facilius et eum adipisci principatum et adeptum pro singulari eius virtute regere et sciret et posset nihilque demum ad rem conficiendam esse reliqui, nisi ut legatus cum mandatis ad regem mitteretur. Fuit profecto oratio haec, utpote ab optimo munificentissimi regis animo profecta, Francisco quamgratissima: quandoquidem se tanti regis gratiam, quam tantopere antea parare sibi optasset, nullo suo praesertim in eum adhuc merito seque tacente, consecutum esse videret. Mittitur proinde a Francisco in Galliam Albericus Maleta, senatorii ordinis ad regem legatus, admissurus quaeque ad negotium conficiendum amicitiamque cum eo rege firmandam expedirent. Qui quidem perhumaniter a Ludovico exceptus, ita brevi egit, ut Savona a rege ultro sit Francisco heredibusque suis dono concessa et quaecumque essent in Genuenses regi iura in eundem translata ictumque praeterea' inter sese antea foedus, societate italica manente, *c. 1371* probatum perpetuoque firmatum est. Post haec, quoniam existimabatur fore ex italicis potentatibus aliquos et praesertim Venetos, qui eam Genuensium rerum Francisci imperio accessionem et inviderent et aegre ferrent, visum est regi, quae cum Francisci legato de ligusticis rebus egisset, eadem per suas literas potentatibus ipsis significare simulque eos admonere, si forte Genuenses subire Francisci imperium noluerint opemque proinde ab alienis petierint, ne eos ulla re iuvarent; quod si secus fecerint, se hostium loco eos habiturum. His rebus in Gallia peractis Manueleque propere ad Franciscum reverso, quo tempore iam millesimus quadringentesimus et sexagesimus quartus a Natali christiano annus coeperat, circa kalendas februarias missus est in Ligures e Mediolano cum pedestribus copiis Conradus Folianus, qui primo adventu Savonam magna omnium laetitia ingressus, tribus a regio praefecto traditis arcibus, praesidium imposuit: paulo deinde post Albingaunum, dedentibus sese sponte civibus, in potestatem accepit. Qua urbe recepta, accolae totius ligusticae occidentalis orae, quae ab urbe Genua amplius passuum millibus centum in longitudinem patet, vicis oppidisque' frequens, velut armis novisque rebus assueti, Johanne Carreto *c. 1372* finariensi et Lamberto Grimaldo, qui tunc Vintimillium et Monachum promontorium obtinebat, adiutoribus, magno animorum studio magnoque ardore, uno fere' tempore Conrado deditionem *Mur., 753* fecerunt. At Genuae eo, quod praeterierat, biennio crebra intestinaque inter Fregosos nata dissensio saepe rectorem mutaverat, nam Paulus archiepiscopus cum urbis principatum maxime appeteret, semper armis novisque rebus studuerat Ludovicumque ducem saepius turbaverat; nec homo inquietus intestinoque exaestuans odio requievit, donec insidias struendo, Ludovicum a ducatus dignitate per metum vimque, arce Castelleto tradita, deposuerit urbisque principatum ipse sibi assumpserit. Quibus rebus civitas multis interim malis exagitabatur; sed multo maioribus exagitata est, posteaquam ad Paulum publici status administratio devenit, quippe qui, vitae necisque potestate in genuensem populum sumpta et Hibletus

---

7. ei.... familiarem *esp.* — 13. praeter.... ducem - quique *invece di* qui — 16-18. Fuit.... videret *esp.* — 19-21. ad regem.... expedirent — 21. quidem *esp.* — 22. suis *esp.* — 23. inter.... antea *esp.* — 24. probatum.... est *esp.* — 26. et.... et *esp.* — 27. suas *esp.* — 34. Albintimillium

Fliscus ceterique fautores, omni deposito pudore, nimium publica libertate perinde ac tirannide abutebantur; multi acceptas iniurias ulciscebantur novisque contumeliis, quos oderant, afficiebant; nullus urbis magistratibus honos erat, nullus virtuti locus; seditiosissimus quisque' [c. 1373] et notae temeritatis homines in praecipuo honore habebantur; scelera quaeque impune admittebantur; bonorum innocentia in tanta perditissimorum hominum licentia parum tuta videbatur; omnia pro Pauli Hibletique libidine licebant; omnia demum humana divinaque iura sine ordine, sine religione et sine ullo Dei metu miscebantur, adeo ut omnes fere iam praesenti fortuna dolerent tacitique communes miserias deplorarent. Quibus de causis maior bonorum civium factionis cuiusque pars urbe paulatim in loca tuta excesserat: multo Savonam nobiles concesserant Franciscumque orabant et obsecrabant, ut ad liberandam a tirannico Fregosorum iugo improborumque manu miserabilem eorum patriam maturaret, et sic adeo nullo bello civitas in pace affictabatur quotidieque durius premebatur. Itaque tot diuturnis seditionibus totque per decennium bellorum calamitatibus fatigatus et iam prope exinanitus genuensis populus finem aliquando tantis aerumnis vel humano vel divino aliquo consilio imponi quietemque sibi dari optabat.

Haec cum ita essent, Franciscus alacriore animo maioreque spe Genuae brevi potiundae negotium sumpsit; sed visum tamen est prius tentandum, si Pauli voluntate, cuius praesidio [c. 1374] arx' Castelletum custodiebatur, urbem obtinere posset. Quamobrem mittit Georgium annonensem, longo usu rerum peritum, Genuam legatum, qui Paulum, multis propositis praemiis, sponte arcem traderet hortaretur; sed eo recusante, alia ratione rem genuensem aggrediendam putavit. Quare Hibletum Genuae, ut praediximus, apud Paulum agentem, Spinetam Fregosum, Spediensium totiusque fere ligusticae orientalis plagae praefectum, et item Prosperum Adurnum ad se celeriter advocat et quid fieri velit, ostendit. Hibletus, veritus ne si Francisci voluntati refragaretur, municipiis ac oppidis, quae in derthonensi, placentinoque agro possidebat, privaretur, dixit se eius imperio obtemperaturum quaeque iussisset' [Mur., 754] libenter facturum. Spineta item, qui Gavium oppidum in Derthonensi obtinebat, cum iis, quibus praerat liguribus populis, Francisco deditionem fecit. Prosper autem multo se ceteris difficiliorem praebuit, cum multa ac dura efflagitaret. At Franciscus, quamquam nil aliud illius postulata tam necessario praesertim tempore indicare videbat, quam nondum acceptum exigi a se beneficium velle, quod certe sibi molestissimum erat atque eius animum non me- [c. 1375 β r] diocriter perturbabat, tamen praetermissa hominis petulantia, ut illum sibi eo' tempore benivolum obstrictumque redderet, quo eius causa adurnae factionis voluntatem Genuae sibi magis conciliaret, sese ei quam liberalissimum praestitit, nam quidquid petierat, Prosper impetravit et inter reliqua ac praecipua in eum collata beneficia Vuada donatus est, quod est oppidum ad Apennini montis radices in genuensibus alexandrinisque confinibus situm maximeque ab ipso Prospero desideratum atque expetitum. Itaque Hibletus primum in Ligures reversus, delectu ex agrestium turba suae factionis habito, Genuam versus progreditur; interim Jacobus Fliscus, qui arcem in Montegino, quem nunc Montobium vocant, editam non procul Genua sitam obtinebat, sese Francisco dedidit eiusque signa erexit. Quibus constitutis rebus, mittitur e Mediolano magno cum peditatu et equitatu non multo Gaspar Vicomercatus, qui per pulciferam vallem iter faciens ad Cornelianum vicum, ad tria passuum milliae Genuae proximum, pervenit; ibi novo milite augendi exercitus causa consedit Donatumque mediolanensem, qui Savonam cum Conrado ierat, confestim altero cum peditatu sibi adiungit. Multi praeterea Genuensium nobiles cum agrestium manu eo convenere, quorum Paulus [c. 1376] Auria et Hieronimus Spinula principes erant. Sed dum haec geruntur, Paulus' archiepi-

---

6. gerebantur *invece di* licebant — 7. sine ordine.... metu *esp.* — 11. et sic *esp.* — 19. legatum *esp.* — 20. sponte ad arcem tradendam — 22. Item *esp.* — 24. adversaretur *invece di* refragaretur — 25. et quae *invece di* quaeque — 27. liguribus populis *esp.* — 32. Genuae, magis *esp.* — 33-34. nam.... impetravit — 34. donatus est *esp.* — 35. situm *esp.* — 35-36. maxime — 36. desideratum donavit Hibletus - primum *esp.* — 41. iter faciens *esp.* — 45. Sed.... geruntur *esp.*

scopus, qui nisi vi coactus, urbis principatu cedere nolebat, ubi utramque maritimam oram ad hostem defecisse civiumque fere omnium animos a se discessisse et Francisci Sfortiae nomini propemodum studere vidit, diffisus rebus praesentibus, statuit urbe abire et aliis belli artibus amissam recuperare atque retinere. Relicta igitur in arce Bartholomaea, quae Petri fuerat uxor, et Pandulfo fratre cum quingentorum prope peditum praesidio, naves quatuor onerarias, quas in portu stantes in suam invitis dominis redegerat potestatem plerisque clientium comitantibus, conscendit; paucisque post inde diebus submersa studio ex navibus una, quam fatiscentem navigationi inutilem cognoverat, cum reliquis tribus ventis eo consilio vela dedit, ut alias Genuensium naves, quae frumento onustae Genuam propediem appulsurae dicebantur, caperet captasque ex praedae emolumento armaret reliquasque aleret, quibus deinde Genuensibus ubique gentium mari bellum iuferret magnoque exinde armatorum coacto numero Genuam rediret et per arcem, quemadmodum Petrus frater superioribus annis factitaverat, in urbem irrumpens, factione adiutus sua, rursus in ditionem redigeret. Eius discessu cognito, fit continuo Hibletus urbi propinquior.' Porta est Arcus appellata, quae ad *c. 1377 β 2* orientem spectat solem, et intra Sancti Stephani suburbia aditum praebet. Hanc,' nullo MUR., 755 defendente, Hibletus occupat, praesidioque imposito, in colle, quem Calignanum dicunt, stationes firmat, ubi, Gasparem cum viribus exspectans, aliquamdiu in armis stetit. At Gaspar, etsi circumsedentium populorum insidias perfidiamque veritus, loco discedere non audebat, quod haud tutum putabat, alienae sese committere potestati, tamen Hibleti aliorumque multorum genuensium civium hortatu adductus, idibus aprilibus castra movet et circumacto per eos colles, qui Genuae imminent urbi, longo ac difficili itinere, in Bisannem vallem, quam vocant, descendit, et in Calignano intra nova urbis moenia, ubi Hibletus erat, consedit. Dum hic moratur, levia interdiu proelia ad vetera urbis moenia, populo ubique Fregosorum metu ab armis quiescente, conferuntur. Sed sexto denique die, posteaquam eo ventum est, qui fuit ad tertium decimum kalendas maias, Vaccarum porta, quae Fregosorum adhuc praesidio tenebatur, Donato auctore atque duce, expugnatur. Johannes Galeacius, praesidii praefectus, fuga primus salutem petit. Quibus rebus gestis, patefacto in urbem itinere, Gaspar continuo eam totis copiis ingreditur. Hibletus interim' ad praetorium usque penetrat palatiumque ac *c. 1378* proximas turres milite compleverat. Hostes, qui per eos dies e Castelleto descendentes adeo genuensem populum terruerant, ut in Fregosorum fide manere etiam videretur, tota urbe pulsi in Divi Francisci et Castelleti munimenta sese cursu receperunt. Ceterum Gaspar, fugatis tota, ut praediximus, urbe hostibus cunctisque munitioribus locis, quae Fregosorum praesidio custodiebantur, praeter Castelletum arcem ac beati Francisci templum, (quod, cum sit loci natura multum ac opere editum et per lapidis iactum Castelleto proximum, velut arx munitissima servari consuevit) uno fere tempore in potestatem redactis, praetorium petiit validioreque militum robore firmavit. Sed dum urbem rursus, magna turba stipatus, repetit, ingens paene populi multitudo undique in praetorium illius visendi consalutandique studio convenit. Quo cum secundo Gaspar venisset, eo tamen animo, ut unde mane discesserat, eodem pernoctatum reverteretur, inopinans immensa prope omnium laetitia excipitur et sublimis magnam fertur in aulam moxque deinde summo omnium consensu miroque animorum ardore pro Francisco in Genuensium principatum praeses assumptus' consalutatur. Post haec *c. 1379 β 3* fit continuo Francisci nomine eidem decreto publico civitatis totius deditio ac legitima publico documento in Franciscum eundem imperii translatio. His rebus peractis urbeque in Francisci potestate constituta, arx primum arctius obsideri; dein paucis post diebus, missis e Mediolano non sine ingenti labore ob itinerum difficultatem tribus magnae molis bombardis, enixius oppugnari coepta est. Quae cum diu durius quateretur, Bartholomaea clam de deditione eo consilio agere coepit, ut obsidentes ea spe tam diu distineret, quoad a Paulo subsi-

12-13. fecerat *invece di* factitaverat — 15. solem *esp.* -- 19-20. multorum *esp.* — 21. Genuae — 21-22. quam vocant *esp.* — 27. Quibus.... gestis *esp.* — 28. eam *esp.* — 29. complet — 31. cursu, Ceterum *esp.* — 33-35. quod.... tempore *esp.*

dium, quod futurum sperabat, ferri posset. Qua re animadversa, mittitur a Francisco quamprimum, qui et Novas, et Voltabium in eius acciperet potestatem; quae quidem oppida [Mur., 756] id'circo in mulieris adhuc manu esse permiserat, ut ad dedendam maturius arcem adduceretur. Quod cum intellexisset pavida mulier videretque quassatos duobus locis arcis muros quassatasque turres, nec ullam venturi auxilii spem certam haberet, ita tandem secreto cum Gaspare pacta est, ut arcem ipsa traderet cum iis rebus omnibus, quas Paulus ad eam tuen- [c. 158o] dam reliquisset; Bartholomaeae vero Novae restituerentur et millia insuper aureûm' nummûm quatuordecim penderentur. Ea igitur accepta pecunia, mulier, Fregosis inscientibus ceteris, sfortianum in arcem noctu praesidium admisit. Qua quidem re multo iam die prodita, quadraginta ferme diebus posteaquam oppugnari coepta est, Castelletum arx in Francisci potestatem redacta est. Interim decreto publico quatuor et viginti Genuensium ex omni ordine civium Mediolanum ad Franciscum legati mittuntur, qui et novum principem consalutarent venerarenturque et iam factam urbis deditionem scriptis admissisque a Gaspare legibus rursus iureiurando firmarent; erant autem cum iis legatis permulti etiam alii ex omni Genuensium ordine cives supra ducentos, qui eos venientes comitabantur. Cum primum igitur auditum est legatos Mediolano appropinquare, Franciscus, qui omnia suapte natura pulcherrime semper et honorificentissime excogitabat, parabat et conficiebat, liberos suos omnes, senatorium ordinem ac ceteros magistratus magna cum nobilium manu obviam mittit, qui adventantes Genuenses comiter benigneque exciperent. Perpulcrum erat profecto aspectuque mirabili utrosque intueri, inde togatos Genuenses, hinc nostros omni vestium genere [c. 1581 β 4] auro argentoque fulgentium ornatos. Sed ubi sese mutuo salutarunt, hinc reveren'ter Genuenses, hinc hilariter atque perhumaniter Galeatius Maria, qui, ut primogenitus et summo ingenio adolescens, paternas vices repraesentabat, essentque eodem modo et eius fratres ac ceteri omnes pro dignitate subsecuti, tum Galeatius eum, qui inter legatos primus in ordine visus est et aetate grandior, sibi ad dexteram, itemque ceteri fratres et alii digniores viri, ut a principe erant iussi, suum quisque ad dexteram assumpserunt et ita binatim in urbem dulci sonorum omnium concentu ac tubarum tibiarumque numeris introducti sunt magna totius populi frequentia et ornatu. Hi postquam ad aedes, quas comes Franciscus Carmeniola in urbe pulcherrimas atque amplissimas aedificarat, et regio quodam apparatu a Francisco duce ad eos recipiendos constitutas, perducti sunt, ibi totum triduum egerunt in maxima cibariorum lautissimorum omnium copia ac varietate. Eo autem triduo exacto, ubi illi satis superque in tantis deliciis et voluptatibus conquievissent, datus est eis a Francisco die quarto exponendae persolvendaeque legationis locus et is quidem in area maiore, quae est in primo aditu ducalis curiae; in cuius extrema parte e regione portae duplicia fuerant tabulata a solo [c. 1582] aliquanto altius aedificata, quorum in sublimiore principum tribunal' multo serico, argento atque auro mirifice exornatum spectabatur; ipsa circum tabulata aulea atrebatia pulcherrima fuerant mira arte miraque colorum varietate locata; supra vero tabulata tribunalque sublimius, ne qui consessuri erant, radiis solaribus offenderentur, auleis cortinisque perpulcris [Mur., 757] multum spatii loca inferiora operiebantur, utraque autem tabulata sedilibus suis auleis quo'que strata brevioribus decorabantur. Ad horam constitutam venerunt ipsi principes, vestibus insignibus ornati, quos et liberi et Senatus reliquique magistratus et curiae nobiles universi mirabili et ipsi quoque ornatu pompaque sequebantur. Franciscus dux Blancam coniugem manu tenebat ad dexteram, indutus ipse quidem ad pedes usque paludamento purpureo et multo argento ad specimen artificio mirabili intertexto, cuius e capite paulo supra frontem orientalis margarita, et ea quidem magna atque pretiosissima, pendebat; cumque per suos

2. in eius *esp.* - in potestatem — 8. igitur *esp.* — 14. autem, etiam alii *esp.* — 15. venientes, igitur *esp.* — 16. Mediolano *esp.* — 19. Genuenses .... benigneque *esp.* — 19-20. profecto .... utrosque *esp.* — 22-23. qui maximus natu paternas — 26. bini — 28. totius *esp.* - et ornatu *esp.* — 30. duce *esp.* - ornatas *invece di* constitutas - ibi *esp.* — 31-32. Eo .... conquievissent *esp.* — 36. ipsa *esp.* - circum ac supra tabulata - atrebatia *esp.* — 37-39. supra.... operiebantur — 43. ipse quidem *esp.* — 43-44. usque praetexta multo — 45. magna atque *esp.*

gradus ad secunda tabulata ascendissent, in solio consederunt, Franciscus ad dexteram et ad sinistram Blanca; post illos deinceps duae filiae ceterique liberi et nurus duae aliquanto inferius; post hos autem senatores atque alii magistratus, quisque pro sua dignitate; in secundis vero tabulatis proceres ac nobiles reliqui sedes suas tenuerunt; at insignes et venustissimae mulieres' ornatissimaeque puellae mediolanenses, quarum ingens fuit numerus, consederunt *c. 1383* β 5 humi inferius sericisque pulvinis reclinatae. Erat et ipsa quidem humus variis floribus ac coronis et tapetibus orientalibus strata et ne a creberrimi populi frequentia muliebris consessus molesti quicquam pateretur, iuxto a tabulatis spatio eminus ea repagula sunt firmata, quibus universo populo, quae fierent, spectare liceret et audire quae dicerentur. Interea vero temporis Genuensium legati multo pulcherrimoque comitatu curiam ingrediuntur, ipso spectatu incessuque certe admirandi; nec iniuria et dici et existimari poterant ex quodam veluti gravissimo Romanorum senatu electi primarii, in quibus ius omne civitatis omnisque potestas atque maiestas reposita videretur. Iis ubi primum datum est eminus principes intueri, detecto capite flexoque genu et fidei et observantiae signum de sese praestiterunt; idemque ter aequis fere spatiis priusquam venissent ad tabulata, factitarunt; ascensis vero tabulatis, ubi pervenerunt ad principes, omnes nudato capite ac genu flexo hilariter atque perbenigne a Francisco primum, dein a Blanca dextera excepti sunt; exinde ut surgerent iussi ac si quid vellent, id omne pro voluntate exponerent, aliquanto retro cessere in terga facie' reverenter *c. 1384* usque ad principes conversa. Postea unus ex iis, qui et maturior videbatur et gravior, Baptista Goanus iureconsultus, ut fuerat a genuensi republica constitutum, in hunc modum ad Franciscum faciem intendens, locutus est:

“ *Cum genuensis respublica, princeps magnanime atque invictissime, diu ac multum secum animo volutasset, quemadmodum et quietius posset et melius sibi suisque rebus consulere in tantis civilis discordiae tempestatibus atque procellis, quibus annos iam multos assidue adeo fluctuavit, ut parum a miserrimo abfuerit naufragio, eam solam salutis tranquillitatisque rationem sibi propositam iudicavit, si quem aliquando nacta esset principem, qui sapientia, probitate, iustitia in primis excelleret; non enim ab re intelligere videbatur, nullam rempublicam recte posse administrari, quae a multitudine regeretur, quemadmodum neque navis a gubernatoribus pluribus, neque item exercitus a pluribus belli ducibus recte regi potest; sed sicut in coelo, quae communis est bonorum omnium patria, unus imperat Deus, cui universus paret orbis, ita et in civitate unum quoque principem esse oportere, qui' ratione atque* Mur., 758 *consilio regat ac moderetur. Qua quidem ratione adducta civitas nostra, cum et in omnem Italiam et in universam Europam oculos coniecisset, nullum neque ducem, neque regem, nec* *c. 1385* *ulla dignitate ac praestantia principem invenit praeter te unum, quem dignum existimaret, cuius pareret imperio. Etenim quod sine arrogantia dictum existimari velimus, quaenam alia hoc tempore civitas offeratur, quae aut natura loci, aut magnitudine animi, aut ingenii industriaeque splendore, aut robore nobiscum conferri queat? nempe quot, quales quantosque principes ac reges et florentissimas respublicas nobis saepenumero subiecerimus, et sol oriens novit et occidens. Sed illud nobis est perinde ac fatale quoddam infelicissimumque sidus, ut qui ceteris simus invicti, nobiscum ipsi constare victores, nec antea potuimus unquam, nec possumus hoc tempore eoque ventum est, ut mutuis intestinisque odiorum incendiis invicem ipsi certare nunquam desistamus. Quamobrem cum resipiscere tandem et dignitati nostrae et rebus prospicere decrevissemus, unus tu, princeps clarissime atque optime, visus es, quem uno totius nostrae civitatis eodemque consensu ultro adiremus rogaremusque, ut omnem urbis et ditionis nostrae potestatem gubernaculaque suscipias, administres, regas, modereris et omnia pro tua voluntate summaque sapientia et bonitate constituas, quae factu optima iudicaveris; novimus enim ea te esse iustitia, ea aequitate, ea' integritate atque innocentia, ut* *c. 1386* *nihil sis, nisi benigne, clementer atque innocentissime, aut iussurus aut moniturus. Quam*

---

10. vero temporis *esp.* — 13. atque maiestas *esp.* — 15. ascensis.... tabulatis *esp.* — 29. belli *esp.*

“ *quidem rem si tacitus ipse tecum atque diligenter considerare volueris, intelliges profecto aliud tibi nihil aut honestius aut utilius aut etiam gloriosius posse contingere; nihil enim magis tibi expetendum est, quam omnia agere atque meditari secundum virtutem. Nunc tibi occasio est oblata, qua omnibus declares animi tui magnitudinem, sapientiam ac iustitiam, cum facillimum tibi factu futurum sit ad concordiam nos redigere et omnia factionum incendia extinguere seditionesque omnes e medio tollere et omnes prorsus omnium propulsare iniurias; quae ubi feceris, augebis tu profecto potentiam tuam, qui, viribus etiam nostris tibi potentissimo principi adiunctis, et mari et terra tremendus omnia sis pro voluntate consecuturus; habebis enim tecum una cum Genua Liguriam universam non solum ad Macram, sed ad pisanum etiam usque agrum; adde praeterea Corsicam, quae Cyrnus a veteribus dicta est, insulam nobilem atque potentem; adde enim Thiasum, Lesbum, Chium, Amocostum urbem nobilissimam in Cypro et in mari Pontico Amissam et Caffam in Scythia Tanamque ad Ta-* c. 1387 *naim; in his enim urbibus tam celebribus a Genuensibus fundatis, in tam distantissimis orbis terrarum provinciis tua victricia signa spectabuntur, clarissimum tuum celebrabitur nomen. Unus brevi futurus es, quem et christiani omnes, veluti numen quoddam coelitus demissum in terras, mirifice venerentur, et gentes omnes barbarae atque nominis christiani hostes non secus atque fulmen aliquod reformident. Quibus quidem ex rebus cum tuum pro voluntate amplificare liceat imperium, tum in omnes terras tua gloria magis illustrabitur* „. Haec Baptista; quem deinde extemplo subsecutus Johannes Serrha iure etiam consultus, ex legatis unus, sic inquit: “ *Audisti, excellentissime princeps, quae clarus iure interpres nosterque huius* Mur., 759 *ad te legationis collega, Baptista Goanus, in latissimo campo rerum memorabilium positus in medium attulit; sed quod evenire necesse erat, nimia rerum magnitudine pressus, obstupuit. Equidem commemorarem aliquam admirabilium laudum tuarum partem, nisi te dicendo molestia afficerem idque te aegre laturum putarem; nam quis est ita sui ingenii confidens, ut sibi polliceri possit, ea se brevi oratione complexurum, ex quibus si digne referantur, per-* c. 1388 *grandes conficerentur annales. Quod si ea, quae a te prudenter, quae iuste, quae fortiter modesteque gesta sunt, narrando persequi voluerimus, alius nobis Xenophon, Livius alius quaerendus esset; vincit etenim iam cumulus virtutum tuarum scriptorum ingenia ac earum magnitudine doctissimorum etiam virorum animi a scribendo deterrentur. Sed habes praeconiorum tuorum testem non modo quicquid urbium ac populorum dives alit Italia, sed quicquid Europa et totus paene terrarum orbis continet; neque enim ullum esse crediderim Scythiae ac Sarmatiae angulum mortalibus cultum, neque Garamantas populos ullos, aut Indos et perustae zonae finitimos, apud quos cum virtutes eximiae, tum admirabiles victoriae tuae non praedicentur, laudentur, extollantur. Movit nempe haec virtutum tuarum fama cum plerosque remotissimos populos, tum vel nos in primis vicinos tuos Genuenses; nam cum civitas nostra perditissimorum hominum factionibus acerbius quam unquam antea premeretur, ita ut nihil iam essent leges, nihil iura et libertas procul exulasset, ad portum et refugium aequi-* c. 1389 *tatis mansuetudinisque tuae secura confugit. Dedit illa tibi non aurum, non gemmas, non pretiosam supellectilem, sed sese suaque omnia; orat propterea bonitatem tuam, princeps optime, ut reddas ei quietem, leges, iura; reducas in suas sedes reginam virtutum iustitiam, ut boni probique viri, quibus recte vivendi animus est, te velut a summo Deo nobis datum et agnoscant et fruantur; improbi vero, quos malefactorum conscientia stimulat, quos iudiciorum legumque metus vexat, te velut acerrimum ultorem criminum formidantes, aut resipiscere aut procul exulare compellantur. Id cum feceris, gaude atque exsulta tanto bono, nec ullum ex triumphis tuis, qui certe et maximi et celebratissimi sunt, huic divinae tuae laudi anteponito; nam rerum bellicarum laus raro tota imperatoris est, se participem eius haberi vult interdum tribunus, centurio, eques, pedes et quicumque sua vulnera iactare potest; quin etiam et fortuna in bello plurimum dominari creditur, ut laudis pars maxima aliquando*

---

6. *primo* omnes *esp.*

“ *imperatori detrabatur. Sed huius, quod dixi, aequitatis mansuetudinisque tuae boni, nullum*
“ *habes, qui ex illo quicquam exhauriat; totum iure optimo tuum est, quia intra te natum ex te*
“ *pro'dit. Nos autem tua virtute ab ingenti calamitate et ab interitu prope erepti conser-* c. 1390
“ *vatique, praeter aeternam felicitatem quam iustissimus rex coelorum iustis principibus prae-*
“ *paravit, illud tibi ac posteris tuis Virgilianum animo magis quam voce omni tempore con-*
“ *cinemus*:

“ *In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae*
“ *lustrabunt, convexa polus dum sidera pascet,*
“ *semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.*

“ *Sed ne longiore oratione molesti simus, accipe, optime et maxime princeps, nomine floren-*
“ *tissimae prepotentis tuae reipublicae genuensis, quod et tibi et nobis felix faustum fortuna-*
“ *tumque sit, regium hoc sceptrum; accipe gloriosum hoc urbis vexillum, sub quo maiores nostri*
“ *anteactis temporibus Hierusalem, Caesa'reamque ceperunt, sub quo apud Pontum Scythiam-* Mur., 760
“ *que ac remotissimas regiones plurimas urbes atque oppida suae ditioni subiecerunt, sub quo*
“ *etiam ex hostibus barbarisque nationibus innumeris paene victoriis potiti sunt et magnos insu-*
“ *per reges bello nonnunquam superarunt. Tu igitur, princeps gloriosissime, cum diva uxore*
“ *tua Blanca ac liberis illud tuo adiunge imperio, et cum ceteros orbis principes virtute, sapientia*
“ *ac felicitate antecellas, ostende splendorem animi ingeniique tui; in pristinas Genuensium*
“ *vi'res ac potentiam nomen gloriamque tuam repone. Hoc Deo optimo Maximo gratissimum* c. 1391 γ 1
“ *erit munus; hoc ad immortalem sublimitatis tuae gloriam pertinet; hoc de te meretur illorum*
“ *fides atque studium, qui nos amplitudinis tuae conspectum petere iusserunt. Accipe item*
“ *urbis nostrae claves et sigillum, quo publice obsignantur literae; accipe una cum fidelissimis*
“ *devotissimisque animis nostris ius omne, auctoritatem potestatemque totius ditionis nostrae* „.
Quibus quidem omnibus Franciscus pro dignitate laetoque vultu acceptis, sceptrum sibi dex-
tera servavit, Galeatio vexillum, Philippo claves urbis, Sfortiae autem Mariae sigillum dari
iussit; deinde, ubi pacato et tranquillo animo audivit, quae genuenses legati exposuerant,
essetque non tam legantium voluntate quam legatorum oratione delectatus, pauca in hanc
sententiam respondit: “ *Gratus profecto nobis fuit, viri genuenses, adventus vester; gratis-*
“ *sima et iucundissima oratio vestra. Nos autem cum nostro ingenio, tum veteri singularique*
“ *vestra erga nos benivolentia ac non exiguo beneficiorum cumulo, et dileximus semper et ama-*
“ *vimus quietem dignitatemque vestram. Accedit etiam ad communia commoda, quod cum*
“ *sitis longo spatio ditioni nostrae finitimi, opportune utrimque pro'spici potest cum non me-* c. 1392
“ *diocri vestrae civitatis ditionisque nostrae accessione et gloria; nec vos latere debet, quanta*
“ *semper animi molestia omnes vestras calamitates tulimus, quas sane communes nobiscum sem-*
“ *per existimavimus, nam difficile quippe est propter mutuam commerciorum necessitudinem,*
“ *quae ob vicinitatem inter longobardum ligusticumque populum intercedit, si quid aut com-*
“ *modi, aut incommodi alteri evenit, quin sentiat alter. Quare neque maiorum opum cupi-*
“ *ditate ulla, neque amplificandi imperii causa, quod divina benignitate satis amplum atque*
“ *opulentum habemus, adducti, curam regimenque vestrae reipublicae suscepimus, sed ut illi*
“ *benefaciamus quietemque et ipsa tandem nostra ope inveniat. Nec enim sumus ignari, quanta*
“ *sit populi genuensis virtus, quanta dignitas atque potentia et quantam sibi ac nobis afferre*
“ *possit in reliquum tempus rerum accessionem, ubi nostris consiliis studuerit obtemperaverit-*
“ *que; eo enim tendet cogitatio nostra omnis, ut vos opulentiores in dies quietioresque redda-*
“ *mus. Nec dissimulanter operam dabimus, ut et urbis vestrae honos et ratiorerum omnium*
“ *magis in dies crescat et ita crescat, ut per memoriam praeteritarum calamitatum maiorem*
“ *in suis' rebus voluptatem capiat idque ita efficiemus ut, quem vos dominum ultro accepistis,* c. 1393 γ 2

---

11. prepotentis *esp.* — 11-12. fortunatumque *esp.* — 19. *il quinterno che segue e l'altro incompleto che vien dopo sono segnati rispettivamente con le lettere greche* Δ *e* δ; *per rispettare l'ordine alfabetico segno questo con* γ *e l'altro con* δ — 24. quidem, pro dignitate *esp.* - laeto — 26-27. ubi.... delectatus *esp.* — 35. nam *esp.*

" *eum indulgentissimum patrem sitis iudicaturi. Quod nos tam magnis tamque praeclaris laudibus in coelum quasi extulcritis, fecistis amice; nam quemadmodum quod possidemus imperium nulli nostrae aut prudentiae, aut virtuti tribui velimus, sed a divina donatum clementia, ita id nullis nostris meritis, sed praecipue vestrae erga nos benivolentiae atque fidei adscribimus. Quod si quid praecipui in nobis est, quod vos delectet, id divino beneficio nobis datum* Mur., 701 *et iudicavimus semper et iudicamus* „. His autem dictis, legati in eorundem principum manibus suo Genuensiumque ceterorum nomine, sese illis successoribusque suis fidem perpetuam servaturos pio iuramento receperunt. Praeterea, quoniam Franciscus per idem tempus cum Pio pontifice constituerat in Illyricum adversus Turcos exercitum mittere, Ludovico Mariae, quartogenito, egregia indole adolescenti, quem ei exercitui praefecerat, vexillum etiam quoddam aureo leone insigne tradidit eundemque cum Baptista Goano genuensi legato et aliis plerisque nobilibus viris militaribus decoravit insignibus. Quibus omnibus magnifice c. 1394 honorificentissimeque peractis, multa iam die discessere omnes et quisque domum suam reverterunt. Dum haec Genuae aguntur, Paulus archiepiscopus occidentalem oram genuensem petens, onerarias Genuensium naves, quae in Herculis Meneti portum, quem nunc Villaefrancae nominant, sese receperant, magno impetu adortus est; sed cum die fere integro utrimque acerrime pugnatum esset, Paulus quasi pulsus certamen diremit proculque in pelagus recessit. Nam tanta virtute Genuenses adversus exules sese tutati sunt, ut multo plus quam acceperint, hostibus detrimenti intulerint. Itaque Paulus ea spe derelictus, in orientalem plagam proras divertit in Siciliamque insulam usque provectus, alias Genuensium naves, si quas inopinantes invenire posset, magno studio quaerebat. Interim Genuae, ubi omnia in Francisci ditionem redacta pacataque visa sunt, decreto publico navium excelsarum quatuor parata classis est, quae Francisco Spinula duce, cum adversus Paulum contenderet conspexissetque haud longe a Corsica insula exulum naves, eas, Paulo congredi non auso illoque c. 1395 γ 5 cum maiore parte turmae, parvis lembis fugiente, desertas cepit Genuamque reduxit. Itaque ex eo tempore genuensis tandem civitas post tot diuturnasque bellorum calamitates totque civiles discordias sub Francisci Sfortiae auspiciis imperiique mansuetudine, terra marique respirare quiescereque coepit; bella enim seditiones, exilia, caedes, rapinae uno eodemque tempore ex urbe sublatae sunt; pax, concordia et iustitiae cultus, qui hactenus aberant, rediere.

Sub idem etiam tempus Renatus triremium decem, ferendae Johanni filio opis causa, classem paraverat, quae Massilia solvens ad Aenariam pervenerat, ubi Johannes per superiorem hiemem summa rerum omnium difficultate terra marique pressus, non sine aliqua tamen spe redeundi, in continentem permanserat. Sed mortuo Johanne Antonio Tarentino, in quo uno omnis, si qua erat ei, de recuperando regno spes reliqua manebat, decrevit non amplius tanto suo suorumque incommodo atque periculo in eo ipse bello perseverare. Itaque relicto Isclae praesidio, cum anni alimentis classem conscendit et post multos ac varios denique fortunae casus variosque labores atque discrimina, Genua et maxima neapolitani regni parte amissa, quam, ut demonstratum est, dedentibus sese principibus atque populis receperat, anno c. 1396 sexto, posteaquam a patriis sedibus discesserat, eodem lachrimans remigravit. Ferdinandus Mur., 702 quoque, quamquam regnum per continentem ubique pacatissimum esse videbatur, tamen aestatis initio non secus ac si rursus adversus eos, qui contumaces fuissent, bellum terra gesturus esset, exercitum in Campania coëgit. Ubi cum dies aliquot consumpsisset, Marinus sinuessanus, qui non tam pudore quam metu multiplicis in regem admissi criminis nondum in eius conspectum prodierat, Alexandri hortatu atque fiducia, in castra salutandum venerandumque regem venit. Quem Ferdinandus etsi benigne primo adventu excepit, tamen

---

6. autem *esp.* — 7. suis *esp.* — 8. pio *esp.* — 9. Turcas — 9-10. quarto ex filiis egregia — 10. adolescenti de quo ingentem spem conceperat certu quadam ut ipse dicebat coniectura motus ob eamque rem ei P — 10-11. praefecerat.... quoddam *esp.* — 12-14. Quibus.... reverterunt *esp.* — 14. Genuae *esp.* — 15. Genuensium *esp.* — 20. plagam se vertit in — 25. turmae *esp.* — 26. tot et tam diuturnos — 26-27. totque.... discordias *esp.* — 28. enim *esp.* — 30. etiam *esp.* — 35. eo ipse *esp.*

quia memoria deponere non poterat, quod Johannem capitalissimum hostem esurientem et consilii inopem, mari vagantem suis oppidis in continentem primus recepisset, quod ei bellum primum intulisset, quod ad colloquium postea falsae reconciliationis specie nova perfidia novoque scelere eum circumvenire perimereque tentasset, retineri et in vincula coniici iussit. Ferunt tamen eum, posteaquam retentus est, dixisse querentem, non se a Ferdinando rege, quem propemodum sibi infensum esse sciebat, sed a Francisco, Mediolanensium' duce, *c. 1397 v* et ab Alexandro, ob datam ab iis de inita reconciliatione servanda fidem, deceptum comprehensumque fuisse. Quae sane res multis mortalibus et magnae admirationi fuit, quod praeter regiam sociorumque fidem in hominem manus iniecisset, et Jacobi Picinini et Caudolanorum omnium animis plurimum timoris intulit, quippe quod, si antea regem metuerant, ad quem eadem de causa proficisci adhuc ausi non fuerant, maiore etiam metu quaterentur. Ex quo Piccininus maiorem in modum literis nuntiisque a Francisco petit contenditque eum ad se celeriter mitti virum, cuius fidei demandata militum reliquarumque fortunarum suarum cura, ipse Mediolanum ad eum, quo iam ire statuerat, priusquam rex in Brutios transisset, sese liberius transferre posset. Ea re facile Mediolani impetrata, mittitur confestim in Brutios a Francisco Thomas Thebaldus bononiensis, quaecumque Piccininus vellet facturus; huic igitur copias in primis Sulmonemque urbem sibi praecipuam et universa, quae in ea regione oppida obtinebat, maxime commendat, qui Francisci ducis nomine auctoritateque eos in fide contineret atque servaret. Ipse vero dein cum ducentis circiter ex suo' equitatu delectis per *c. 1398* Aquilanos, Umbros Etruscosque iter faciens Mediolanum ire maturat. Ferdinandus autem, qui illum in Brutiis consequi plurimum cupiebat, ubi de eius discessu renuntiatum est, aegre admodum molesteque tulit ob idque Piccininum et literis et nuntiis revocare ex itinere magnopere contendit. At ille magis magisque timens, quo constituerat, ire pergit. Non defuerunt, qui progredienti ei commemoraverint suaserintque, ut videret diligentius, quo iret et cuius sese fidei committeret; antiquum esse hostem, multis lacessitum iniuriis Ferdinandique amicissimum, ad quem confugiebat. Omnia nempe suspicionis plena ostendebantur, cur in praesentia a Mediolano iter avertendum esset. At Franciscus, qui haec ex suorum literis cognoverat, non tam veterum quam recentium in'iuriarum iam oblitus, Piccininum, postea- Mur., 763 quam eius fines ingressus est, benigne ac honorifice excepit et in filiorum numero habuit utque illius ex animo suspicionem adimeret omnem, Drusianam filiam ei longo iam tempore desponsatam in matrimonium tradit; nuptiae tamen propter recentem Cosmi Medicis hospitis antiqui obitum parce et sine pompa celebratae sunt. Post multos vero dies rex' in Brutios *c. 1399 v 5* profectus, Caudolanorum fines infesto exercitu ingreditur et quae illius erant familiae oppida, magno studio in potestatem redigere conatur; itaque resistentibus paucis, per aestatis reliquum universo prope patrimonio eam gentem nudavit. Ex ea familia plures supererant viri rei militaris periti: horum Antonius maximo natu viribus iam effoetus patriisque eiectus sedibus, cum mulieribus liberisque parvulis Neapolim concessit, regia ope vitam aucturus; iuvenes autem et quibus integrae erant vires, patria extorres, in alienas sedes abiere, per militarem disciplinam vitae alimenta quaesituri. Haec utraque et in Sinuessana et Caudolana fuit nempe Francisco molestissima, velut contra fas iusque foederis acta, quam saepe indignabundus non sine gravi tum honoris sui, tum animi offensione ferre posse dicebat. Hunc tandem exitum habuit terrestre bellum, quod magnis utrimque copiis variaque fortuna per quinquennium continenter in eo regno gestum est. Relinquebatur enim tantummodo per eam tempestatem in hostium manu, uti demonstratum est, Iscla, oppidum in Aenaria insula, et Ovum, arx apud Neapolim, quae mari'tima tamen classe terrestribusque copiis ex arido *c. 1400* oppugnabantur. Per idem quoque tempus Pius pontifex qui, uti ostendimus, posteaquam ad pontificatus fastigium evectus est, omnes cogitationes suas eo maxime contulerat, ut bellum adversus Mahometum, Turcorum regem, a christiana republica susciperetur, ubi Italiam,

---

10. quippe quod *esp.* - si enim antea — 11. tum *invece di* etiam - quatiebantur — 12. eum *esp.* — 20. iter faciens *esp.* - autem *esp.* — 39. in *esp.* — 48. Turcorum regem *esp.*

extincto belli siculi incendio, pacatam vidit, rursus ad eius belli studia animum mentemque' convertit. Quare non italicos modo potentatus, sed cunctas prope christianas nationes ad eroganda praestandaque iis belli auxilia, qui pro tuenda christiana religione arma sumpturi essent, epistolis legationibusque ingenti quodam animi ardore excitavit; cum Venetis praecipue, qui turconico bello pressi, quod antea in mantuano conventu renuerant, sponte se facturos receperant, cum Philippo, Burgondionum duce, et cum Matthia, Hunnorum rege, foedus percussit, qui ei terra marique socii in bello forent. Hortatus est praeterea longa et ornatissima epistola Franciscum, cui totius belli eius summam delaturus esset, ut ipse etiam Dei causam tuendam susciperet ac tam piae, tam sanctae tamque salutari expeditioni interesset. c. 1401 γ 6 Franciscus' autem, qui etsi pientissimum pontificis auxiliandae periclitantis in orientali plaga christianae fidei consilium, velut ab optimo pastore profectum, non modo probabat, sed etiam maxime necessarium iudicabat, tamen eam, quam instituerat, profectionem in tam barbaras ac remotissimas ab oris Italiae nationes non ab re semper improbaverat, multis honestisque rationibus facile ostendit, cur eo tempore id muneris suscipere non liceret; quod plane vir prudentissimus intelligebat omnino profectionem multis de causis irritam vanamque futuram praedicabat et laborem frustra pontificem sumpturum, quandoquidem' Mur., 764 alio apparatu, alia ratione huiusmodi bellum adversus potentissimum regem et capitalissimum hostem, ac Pius instituerat, suscipiendum atque in illius finibus gerendum censeret. Sed ne omnino communi saluti iustissimoque Pii desiderio deesse videretur, missurum se dixit, ut supra ostendimus, cum equestribus copiis, quas non multo post in Flaminiam missit, Ludovicum filium, qui ei bello et interesset et pontificis lateri, quousque liceret, adesset. Sed enim pontifex, quamquam et corpore erat invalido, et Philippus burgundio, in quo magnam c. 1402 ge'rendi belli spem propter illius virtutem atque potentiam posuerat, aperte suis finibus excedere recusarat, et ob id cardinales suique omnes, quibus esset carissimus eum hortari rogareque, ne Roma discederet, non cessabant, tamen animo pertinaci in incepto persistens maturavit ab Urbe proficisci delatusque est multis tandem post diebus Anconam, perpetuis etiam febribus laborans, ubi iam triremes nonnullas, quas conscensurus erat, et in Illiricum transiturus paraverat, quo etiam multi ex Germania atque Hispania pervenerant cum pontifice adversus Turcos ituri ea tamen spe, ut sibi ab eo stipendia pro vitae alimentis penderentur. Sed cum eius rei nihil invenissent, nisi quod peccatorum indulgentia promittebatur, sicuti apostolicis epistolis fuerat ubique gentium fidelibus enuntiatum, indignantes remigrare quisque domum coeperunt. Advenit praeterea eodem, ut erat prius constitutum, Christophorus Maurus, Venetorum dux, cum navibus longis, ut pontifici iunctus una in expeditionem proficisceretur. Sed tanta fuit vis morbi in sene praesertim et imbecillo corpore, simul cum c. 1403 ingenti solicitudine animi, quod suos in irritum conatus' casuros seque ludibrio futurum animadverteret, ut paucis post diebus e vita excesserit. Felix profecto pontificis mors, quae eum in tanto christianae religionis subveniendae studio, unde manaverat, evocaverit feliciorque, quod e coeptu cursu, quem iniisse iam poenituerat, eius cum laude revocaverit; constituetar enim, sicuti ex Othonis legati literis Franciscus saepe acceperat, Brundusium usque tantummodo, si vixisset, navigare, et ibi subeuntum hiemem consumere; Romam postea irrita profectione, christianis principibus culpam iniiciendo redire. Eo autem vita suncto, omnes qui Anconam venerant, secum ex Italia profecturi, statim unde discesserant reverterunt. Pii corpus Romam relatum est, ubi, exsequiis rite solutis, primo cardinalium scrutinio Petrus Barbus venetus pontifex declaratus, cui Paulo secundo nomen fuit, ei in pontificatum successit.'

---

1. siculi *esp.* — 5. turconico.... pressi *esp.* — 10. autem qui, pientissimum *esp.* — 10-11. auxiliandae.... fidei *esp.* — 11. non modo *esp.* — 12. sed.... iudicabat *esp.* - quam instituerat *esp.* — 12-13. in tam.... improbaverat *esp.* — 13-14. multis.... cur *esp.* — 14-16. tempore multis de causis irritam vanamque — 16. et.... sumpturum *esp.* — 17-18. et.... instituerat *esp.* — 24. suique *esp.* - omnesque amici eum — 25. in.... persistens *esp.* — 25-26. maturat — 26. delatusque est, multisque, tandem *esp.* — 26-27. Anconam perpetua febre conflictatus defertur triremes — 28. paratas invenit et iam multi - cum *esp.* — 28-29. pontificem secuturi ea spe — 35-36. quod.... animadverteret *esp.* — 37-38. studio evocaverit feliciorque quod e coepto — 38. quem.... poenituerat sua *invece di* eius — 42. secum *esp.*

JOHANNIS SIMONETAE RERUM GESTARUM FRANCISCI SFORTIAE

LIBER TRIGESIMUSPRIMUS

Eo, qui insecutus est, anno circa ver primum et Fridericus, Ferdinandi regis secundogenitus cum sexcentis circiter equitibus Mediolanum ad Franciscum mittitur, Hippolithae Mariae Alphonso fratri desponsae Neapolim traducendae gratia, et Jacobus Picininus, qui, ut demonstratum est, superiore anno Mediolanum venerat, Neapolim ad regem proficiscitur. Causa vero proficiscendi fuit, quod, dum esset Mediolani, eius stipendii tempus effluxerat; quare Francisci opera facta est cum Ferdinando, dumtaxat in annum alterum, stipendii prorogatio, proinque missus est a Picinino Brocardus Persicus Neapolim, qui regi pro eo satisfaceret pecuniasque ad alendos milites acciperet. Hunc rex ex composito, non tam mittentis quam missi etiam ipsius causa, hilari vultu excepit, oppidis quibusdam donavit, magna magistratus dignitate ornavit et maiora se in eum dominumque suum beneficia in reliquum tempus collaturum pollicitus est et magno' se insuper Picinini visendi desiderio teneri ostendit. De his rebus cum fieret Picininus Brocardi literis quotidie certior, constituit tandem pro suo officio Neapolim, ad venerandum regem, accedere, quem reconciliatum et optimo in se animo arbitrabatur. Itaque, cum discedendi tempus instaret, propterea quod Fridericum regium natum, qui Mediolano appropinquare dicebatur, ibi exspectare nolebat, a Francisco magnopere petit, ut legatum ad regem destinaret, qui rem suam ei commendaret, quippe qui existimabat se eius causa a rege humanius susceptum ac omnibus in rebus benignius secum actum iri. Franciscus autem, qui cum adhuc non satis regis in Picininum mentem cognovisset, nec probaverat unquam, nec improbaverat illius ad eum profectionem, dixit libentissimo se animo legatum Neapolim missurum omniaque facturum, quae ei usui forent, et ob eam rem missus est una secum Petrus Posterla, in quo maximam Picininus ipse fidem ob veterem praecipuamque inter sese familiaritatem habebat, pro petentis voluntate ad regem legatus. Ubi vero Sulmonem Picininus pervenit, fuit ibi diebus aliquot de constituta coeptaque ad regem profectione subdubius, quippe qui non tam Ferrariae ac Cesenae a Borsio estensi, et Dominico Malatesta sui benivolentissimis, quam ex itinere a multis aliis et a suis praesertim domesticis, multa ac varia intellexerat suspicionis plena, quibus de causis sibi' animadvertendum esset, quemadmodum Neapolim proficisceretur, regique sibi infensissimo sese committeret. Verumtamen posteaquam ad eum Brocardus accessit, ad quem studio Ferdinandus, velut de eo benemeritus, miserat, ita assidue hortatus est, multis adductis rationibus, quibus et deberet et liceret ei ad regem tuto proficisci, ut omni metu suspicioneque sublata, Neapolim ire

Mur., 765 c. 1404 — c. 1405 — c. 1406

3. Ineunte sequentis anni vere *invece di* Eo.... et — 4. filius *invece di* secundogenitus — 5-6. traducturae — 7. vero *esp.* — 9. proin — 19. quippe quod

contenderit; procedenti autem ei multi ex regia nobilitate primores seiunctim tridui fere
Mur., 766 iti'nere procul ab urbe Neapoli facti sunt regio imperio obvii, qui variis locis venientem
honorifice acciperent. Introductus est igitur Picininus in urbem magno honore magnisque
blandiciis, cui novissime rex etiam ipse extra urbem magna cum procerum multitudine
obviam processit, qui eum amplexu osculoque humanissime excipere visus est, nam nihil
sane praetermiserat, quod ad hominem Neapolim alliciendum utile fore putasset. Fuit deinde
Picininus Neapoli dies plures, quo cum omnia rex consilia sua communicare videbatur; sed
ubi dies recessui dictus venit, quod redire Sulmonem, impetrata a rege venia, statuerat, quo
Drusiana uxor non multo post e Mediolano eum subsecuta adventare ferebatur, accitus est
mane ad regem in Novam arcem, eo, ut dicebatur, animo, quo, accepta venia sumptoque
c. 1407 cibo, rediret in Brutios; iusserat autem rex passim per' regni fines custodias fieri, ut si forte
Picininus vel interdiu, vel noctu transiret, per loca retineretur. Is dies fuit ad VIII kalendas
iulias, quo die beati Johannis Baptistae natale celebratur. Rex, cum pro sua consuetudine
Picininum humaniter accepisset, sicuti in illius adventu fecerat, ita in specie simulatae reces-
sus licentiae rursus exosculatus est; paulo deinde post, eo cum reliquis relicto, in interio-
rem locum secessit parvo interiecto temporis spatio a paratis iam lictoribus Picininus com-
prehenditur atque in carcerem agitur; comprehensi etiam sunt eodem tempore Franciscus
Picininus eius filius, Brocardus et alii perpauci; bona fisco addicata. Braciani milites, ubi-
cumque erant, a provinciae praefectis in praedam acti, quorum tamen multi, regiae ascripti
militiae, stationibus suis remanserunt intacti; reliqui vero bonis fere omnibus exuti, Silve-
stro duce, per Picentes in Flaminiam remigrantes, ad Dominicum Malatestam, antiquum
Bracianorum hospitem, sese receperunt. Ceterum Drusiana, quae iam in Brutios pervenerat,
sed nondum Sulmonem appulerat, eo tristi audito viri nuntio exterrita, mox, qua venerat,
Pisaurum ad Alexandrum patruum omnibus suis bonis, regio tamen iussu, revertit incolumis.
Sed quoniam haud dubie Ferdinandus futurum existimabat, ut varii per Italiam rumores
c. 1408 circumferrentur, Picininum scilicet' ipsum ab eo non iure, sed iniuria, odio ac fraude reten-
tum esse, literas ad Franciscum ceterosque Italiae potentatus in hanc sententiam scripsit:
" *Quot malis, quot calamitatibus Jacobi Picinini rebellio superioribus annis res nostras affecerit,*
" *novit non modo Italia omnis, sed ipse etiam terrarum orbis; qui oblitus tot immortalium*
" *beneficiorum, quibus et a divo Alphonso patre nostro, dum in humanis ageret, et a nobis*
" *post illius obitum fuerat exornatus, ea contra nos paravit et obstantissimo animo peregit,*
" *quae multo celsitudini tuae notiora sunt, quam a nobis possent abunde explicari; nam quanta*
Mur., 767 " *illius perfidia atque pertinacia in caput 'nostrum et in rerum nostrarum perniciem conatus*
" *fuerit, illud maxime declarat, quod tum demum ipse in partes nostras rediit, cum necesse*
" *esset devictum profligatumque sese in nostram tandem devenire potestatem. Quibus autem*
" *foederibus quibusve conditionibus ad nos reversus fuerit, aut quibus oppidis eum donaverimus*
" *quantaque illi stipendia decreverimus, non est necesse, ut nunc referamus. Certe si partes*
" *usque nostras secutus amicus defensorque fuisset, maiore illum stipendio maioribusque bene-*
" *ficiis prosequi non potuissemus. Nuper etiam cum ad nos venisset, non ut subditus, sed velut*
c. 1409 " *germanus frater, humaniter magnisque etiam honoribus a nobis exceptus est, quibus' adhuc*
" *non modo ad sanitatem nobiscum non redierat, sed ne quidem ab innata illa sua perfidia de-*
" *pravataque natura et incredibili paene in nos odio parum quid immutatus, ea in nos parabat*
" *moliebaturque, quibus nisi divina bonitate occursum fuisset, paratum erat non solum regno*
" *nostro excidium, sed brevi futurum, ut Italia omnis rursus novis bellorum incendiis cladi-*
" *busque laboraret. Quas ob res, quamquam inviti et summo cum animi dolore coacti tamen*
" *sumus, dum non modo rebus nostris, sed Italiae etiam universae et Christianae Religioni*
" *consulere volumus, Jacobum Picininum hunc capi captumque in Nova arce nostra neapo-*
" *litana servari iusserimus. Ex quo non minus recte utiliterque Italiae totius potentatibus ac*

---

16. parvoque

" *populis, et iis praesertim, qui otii pacisque cupidi ac benevivendi studiosi sunt, quam rebus nostris prospectum iri iudicamus. Quandoquidem futurum erat, ut malorum omnium ab illo nasceretur initium, quibus quidem malis brevi Italiam omnem conflagrare oportebat, ni Deus Optimus Maximus, qui nihil insidiarum diu abditum esse patitur, sua benignitate haec omnia nobis aperta fecisset. Quae sublimitati tuae significare voluimus, ut cum ex aliis, tum ex hoc potissimum intelligat, divino consilio, hac ratione et rebus nostris et cunctis Italiae principibus atque populis optime fuis'se prospectum, dum ea, quae tam nefarie tamque scelerate a* *c. 1410* *Jacobo Picinino parabantur, nobis retecta sunt; quae qualia et quanta fuerint, aliis literis nostris celsitudini tuae singillatim aperiemus* ". Quod ubi Franciscus rescivit, pergraviter commotus est, nec poterat se continere, quin saepe regem damnaret, quod in hominem, in sui praesertim legati conspectu, manus iniecisset, quem certe putabat eius criminis, cuius postremo insimulabatur, fuisse insontem; dolebat praeterea non mediocriter, quod existimabat neminem fere in Italia futurum, qui non iudicaret eum facinoris huiusmodi conscium, utpote qui cum Ferdinando propter vetus et paene immortale inter Sfortianos Bracianosque odium in ea re sensisset et Neapolim tanquam ad macellum Picininum misisset. Quibus de causis indignabundus confestim ad Philippum et Sfortiam Mariam filios et Robertum sanctoseverinatem sororium, quos una cum Friderico eunti Neapolim Hippolithae comites adhibuerat, literas quam celerrime perferendas iubet, ut ubicumque essent, ab itinere cum Hippolitha desisterent manerentque ibi, donec quid facere eos voluerit, edocerentur. Hi Senas cum iam pervenissent, acceptis non 'sine magna Friderici comitumque animi molestia literis, paruerunt. *Mur., 768* Praeterea Franciscus, ne quid pro Picinini salute in'expertum relinqueret, Tristanum *c. 1411 δ 1* filium ad regem mittit rogatum, ut, si gener adhuc viveret (quippe quem putabat post captivitatem paucis diebus supervixisse) eum sibi condonaret, multa se pro eo recepturum pollicitus. Inter haec Johannes andegavensis, classe triremium decem biremiumque duarum in massiliensi portu parata, Isclae inclusis brevique fame perituris opem ferre maturabat; at Ferdinandus aliam contra maior enumero maioribusque viribus coëgerat eamque in anchoris stare ac mare universum, qua parte commeatus Isclam importari poterant, ita circumsedere iusserat, ut navali corona mons ipse, in quo urbs sita est, cingeretur: proximas insulas ac montes, qui in continenti sunt et in altum liberiorem prospectum habent, exploratoribus custodiri; scaphis praeterea ac parvulis celerioribusque navigiis maria circumquaque observari. His igitur rebus constitutis, iam rumor, quamvis paulo ante falsus increbuit, hostilem adventare classem et ob id rex suam milite affatim complevit; sed vix triduum praeterierat, cum regiae classis praefectus nonis iuliis factus est ab exploratoribus certior, hostes prope adesse ad pugnam paratos. Qua re cognita, cum se quoque ad pugnam parasset, supervenientes in diluculo hostium triremes cum magno impetu adoriuntur primoque concursu triremis Massiliensium una intercipitur. Commis'so deinde toto utrimque agmine *c. 1412* proelio, rostratae Andegavensium naves longe numero superantur ob eamque rem aegre resistentes non multo labore tres aliae capiuntur. Quo factum est, ut reliquae extemplo verterentur in fugam; eoque successu regiae naves, acrius fugientes insectando, tres item alias triremes ceperunt; reliquas vero tres, cum celerius sese proelio explicuissent, consequi nequiverunt. Itaque captae sunt e massiliensi classe naves longae septem et cum iis biremes duae, comprehensusque est in ipsa fuga Carolus Torella classis praefectus. Hac victoria nuntiata, obsessi, omni auxilii spe destituti, non multis post diebus dediderunt urbem ac sese regi; idem fecere, qui Ovo arci praeerant. Per hunc modum, sicuti superiore anno terrestri, ita maritimo etiam bello finis factus est; ex quo tempore neapolitanum regnum tot gravibus diuturnisque bellis fatigatum terra marique tandem quiescere coepit.

---

15. *già* Marcellum; *l'amanuense stesso, pare, corresse* macellum — 22-23. rogatum ut generum sibi condonaret omnia se — 24. classem — 25. paraverat qua Isclae — 31. His.... constitutis *esp.* - quamvis falsus increbuerat — 32. et ob id *esp.* - complet — 38. Quo.... ut *esp.* — 38-39. vertuntur — 39. eoque successu *esp.* - regii - naves *esp.* - insectati — 40. vero *esp.* — 41. Ita — 43. auxilii *esp.* - urbem ac *esp.* — 45. etiam *esp.*

Haec non multo postquam gesta sunt, alterae Ferdinandi literae Francisco redditae sunt, quae Picinini mortem nuntiabant eamque hac accidisse de causa, quod cum octavus iam ageretur dies, quo regia classis ad Aenariam hostem profligarat eiusque victoriae nuntius Neapolim pervenisset, infinita paene hominum multitudo magno plausu magnoque clamore laetitiam prae se ferens, concurrere in arcem coepit. Quibus motus vocibus Piciniņus, qui c. 1413 δ 2 agebat' in turri, quae urbem prospicit, rei cognoscendae avidus, fenestram quandam conscendere a pavimento altiorem cratemque ferream manu comprehendere annixus, fallente manu delapsus est coxamque fregit, adeo quod, etsi a medicis nihil in adhibendis remediis Mur., 769 praeter'missum fuerat, tamen quia vulnus lethale erat, duodecimo die, posteaquam cecidisset, magna vi doloris victus, diem obierat. Quae ubi Franciscus accepit, quod de hominis morte nuntiabatur, facile credidit, sed de mortis genere minime, quin res ridicula visa est; nam ubique erat vulgata iam fama, Picininum vix biduum aut triduum omnino, posteaquam in vincula coniectus est, vixisse; quod et a certis auctoribus fuerat affirmatum. Cuius postea cadaver advenienti Neapolim Tristano hominemque, seu vivum, seu mortuum, videre cupienti, ut cum vidisset, testimonium perhibere posset percuntantibus, rex exhumatum ac ita, ut erat faetidum, ostendi iussit. Quibus de causis retardatum est Senis, ut supra ostendimus, mensibus fere duobus Hippolithae iter; nam cum Picinini retentio ingrata admodum Francisco exstitisset, sed mors ingratissima, saepe animo volutavit ex itinere filiam revocare; ad quam rem multos, et praecipue Blancam coniugem, concitatores habebat. Sed cum rerum omnium c. 1414 rationem habuisset, ubi de generi vita, quae irrecuperabilis' erat, nulla amplius relicta spes esset, visum est tandem a Ferdinandi amicitia nequaquam discedendum, quam tanto suo impendio, tanto suo suorumque periculo parasset. Ad quam quidem rem et Paulum romanum pontificem, quem dixisse ferunt, ubi Picininum comprehensum cognovit, factam esse eo tempore et Francisci, Mediolanensium ducis, domui et Italiae toti salutem, et Florentinos item habuit adhortatores. Proinde permisit Hippolitham Neapolim, ut coeperat, proficisci.

Confecto siculo bello, existimabat fore aliquando Franciscus, ut et milites quiete a tantis laboribus reficere et ipse animo quiescere et diuturnis etiam maximisque impensis parcere posset, quibus superioribus annis aerarium non modo exhauserat, sed magno etiam alieno aere conflato, in quadriennium fere creditoribus obligarat. Sed enim longe aliter quam putarat, ut assolet interdum, sibi evenit; nam sub idem tempus, maius aliud atque insperatum exortum est in transalpinis Galliis bellum ac maximi undique motus in Ludovici, Francorum regis, caput regnique eversionem quotidie excitari nuntiabantur; quare iudicabat futurum foederis iure, quod sibi erat cum Ludovico, ut ad eum quoque alia ex Italia a se auxilia in Galliam mitti oporteret. Causam vero tantorum motuum hanc fuisse reperiebat: superiore c. 1415 δ 3 anno, qui fuit a 'Natali christiano sexagesimus quartus supra quadringentesimum ad millesimum orta est inter regem ipsum et Franciscum, gallicae Britanniae ducem, de confiniis controversia, quae Ludovicus tum iure, tum vetere consuetudine ad se pertinere dicebat deque item praestanda fide, qua et bello et pace regiae obtemperaturus esset voluntati; Britannus autem dux omnia secus. Quare ubi inter sese diu multumque disceptassent, rex illum in iudicium arcessi imperat; postea vero ut regni totius primates ac principes ad kalendas decembres in turonensem urbem convenirent, edixit, quibus advocationis causam aperiens, ea se esse mente pronuntiat, ut in Britannum perinde ac sibi contumacem atque infestum arma Mur., 770 sumerentur. At ii, ut sunt Galli natura leves ac subdoli et ad bella suscipienda alacres, 'non pro rege in eo conventu, sed contra regem coniurant, percussoque qui aderant inter sese foedere, ceteros, qui abessent, solicitant, et ii quoque paulo post idem confirmant. Coniurationis

12. ubique.... fama *esp.* — 14. hominemque.... mortuum *esp.* — 15. ut.... percuntantibus *esp.* — 22-23. rem et Florentinorum consilio usus est et Pauli pontificis voce confirmatus dixisse enim ferunt P — 24-25. et Florentinos.... adhortatores *esp.* — 26. andegavensi *invece di* siculo - quiete *esp.* — 30. ut.... sibi *esp.* — 30-31. maius.... ac *esp.* — 33. alia ex Italia *esp.* — 37-38. deque.... voluntati *esp.* — 38. Franciscus *invece di* Britannus — 39. autem *esp.* — 42. Britannum .... sibi *esp.* — 44. qui aderant *esp.*

autem eius hos fuisse principes, Carolum, Biturigum ducem, regium germanum fratrem, Carolum, Philippi Burgundionum ducis primogenitum, Renatum, Andegavensium ducem, qui se Siciliae regem, ut ostendimus, nominat, Franciscum britannum, Johannem, Borboniensium ducem, Johannem, Alanconiensium ducem, Carolum, Nemorsinorum ducem, Johannem Andegavensem, Renati filium, qui superiore anno, ut demonstratum est' Genua neapolitanoque *c. 1416* regno pulsus, in Galliam redierat, et Carolum andegavensem, Renati germanum fratrem, Caenomanorum comitem, Ludovicum, Montispenserii comitem, Johannem, Armeniacorum comitem, Johannem, Alebretensium comitem, et Johannem, Dunesinorum comitem, quos plerique alii regni proceres secuti sunt. At non multo post tempore Britannus (hoc enim nomine appellantur, qui in Gallia relicta Britannia consederunt), veritus ne priusquam nondum prodita coniuratione auxilia pararentur, bellum sibi Ludovicus inferret, ad eum de componendis rebus legatos mittit; quorum opera brevi factum est, ut communi consensu pax inter eos in pictaviensi urbe firmata sit. Sed a Britanno, ut postea cognitum est, cuncta simulato animo atque dolo acta; nam eius legati in reditu Carolo, regis fratri, adolescenti ob iniectam vanam spem de vindicando sibi fraterno regno, suae partis facto, facile persuaserunt, ut nulla amplius cunctatione usus ad Britannum transiret. Is igitur postridie eius diei, dum cum rege venationis gratia iter faceret, relicto eo, domum repetens ad Britannum se recepit. Quare non multo post Johannes borboniensis, qui eius erat, ut praediximus, coniurationis princeps, finitimis regiae ditionis populis apertum indicit bellum; quem secutus Johannes armeniacus multum agri ferro' atque igni devastat. Quibus nuntiatis, rex aliorum *c. 1417 δ 4* principum animos cognoscere aggressus, varios eos omnes inconstantissimosque reperit; quamobrem maximis anxius curis, eos qui aut benivolentia, aut foedere sibi iuncti erant, rogare coepit, ut in tanto suo discrimine opem ferrent. Hos cum alios infirmos, alios iam aperte a fide discedere comperisset, confugit tandem ad Franciscum Sfortiam, velut ad hospitem praecipuum, cuius fide nihil certius sibi ducebat; hunc multis literis ac nuntiis rogat, obsecrat, obtestatur, ut auxiliares ex Italia copias in Galliam ad se mittat. Ipse autem magnis itineribus ex urbe Turone in Borboniensium fines profectus, coacto mox undique exercitu, feracissimum agrum populatur ac oppida quamplurima, partim per voluntariam deditionem, partim per metum vimque capit. Interim quoniam maiores Galliae motus in dies exspectabat, maioribus copiis augere exercitum contendit; civitatibus regni reliquis, quae persistebant in fide, dele'ctum imperat. Dum haec ita geruntur, nonnulli ex iis, qui in MUR., 771 regem coniurarant, Borboniensis, Alanconiensis, Nemorsinus, Armeniacus, quos supra nominavimus, et plerique item alii, ubi vident, se tanto hosti, nondum contractis in unum locum coniuratorum viribus impares futuros, pacem primo petere simulant, deinde inducias, quibus cum bis datae essent et novis'simae prioribus longiores, in multos dies res deducitur. Interim *c. 1418* tamen utrimque maximae ac frequentes ubique per regiones excubiae custodiaeque disponuntur et magis atque magis quisque pro se copias undique contrahit. Proponebatur quotidie spes pacis atque reconciliationis; sed simulanter omnia a coniuratis agebantur, nam eo consilio ad conditiones pacis deveniebant, ut rex distineretur, Carolo autem burgundioni et Francisco britanno, qui et auctoritate et viribus ceteros anteibant, et cogendorum militum daretur spatium et ad oppugnandum deinde regem cum universis viribus, ut erat ante constitutum, quod longius aberant, eundi facultas suppeteret. Sed dum de pacis conditionibus agitur, fit Ludovicus multis nuntiis certior, Burgundionem magnis copiis et incredibili paene tormentorum apparatu ex proximis Belgarum finibus movisse et per Ambianos Bellovacosque, ceteris superatis amnibus, Sequanam transisse atque e regione urbis Parisiorum, quae regni caput est, consedisse, omnia ferro ignique vastantem; quare veritus, ne si diutius in iis locis moraretur, reliquae coniuratorum copiae Burgundioni adiungerentur, ex quo mi-

1. autem *esp.* — 2-3. primogenitum Franciscum ipsum propter quem lis erat orta Johannem — 23. Hos *esp.* — 24-25. velut.... praecipuum *esp.* — 33. item *esp.* — 45. *propriamente* Parrhisiorum; *così* mutatis mutandis *a p. 484, ll. 2-3, 5, 33.*

nus postea posset tantis viribus resistere, maturandum in hostem et nulla cunctatione adoriendum putavit; itaque pacis conditionibus omissis, die noctuque universo exercitu ad Pa- c. 149 B c risios ire' contendit. Eius de adventu ubi factus est Burgundio certior, obsidione urbis relicta, fit regi continuo Ericum usque montem infesto agmine animoque ingenti obvius (quod oppidum viginti amplius passuum millibus a Parisiis distat); ibi carris stipitibusque suo more solo infixis, vallo celeriter confecto, colubrinis omnique missilium genere se defendere parat. At Ludovicus hunc totis copiis magnoque impetu invadit et missilibus ipse quoque eminus a lateribus pluribus hostem lacessere acriusque caedere coepit. Certatur utrimque fortissime atque pertinacissime: fit ob id continuo magna ac miserabilis ubique caedes; sed cum aliquandiu per hunc modum a duobus potentissimis exercitibus, altero in munitione se tueri, altero intra munitionem irrumpere conantibus, pugnatum esset, falsa exoritur regios inter milites vox, regem vulneribus confossum cecidisse. Qua voce exaudita, cecidere mox omnibus animi; dein languidius pugnare, multi proelio excedere et fugae se mandare coeperunt et Carolus andegavensis inter reliquos, qui tribus equitum millibus praeerat, seu metu propter increbrescentem amissi regis rumorem, seu dolo, quod iam, ut demonstratum est, cum hostibus sensisset, discedens toto suo equitatu, non prius a fuga restitit, quam passuum millia c. 150 circiter quinquaginta procul ab eo' loco abiisset. Quod ubi animadvertit Ludovicus, de- Mur., 772 tracta confestim galea, magna voce, '*Ego*, inquiens, *adsum*, revocare fugientes conatur. Ex quo multi seu pudore, seu metu ducti, restitere apud regem proeliumque ob id instauratum: multi vero, ut coeperant, relicto rege, fugam persequi perseveraverunt; nec tamen hostis munitionibus educere ausus est. Ludovicus autem, cum iam nox supervenisset, et a suis, qui remanserant, aegre dimicaretur, videntibus hostibus, proelio excessit et ad multam noctem Corbellium se recepit, quem in locum suos e foeda fuga reducere curavit et quoniam, ubi erat, amplius sibi manendum non videbatur, propter magnam militum multitudinem ad hostem quotidie confluentem, coacta biduo maiore errantium parte, Parisios concessit. Interim vero Carolus, numeratis occisorum cadaveribus, qui millium sex numerum superasse feruntur, iisque humatis operaque adhibita, ut saucii curarentur, cum res frumentaria exercitum deficeret, Estampas proficiscitur. Quod quidem oppidum etsi permunitum erat et validum, oppidani tamen, metu perculsi, sese Carolo dediderunt. Quem in locum Carolus, regius frater, Franciscus britannus et ceteri coniurationis principes confestim cum ingenti, quanta c. 151 maxime pro se quisque potuerunt, armatorum manu convenere. Fuerunt autem, ut existi'mabatur, praeter inutilem multitudinem supra centum fortissimorum virorum millia, cumque aut de capiendo, aut fugando rege agerent, constituerunt illum ad urbem Parisios circumsedere; quae etsi maxima est muroque circumdata validissimo et fossa item duplici et aggere munita, tamen non dubitabant, brevi regnum prope universum ab se imperata facturum. Quibus constitutis rebus, urbi totis castris admoverunt: Burgundio primus urbana prope moenia sua castra locat, quae ferratis curribus validoque aggere circumdat; Johannes andegavensis, qui urbi proximus est, pontem in Sequana situm occupat (id enim flumen mediam urbem interfluens, rem frumentariam facile abundeque ei civitati suppeditabat); at Carolus, regis frater, et Britannus ceterique principes municipia quaeque munitione firmiora circumquaque aggressi iisdemque potiti, urbem et ipsi ita obsident, ut ex magno ambitu is solus obsessis relictus sit aditus, qui ad occidentem pertinet et ad regionem eam vergit, quam Galli Normandiam dicunt: huic praesidio erant ex regiis evocatis quadraginta circiter equitum ac peditum millia. Quibus ex locis et Rothomago urbe amplissima, quae regionis totius caput est regique fidelissima, magna quotidie inclusis subsidia, invitis etiam obsidentibus c. 152 ipsis, subministra'bantur. Ceterum hostium duces Burgundioque in primis et recenti victoria et numero elati, saepe regem per caduceatores perque ferream chirothecam, belli more in certamen provocabant. At ille, ut est ingenii acrimonia et prudentia singulari praeditus,

---

3. ubi, est *esp.* — 25. vero *esp.* — 31. autem *esp.* — 35. ab se *esp.* — 47. feciales *invece di* caduceatores

cum statuisset urbe se continere hostesque, quoad posset, diuturnitate belli conterere viribusque exinanire proelio abstinebat provocantique hosti respondebat, non decere subditos regem suum in pugnam provocare.

Inter haec Franciscus Sfortia, qui erat animo in Ludovicum non benivolo minus quam grato, cum' primum de ea principum coniuratione, perfidiaque multorum literis cognovit, non Mur., 773
exspectandum sibi duxit, ut auxiliator accerseretur a rege, sed ultro ei succurrendum sui officii esse iudicavit; ad quam rem tamen non multo post accessit frequens regis ipsius petitio. Proinde celeriter exercitum in Cisalpina Gallia parandum curavit: huic viros fortes longoque belli usu peritos attribuit; imperii vero summam Galeatio primogenito suo tradidit, quem eo potissimum consilio ductus in eam expeditionem mittendum existimavit, ut et beneficium petenti in tanto suo periculo gratius foret cumulatiusque redderetur et adolescens filius disciplinam militarem, ipso vivente, disceret, armis assuesceret et militum quoque gratiam et auctoritatem bello gerendo sibi compararet, quippe' qui saepe dicere 'solitus esset, c. 1423
quam sibi iucundum exstitisset, si veneto bello, quod postremo gesserat, Galeatium filium apud se habere per aetatem licuisset. Is igitur bellandi cupidus, coacto non longe ab urbe Vercellis exercitu impetrataque ab Amideo sabaudiano principe, qui Ludovico patri in principatu successerat, de libero per suos fines transitu redituque fide publica, parte aestatis iam exacta, castra movit et per Taurinos iter faciens, paucis diebus ex Italia Alpes transcendit ac per Delphinates, quos vocant, in Viennensium fines regiae ditionis, magnis difficilibusque confectis itineribus, pervenit; deinde nulla fere data militibus quiete, Rhodanum traiecit; proximum Francisci borbonensis solum, quod Forense appellant, oppidis magis quam vicis frequens, invadit populatusque late ac longe regionis agros, magnum inde pecoris numerum abegit, ita ut nemo fere miles praedae expers redierit in castra. Eius adventu provinciae eius populi, qui fere omnes adversis Ludovici rebus infirmi vacillare animo et de defectione cogitare iam coeperant, in regia fide confirmantur; hostibus vero tantus est terror iniectus, ut Galeacius non formidabilis modo hostis, sed formidabilissimus cunctis esset; nam tanta mox est barbaris gentibus nata de Italorum virtute opinio, ut eos supra mortales esse arbitrarentur. Quare expugnatis primo aggres'su oppidis quibusdam illisque munitissimis et in c. 1424
praedam actis, quamplurima partim metu, partim voluntariis animis, dedentibus sese oppidanis, suam in potestatem venire coëgit, quae sane et situ erant et ceteris munitionibus captu difficillima et quae cum magnis olim exercitibus a Francorum regibus obsessa oppugnataque fuissent, in pristina tamen fide semper permanserant. De his rebus Franciscus borbonensis, qui cum ceteris coniuratis, ut docuimus, regem infestabat, crebris nuntiis certior factus, coepit non mediocriter suis rebus timere et iam de discessu ex castris apertissime verba facere, quo suorum saluti prospiceret. Quae sane res et Burgundioni molestiam attulit non parvam et regi in tanta calamitate magno fuit adiumento, nam et huic animus meliore spe auctus est et hostibus diminutus. Cum igitur rex huiusmodi consilio hostes distinere tempusque consumere instituisset, sinebat aliquando, ut levis armaturae equites, et ii quidem admodum perpauci, cum hostibus 'proeliarentur, qui post parvulas dimicationes in urbem revertebantur; Mur., 774
quod certe erat Burgundioni sociisque molestissimum, quippe qui ardebant ut, collatis signis, iretur in pugnam, brevi futurum rati, ut de rege ipso et de regno universo actum esset. At Ludovicus, cum inter spem metumque fluctu'aret sibique maxime a suorum insidiis cavendum esse intelligeret, saniore tandem usus consilio, post mensem tertium, quam pugnari c. 1425
coeptum est, circa kalendas novembres cum Burgundione ex communi utriusque consilio clam in colloquium venit pacemque certis conditionibus pepigit, factumque est deinde, ut Burgundionis ipsius opera coniurati omnes regi reconciliarentur. Post haec inter regem burgundionemque, ictis foederibus firmataque pace, in publicum convivium itum est, ubi duces principesque regni, qui inter accumbendum affuere, Ludovicum regem pro more venerati, iureiurando sese obstrinxere, ut posthac omni in eum maleficio atque iniuria abstinerent, illi quoque, veluti legitimo regi et domino, parerent. Quibus confectis rebus, data est singil-

latim omnibus abeundi potestas pauloque post in suas quisque sedes concessere. Itaque pacato per hunc modum regno sedataque omni coniuratione mense februario et anno a Natali christiano sexagesimo sexto supra quadringentesimum ad millesimum Ludovicus tres legatos misit ad Franciscum Sfortiam, magnae auctoritatis dignitatisque viros, qui ei coram gratias agerent immortales pro tanto et tam necessario tempore in se collato beneficio, cum saepe c. 1426 diceret, tempestivo illius auxilio non modo totam Delphinatus regionem' universumque lugdunensem agrum, qui iam in hostium paene devenerat potestatem, a comite Galeacio invictoque eius exercitu sibi restitutum servatumque esse, sed pacem etiam aequis conditionibus se consecutum. Legati autem ex itinere ad Galeacium primum deflexerunt, eadem exponendi gratia, quae primi expposituri erant; deinde Mediolanum ad Franciscum cum pervenissent et, quae rex mandaverat, praesentes retulissent, tanto honore et humanitate a munificentissimo principe excepti sunt, ut nihil aliud in ore habere viderentur, quam summam unius Francisci Sfortiae beneficentiam atque animi magnitudinem.

Sed vixdum legati ad regem redeuntes Alpes transierant, cum insperata atque repentina mors Franciscum ipsum, in summa rerum felicitate positum, cum ab omnibus quam diutissime etiam victurus speraretur, occupavit. Nam qua superioribus annis hidrope, ut docuimus, periculosissime laboraverat, non omnino liberatus, ita magnitudine pravorum humorum atraeque bilis potissimum partes superiores petentium oppressus est, ut intra biduum defecerit. Id medici evenisse iudicaverunt, quod quotidianis remediis et consueta corporis purgatione dies complures abstinuisset quodque singulare quoddam studium ad perstringen- c. 1427 dos humores in crura defluentes adhibuisset. Obiit autem ad VIII idus martias, quin'tum et sexagesimum aetatis ac sextum decimum mediolanensis principatus agens annum. At Blanca Maria, ut erat virago non minus prudens quam animo supra ingenium muliebre, in tam gra- Mur., 775 vissimo casunihil prae'termisit, quod ad salutem viri pertinere arbitraretur; nam assidue ea omnia cum medicis excogitavit curavitque remedia, quae ad bonam valetudinem virum iam deficientem revocarent. Sed cum animadverteret tandem eum paulatim extingui, veluti qui, cum ab ea esset persaepe interrogatus, aut parum et anxie responderet, aut nihil prae nimio stomachi dolore, quo plurimum conficeretur, nec omni usus conatu in nimia nausea vomitum posset facere, intelligeretque non solum ex medicorum iudicio, sed ex ipsa etiam re de illius vita nullam omnino sibi spem relictam esse, non destitit in tanta animi aegritudine, qua propemodum premebatur, vel ipsas inter lacrimas, propere ad Galeacium filium literas dare eumque certiorem reddere, iam esse de patris vita desperatum et ob id ne cunctaretur, quominus quamprimum in patriam reditum maturaret; deinde in multam noctem senatum cogit, nonnullis civibus accitis, qui inter Mediolanenses et auctoritate et opibus magis valerent. Quibus exposita praesenti calamitate, omnes est benigna et gravi oratione adhortata, ut rebus c. 1428 ita consulerent, ne quid posset' adversi accidere; intelligebat enim iure verendum esse in tanta populi multitudine, ne quid tumultus in principis obitu oriretur; et quod mirandum est, cum dolore ipsa usque adeo conficeretur, ut mortuae esset quam vivae similior, ea dicendi gravitate est usa ut, flentibus ceteris, ipsa sese a lacrimis et omni animi imbecillitate contineret; sed inter haec, ubi Franciscus naturae Deoque concessit, rursus nuntios misit ad Galeacium eumque de patris obitu edocuit, ut, quam tutius, quam celerius posset, in patriam reverteretur, adhortans; praeterea ad cetera consilia, quae ad tuendum principatum incolumitatemque suorum pertinere videbantur, non praetermisit omnes italicos potentatus de sui Mur., 776 principis et viri obi'tu efficere certiores hortarique atque rogare, ut sibi, tanto orbatae viro, ubi opus sit, auxilio forent, et regem Ferdinandum in primis atque Florentinos sibi foedere iunctos, et eadem ratione Paulum secundum pontificem maximum ac Venetos, ad quos etiam legatos misit viros graves. Et quoniam Franciscus non tam universae nobilitati, quam toti

---

1. Itaque *esp.* — 9. autem *esp.* — 15. positum *esp.* — 27. cum *esp.* — 27. esset *esp.* — 30-31. qua.... premebatur *esp.* — 32. eumque.... reddere *esp.* - et.... cunctaretur *esp.* — 32-33. ut *invece di* quominus — 41. quam tutius.... posset *esp.* — 43-44. sui.... et *esp.* — 44. tanto.... viro *esp.*

mediolanensi populo aeque fuerat carus et velut numen quoddam colebatur, magni fletus immensique ubique eiulatus in urbe exaudiebantur. Moeror ingens certe totam civitatem occuparat, cum omnes non principem optimum, sed patrem, sed vitam etiam ipsam atque animam amisisse viderentur erantque' omnes in eius laudes effusi vocesque et clamores fere- c. 1429 bantur in coelum. Placuit autem Blancae pro nimia sua in virum pietate, ut biduum eius corpus domi servaretur insepultum; quo quidem tempore nunquam destitit ita mortuum animo contemplari oculisque saepe aspicere, ac si vita frueretur. Domus tota fletibus eiulatibusque complebatur, etsi vocem ipsa ac lamentationem, quoad poterat, reprimebat. Die autem tertio, cum instituisset mortui corpus deferri in templum, quod maximum et nobilissimum in honorem Beatissimae Virginis Mediolani dicatum est, quod diutius propter corruptionem servari non poterat, e Curia priusquam efferretur, rursus maximis fletibus eiulatibusque propius facta, illud in oculos totamque faciem exosculari non cessavit, medicis ac cunctis, qui aderant, prohibentibus, ne triduanum corpus, quod iam olere coeperat, attrectaret. Inter lacrimas vero ac singultus haec ait: “ *O Domine mi, o vitae meae suavitas unica animaeque dimidium!* “ *quo pacto tam repente me miseram deseruisti, cui nihil carius, nihil exoptatum magis, nihil* “ *verisimilius erat, quam te in vita diuturnum fore? Considerabam equidem misera cum pro-* “ *pter tui animi magnitudinem, tum propter membrorum firmitatem ac totius corporis robur,* “ *ut non modo repentinus hic morbus, sed ne multa quidem lethalia vulnera te possent e vita* “ *eripere.' O spes, o columen, o perfugium meum! ubi me destituis cum parvulis tot liberis* c. 1430 “ *et is, qui est paulo natu grandior, longe a nobis abest inter peregrinos populos? O domine,* “ *o propugnator, o defensor mi! quo pacto repente adeo a nobis abiisti, ut ne hoc extremo tuae* “ *vitae exitu non modo mihi de agendis rebus consulere, sed ne quidem verbum facere potuisti?* “ *Ubi nunc est tua illa ingens probitas, summa virtus, maiestas ac vires incomparabiles? Quo* “ *tot tandem tantaeque victoriae abierunt, quas tu et consilii et animi magnitudine et hoc isto* “ *ense per universam Italiam semper invictus, semper indomitus, quamdiu vixisti, consecutus* “ *es? quibus unquam hostibus terga dedisti? quis unquam, ausus tecum congredi, non facile* “ *superatus est? Enimvero ut eras semper invictus, ita nemo te humanior, nemo te clementior* “ *nemo te benignior unquam fuit! Nunc ergo infelix quam sine tua praesentia vitam actura* “ *sum? Quam vellem si per divinam providentiam mihi liceret, aut animam meam cum tua* “ *commutare, aut saltem eodem fato comitari te! Quonam modo poterit Blanca sine Francisco,* “ *sine viro, sine duce, sine propugnatore et defensore suo vivere? Heu, heu me infelicem atque* “ *infortunatam, quod tibi unquam, dum eras in vita, molestior aliquando fuerim, nec omnia* “ *quae collibuissent, aequo pertulerim animo! quanto' ego nunc misera dolore maceror, quod* c. 1431 “ *me tibi interdum importuniorem praestiterim? Quod tamen nulla mea causa faciebam, sed* “ *tua certe dumtaxat, cui bonam valetudinem eamque firmissimam semper adesse cupiebam* „. Dein non modo ad eas, quae aderant, sed quae aberant, mulieres ita cum fletibus locuta est “ *O nuptae mulieres, nolite vos per immortalem Deum nolite viris vestris esse molestae, nam* “ *si fieri posset, ut quod ipsa doloris vulnus nunc patior, vos sentiretis, cum memoria mecum* “ *repeto, si meo huic principi quandoque gravior fuerim, nulla profecto esset, quae se viro* “ *suo non omni in re morigeram exhiberet* „. Haec autem Blanca idcirco dicebat, quod interdum in causa fuisset, ne Franciscus sua voluptate cum aliis foeminis, ut virorum mos est principumque potissime, frueretur. Post haec adiecit. “ *O dulcissime vir et mi domine!* “ *si quid preces meae apud te valent, te precor, te oro, te obsecro, ut mihi pro tua benignitate* “ *ignoscas, si qua unquam in re tibi minus morigera aut molesta fuerim. Quod autem reli-* “ *quum, tibi vita functo ipsa, quamdiu vixero, praestare obsequium valeo, nunquam desinam et* “ *misericordiae operibus, quibus potero, et assiduis orationibus cum per me, tum per religiosos* “ *sanctosque viros petere ab immortali Deo, ut tibi ignoscat quaecumque in vita deliqueris* “ *animamque tuam in summo tranquillitatis portu quiescere apud se faciat* „. His atque aliis

---

9. funus *invece di* mortui corpus — 14-p. 488 l. 3. haec .... provocari *esp.* — 14-31. haec .... vivere: *questo brano da mano diversa è indicato con un* “ manca „ (= va-cat) - *così pure il brano* Quanto.... faciat (ll. 33-48)

c. [illegible] huiusmodi verbis' lamentationibusque habitis, quibus et maximus mulieris dolor et incomparabilis in virum amor et pietas facile percipi poterat et astantes ad lachrimas lamentationesque maiores provocari, vix tandem Blanca a iacenti corpore abstracta. Illud pretiosissimis vestimentis insignibusque ducalibus ornatum ac illo ense cinctum, quo in omnibus victo'-Mur. [illegible] riis fortissime usus fuerat, sceptrumque dextera tenens, delatum est, ut diximum, in ecclesiam, ubi in medio templi positum ad vesperam usque, antequam conderetur, relictum est cum maximo civitatis totius concursu et publico ac miserabili omnium fletu et eiulatu. At Blanca paululum represso dolore, ut mulier sancta et religiosissima, mox ad Deum tota, ad ecclesias, ad sanctos viros et opera misericordiae conversa, nihil suffragii, nihil opis praetermisit, quod ad animae viri purgationem salutem atque beatitudinem consequendam praestari posset, cui rei etiam in reliquum vitae spatium studiosissime intendit, nec tamen destitit ingentis animi et sapientiae virago ea omnia maturius consulere, curare et providere, quae et ad Galeacii filii celerem incolumemque reditum et subditos populos in fide et quiete et socios amicosque potentatus in officio amicitiaque continendos et tanti principatus habenas recte moderandas, conducerent.

Quod reliquum est, cum hactenus ea a Francisco sex et quadraginta annorum spatio gesta per commentarios retulerimus, quae fortunae subesse imperio maxima ex parte videntur, tametsi talis ille tantusque fuit, ut omnem semper fortunam superaverit, non absurdum existimavimus ea quoque bona brevi compendio attingere, quae ei sunt corpori animoque tributa, quamquam et ea de re in operis praefatione nonnihil tetigerimus. Fuit profecto Franciscus Sfortia mira quadam et egregia corporis forma, quippe qui communis staturae mediocritatem superabat et cum esset aptissima et decora membrorum proportione, tum ea erat faciei dignitate ac vultu adeo gravi, adeo venerabili atque tanta maiestate conspicuus, ut facile inter virorum millia principem eum ac ceterorum imperatorem iudicasses. Robore
c. 1435 autem et agilitate ab ipsa usque adolescentia, ut neminem sibi parem offenderet;' quare et iaculando et luctando cursu quoque et saltu nemo erat, qui cum eo contendere auderet, nam et ferreas sudes easque ingentes grandiaque saxa aeque fere eminus iaciebat, ac alii tragulas, et omnem corporis laborem quam aequissimo animo ferebat. Nullis unquam hiemis frigoribus, nullis fractus aestatis fervoribus, quominus nudo capite inter maximos intolerabilesque labores semper versaretur; omne armorum onus non pluris faciebat quam lacernam; famis ac sitis patientissimus; nullis unquam tactus deliciis obsoniorum; praeterea nec vulnerum metu conterrebatur, nec dolore torpebat, quae fortissime pugnando plerumque nonnulla excepit; a nullo unquam malo odore, nec a fumo, nec a pulveris magnitudine se avertebat. Nemo sane inventus est, neque in cibo, neque in potu continentior, quibus utebatur minime delicatis, et ita parce atque perpolite, ut ne verecundis etiam virginibus cedere videretur; vesci autem solus consuevit nunquam vel perraro idque tum ob naturae benignitatem, tum etiam ut victus suus lateret neminem. Inter edendum quo etiam tempore quamplurimi ad eum et frequentissimi admittebantur, quae vellet cuique, seu palam, seu ad aurem exponere
c. 1434 licebat; controversias quoque ac perdifficiles et non tam militares quam civiles' aequo animo audiebat gravique iudicio aut ipse dirimebat, aut dirimendas mandabat. Somno insuper erat paucissimo, quem tamen aut propter corporis laborem, aut propter ullam animi solicitudinem, ne in maximis quidem clamoribus vel strepitu, amittebat unquam, quin potius cum in eius saepe tentoriis aut tabernaculis, ut fit militiae quam maximi strepitus fierent, aut prope exaudirentur, vel militaribus carminibus, vel tubarum tibiarumve, vel timpanorum sonis aut equorum hinnitu militaribusque clamoribus, tum ille altiori videbatur teneri somno; nec modo

---

3. a .... corpore *esp.* - Franciscus *invece di* illud — 4. ornatus - cinctus — 5. delatus — 6. relictus — 7-16. At .... est *il brano dall'amanuense era stato aggiunto in margine*; *altra mano lo espunse* — 16. *le parole* sex .... spatio *furono scritte sopra altre parole mal abrase*: viginti annorum spatio — 20-p. 490 l. 22. Fuit .... relinqueret: *un correttore con una linea marginale aveva proposto di espungere tutto questo lungo tratto; ma esso fu mantenuto già nella edizione del 1480 e del 1486 e quindi in quella muratoriana* — 31. nullis.... obsoniorum *esp.*

ferebat aequo animo quae fierent, sed laetabatur. Fuit autem animo usque adeo infracto atque inconcusso, ut omni maxime videretur care're formidine; quod si quis clamor hostilis Mur., 778 aut die, aut nocte repente oriebatur in castris, ipse omnium primus erat in armis ac cursim coramque ad tumultum se conferebat. Iis omnibus gerendis rebus securus fuit et celer et prudens et strenuus; in bello ad cognoscendos non modo hostium motus, sed sermones etiam consilia cogitationesque eam semper curam adhibuit, ut nihil fere eum latuerit, quod ipsi tentaturi essent. In ducendo autem et alendo exercitu, acie instruenda ac proelio committendo tanta peritia, prospicientia et animi fortitudine prae'stabat, ut hostium etiam ipsorum c. 1435 testimonio constaret, eum posse proelio nunquam superari. Ea autem utebatur ingenii acrimonia, ea gravitate, prudentia atque consilio, ut nihil neque in bellicis, neque in urbanis rebus iniret unquam, quod minus fuisset quam diligentissime antea metitus omnemque prospexisset eventum, et quod decreverat, innata quadam animi magnitudine et incredibili celeritate conficiebat. Mirum autem dictu est, quam abstineret illecebris humanisque voluptatibus atque cupiditatibus et, quod rarissimum in aliis invenias, cum neque in rebus adversis, si qua iniquitate fortunae acciderant, deprimebatur animo, ita ne in secundis quidem efferebatur, quin potius, sicuti in adversis non frangebatur, ita etiam in prospera fortuna modestissimus semper fuit et alios ab omni contumelia iniuriaque continebat et, ne id quidem mirum, cum omnibus de se praestaret exemplum, qui cum maxime vinceret, ultione non utebatur. Praeterea tanto fuit ingenii acumine et perspicientia, ut coeptarum rerum eventum, qui in bello dubius est, ferme semper praeviderit et eas saepissime victorias, quas multas et maximas consecutus est, multo ante praesagierit quam evenerint. Quanta etiam fuerit in eo viro ingenii vis atque consilii ad invenienda in difficultatibus remedia' eaque omnia provi- c. 1436 denda ac paranda, quibus ab omni se atque suos discrimine liberaret ac tueretur, nisi id lateret neminem, incredibile videretur. Quanta vero liberalitate excelluerit, ne facile quidem dictu est: nemo certe illo benignior, nemo beneficentior, nemo liberalior unquam fuit, cum omni in re, tum vel maxime in munificentia rei pecuniariae; qua re cum alii multi, tum vel in primis Cosmus Medices, eum saepe literis nuntiisque esset adhortatus, ut pecuniis parceret, neque earum tanta uteretur largitione, fieri enim posse, ut si minus sibi, liberis tamen suis, aliquando pecunia opus esset, ita respondebat, se Cosmo Medici quam maximas agere gratias; scire enim se eum loqui ex optimo ac benivolentissimo erga se animo, sed ut intelligeret sui animi sententiam, nihil omnino apud se interesse morine mallet vel avaritiae accusari; an se idcirco tantum adeptum esse principatum existimari velle, ut pecunias potius congereret, quam iis, ut par esset, liberalissime uteretur in ceteros? satis sibi ab immortali Deo vel supra optata datum, quod liberi, si probi fuerint, pecunia non egebunt; sin secus, quod omen Deus averteret, nullam profecto pecuniam, vel quam maximam, satis esse futuram; mercatorem se fuisse nunquam, neque existimari in reliquum tempus velle,' nam hactenus Mur., 779 nihil sibi utilius fuerat,' quam pecunias omnes, quas ex re bellicà maximas consecutus erat, c. 1437 in eos distribuere semper, qui se praebuissent sua militia atque munificentia dignos; quibus quidem artibus continuerat semper firmissimos fidelissimosque exercitus, quorum opera et labore pro divina benignitate hoc erat imperii assecutus; nunc autem pecuniis parcere, aeque se ducturum atque foenerari. Ceterum erat Franciscus ipsa natura humanissimus clementissimusque, qui, si aliquando aliorum culpa excanduisset, moderabatur illico vim omnem atque iracundiae impetum, et si aut re, aut verbo in quemquam se vehementiorem praestitisse putasset, tum illum, etiam tacentem, beneficiis prosequebatur, quo sibi maiore benevolentia atque observantia devinctum redderet; extorres patria, miseros peregrinos et viatores bonis plerumque spoliatos, qui ad eum plurimi confugiebant commeabantque, ita humaniter liberaliterque excipiebat, ut nemo ab eo vacuus tristisque discederet; aegrotos omni tempore aut ipse coram, aut per medicos, aut per alios visitabat pecuniaque iuvabat; sauciis

1. autem *esp.* — 4. In *invece di* iis - et, et *esp.* — 6. illi *invece di* ipsi — 7. autem, ac *esp.* — 13. autem *esp.* — 21. etiam *esp.* — 22. industriae *invece di* ingenii

praecipue largiter subvenire in castris consuevit; misericordiae operibus, quas elemosinas vocant, promptissime liberalissimeque indulgebat eiusque rei templa divina plurima religiosissimique conventus locuples perhibent testimonium: viros sapientes ac probos mirifice' c. 1438 diligebat honorabatque; improbos autem plurimum oderat, et ut in homines simplices et apertos nullas inimicitias exercebat, ita versutos, duplices occultique ingenii et assentatores in primis summo odio insequebatur. Fide autem eius nihil certius erat, ut quicquid promisisset, inviolate praestaret: honoris atque nominis sui rationem habebat singularem et ob eam rem saepissime percuntabatur, quae de se dicerentur, ut vel redderet rationem eorum, quae aut faceret, aut diceret, aut operam daret, ne qua infamiae labecula de se circumferretur. Vir sane fuit aequi rectique amantissimus, ac pietatis et religionis observantissimus; quare in eos omnes, qui a fide christiana videbantur abhorrere, praesertim Christi Jesu Redemptoris nostri et gloriosae Virginis Matris Mariae contemptores ac maledicos acerrime animadvertebat; ab omni etiam superstitione erat unus omnium alienus; mathematicos non multi faciebat, quippe qui non, vana saepe, astrologorum iudicia, sed rationem ipsam ducem sequeretur. Quid demum de eius divina naturalique facundia dicam? quae et sententiarum gravitate et verborum, quantum materno sermone exprimi queat, elegantia et dignitate adeo mirabilis in eo fuit, ut ex concionantis ore pendentes cunctos aspiceres, uti de Nestore c. 1439 scriptores tradunt. Quid multis? Si virtutes' illius omnes velimus singillatim recensere, longa profecto nimis esset oratio: sed illud certe ausim affirmare, post Caium Julium Caesarem neminem fere habuisse Italiam reperies, quem iure possis cum uno Francisco Sfortia conferre; qui quidem cum vicisset semper et victus fuisset nunquam, ita diem obiit, ut omnibus de se non minus desiderium quam fletum relinqueret.

Mur., 780 Ceterum Galeatius, ubi ex matris Blancae literis de desperata patris salute co'gnovit, re cum suis communicata, censuit, omnibus posthabitis rebus, quamprimum in patrias sedes sibi necessario redeundum; iusserat enim paulo ante Franciscus, ut ad Ludovicum regem et salutandi eius et Bonae sabaudianae virginis, reginae sororis, in matrimonium accipiendae gratia proficisceretur et ob id ad profectionem se iam paraverat. Sed demandata Johanni Palavicino exercitus cura, qui erat per Delphinates in hibernis distributus, et Petro Francisco Vicecomite legato ad regem misso, qui eum de Francisci patris casu edoceret, mercatorem quendam mediolanensem, Lugduni agentem, sibi itineris ducem sumit, ac perpaucis ex suis domesticis secum sumptis, mutatis vestibus, in Italiam redire contendit. Qui cum magnis diurnis nocturnisque dimensis itineribus, superatis Alpibus, die tertio Novali- c. 1440 tium pervenisset, quod est oppidum ad montis radices positum, undique ab incon'dita agrestium turba unum Galeatium petenti, quae iussa eo paulo ante convenerat, magnis clamoribus incautus circumvenitur. Ipse autem a comitibus derelictus, arte ex irruentium impetu elapsus, per invia praeruptaque saxa praeceps in proximum sacellum se recepit, ubi confestim a multitudine circumsessus, biduum fere inter spem metumque anxius fuit; sed Antonii Romaniani iureconsulti, magna in Taurinensibus auctoritate et clientela viri, qui fuerat Francisco duci deditissimus, et gentilium suorum ope et opera clanculum ex eo loco, occidente iam sole, incognita veste, sese ab obsidentium manibus eripuit ac per noctem tutum in locum perductus. Postridie eius diei in novariensem agrum, nullo intermisso tempore, multis Taurinensibus Mediolanensibusque simul, qui ei obviam ierant, comitantibus, se contulit incolumem; ignorabatur enim, utrum sabaudiani principis iussu, vel ne, illi per eius fines transeunti contra pacis foedera fidemque publicam tam gravis tamque insignis illata esset iniuria, cum duo tantummodo Augustinus lignanensis abbas et Johannes Albenus facinoris eius auctores fuisse insimularentur, qui cum paucis ante diebus missi ad Franciscum c. 1441 legati fuissent reversique ad Amideum ducem, qui ob comitialem morbum, quo prope'mo-

---

6. autem *esp.* — 11. Christi Jesu *esp.* — 16. vernaculo *invece di* materno — 19. erit *invece di* esset — 24. amicis *invece di* suis — 25. sibi necessario *esp.* — 31. suis *esp.* — 32. dimensis *esp.* — 33. positum *esp.* — 35. autem *esp.* — 38. et clientela *esp.*

dum laborabat, non regebat, sed regebatur et velut amens furensque interdum custodiebatur, facti essent de Francisci repentina morte certiores, temerario ausu Galeatium ipsum per Alpes insecuti, eum comprehendi in itinere iusserant, futurum existimantes, ut omnia Mediolani ob principis mortem miscerentur tumultuarieque agerentur eoque retento magnum essent inde emolumentum consecuturi. Galeatius igitur in paternas sedes reversus, a novariensibus primum civibus in novum eorum principem et patris in ducatu successorem magno plausu receptus est; deinde ad XIII kalendas apriles Mediolanum, ut erat a Blanca matre constitutum profectus, a cunctis summo honore atque laetitia susceptus et in ducatus dignitatem secundo et vigesimo aetatis anno assumptus est coepitque pacatissimum ubique paternum principatum ingenti animo atque prudentia administrare.

Interim perlatis quam celerrime universam per Italiam de Francisci morte nuntiis, venerunt Mediolanum complures ad eum principes ac principum civitatumque legati, ut tum (Mur., 781) veteris amicitiae, tum societatis iure uno atque eodem tempore et paternae mortis dolendae et de suscepto tanti principatus gubernaculo gratulandi munus persolverent et stabiliendi quoque tutandique regni eius, si oporteret, causam susciperent; advenit velut propinquior (c. 1142) omnium primus Guilielmus, Montiferratensium marchio, qui Johanni fratri successerat, Paulo deinde post Hercules Estensis, a Borsio fratre missus, Alexander deinceps Sfortia et Fridericus, Urbinatum comes; venerunt duo praeterea florentini legati, ex civitatis suae primariis, Bernardus Junius et Aloisius Guiciardinus, qui prae nimio dolore, quo ob Francisci desiderium afficiebantur, cum legationem in publica concione exponerent, non potuerunt se a multis lacrimis continere; misit et Paulus, romanus pontifex, legatum quoque suum, mise- (Mur., 782) runt Senenses, Bononienses atque Lucenses postremo, velut omnium longiore intervallo remotissimus, misit legatum suum Ludovicus, Francorum rex; Ferdinandus autem rex, cum Mediolani apud Franciscum legatos assidue haberet, misit mox Genuam cum classe et peditatu Turcum Cicinellum legatum, qui et ad confirmandos civium animos in fideque continendos et ad pellendos hostes, si qui eam regionem invaderent, auxilio foret; soli dumtaxat Veneti eo tempore in Italia huiusmodi legationis mittendae officio abstinuere; quae res et aliae quidem multae, quae futuri belli signa ostendebant, non parvam Galeatio reliquisque Italiae potentatibus novandarum rerum suspicionem iniecerunt.

JESOS.

---

4. tumultuarieque agerentur *esp.* — 16. Montisferrati — 18. suae *esp.* — 19. et *invece di* quo ob — 19-20. desiderio — 20. afficiebantur *esp.* — 21. quoque suum *esp.* — 23. rex *esp.* — 26. dumtaxat *esp.* — 27-28. et.... ostendebant *esp.*

APPENDICE

Compendio de la historia sforzesca facto per Johanne Simonetta allo Ill.mo Signore Ludovico Maria Sforza ducale capitano generale et locotenente ad eterna memoria de la vita et gesti excellenti del signor Duca suo patre. p. 1

Francesco Sforza uscito de le armi de la pueritia, domandato da Sforza suo patre in campo, dove con felicità in terra de Lavore (*sic*) guerrezava per la regina Joanna seconda contra el Re Alphonso, fece li primi stipendii soi contra Ioanne Isara spagnolo, capitaneo de la gente aragonese; contra el qual mandato a presso a Rhenda, non longe da Cosentia, fo abandonato da la mazore parte dele genti sue corrote da li inimici per primo' et con speranza de megliorare condicione; p. 2
per la qualcosa costretto redurse a Rhenda et coadunate quelle più gente, che li fo possibile, et posto in aguaito assaltò et rupe li inimici, quali andavano sachegiando el paese, de li quali presa gran parte con li auctori de quelli chi (*sic*) erano fugati da epso, li servò in presone senza altro male, fin chel intese la voluntà del patre circa el modo chel haveva servare con loro et, benchè dal patre gli fosse scripto chel dovesse farli morire, nientedemeno demostrando qual fosse la inclinatione sua a mansuetudine, li liberò tutti con dire che così li haveva scripto el patre, la qual cosa poi come Sforza intese, laudata la clementia del fiolo, affirmò essere in lui molto più prudentia cha nel patre'.

Quasi nel medesimo tempo Sforza rupe sotto le mure di Napoli el re Alphonso, quale p. 3
obsediava la regina Joanna in Castello Capuano, nella quale rotta fo preso la mazore parte de li Aragonesi, del qual (*sic*) si trovorono cento cavalleri, quali de tutta Hispania et Sicilia per speranza de grande comodo havevano seguitato el re Alphonso.

Morto Sforza infelicemente nel transito de la Pescara, Francisco suo fiolo li succede nel governo de la compagnia militare et nel stato, et per questa successione hebe Benevento, Manfredonia, Troia, Quarato et Ariano et alcune altre castelle tutte nel Reame, et in el patrimonio de San Pietro Toscanella et Aquapendente, et racolto benignamente da la regina Joanna per ordine suo alla primavera si accampò et messi (*sic*) l'assedio a' Napoli et obte- p. 4
nuta la cità per deditione, la restituite a la obedientia et impero de la regina.

In questo tempo Brazo da Perosa, homo de grande animo, oppugnava cum omne forza l'Aquila nel Abruzo; la qual cosa non parendo a papa Martino et alla regina Joanna dovere tolerare, deliberano comunamente mandare aiuto al periculo de epsa cità. Per la qual cosa coadunate le gente ecclesiastiche et de la regina, de le quale li primi capitanei erano Iacomo Caldora et Francesco Sforza, assaltarono lo exercito de Brazo et apizata la bataglia cum

17. *prima era scritto*.... esser molto più prudente del padre.

gran perforzo (*sic*) dal uno canto et dal altro, poi che gran pezzo fu combatuto cum vario evento, al ultimo Brazo vinto fu voltato in fuga et nel fugire ferito mortalmente dal Foli- p. 5 gnato, valenthomo d'arme sforzesco: mezo morto et presone fu portato in cam'po, dovi tractato cum grande humanità et honore da Francisco Sforza et curato con singulare diligentia da medici, in poco de tempo morite, non avendo mai parlato, benchè fusse con omne benignità interrogato et offerto se alcuna cosa voleva.

Facte le cose supradicte con felicità nel Reame de Napoli et aquietato secundo el desiderio del pontifice el Stato ecclesiastico per la morte de Brazo, Francesco Sforza, domandato da Philippo, duca de Milano, se acconzò alli stipendi soi, dovi nata guerra in Lombardia per la rebellione de Bressa, da Francesco son facte molte cose excellente a beneficio de Philippo; prima appresso Soncino ruppe Francesco Cremagnola, capitaneo de Venitiani, et del exercito suo fece prisoni millecinquecento homini d'arme, et a Cremona nel Po rupe l'armata nume- p. 6 rosissima de Venetiani, nela quale era capitaneo' Nicolò Trivisano et prese et sachezò quasi tutte le nave, in modo chel capitaneo a pena con pochissime potè scampare. Mandato poi da Philippo contra Joanne Jacomo, marchese de Monferrato, quale ne la prossima guerra haveva sequito le parte de Venitiani, pochi di poso chel intrò ne le fine sue, li levò quasi tutto el stato, occupato tra le altre cose etiam Casale San Vaso, in modo che, abandonato Joanne Jacomo da omne altra speranza, fu constretto ridurse a Venetia. Per ordine ancora de Philippo si conduce a Luca, essendo nata discordia tra Luchesi et Paulo Guiniso loro tiranno; ne la gionta del quale, preso Paulo et conducto al duca Philippo, Luchesi si ridussero in libertà, quale servata con gran parità de animi retengono fin al presente giorno.'

p. 7 De trentri anni electo dal duca Philippo in genero per la singulare virtù sua, poichè l'opera sua in Lombardia pareva poco necessaria per alhora, per la renovatione de la pace facta tra il prefato duca et Venitiani, impetrò licentia de andare in Puglia con la compagnia, dovi l'affectione inveterata et lo fondamento de le cose sue el tiravano, et inviato da Cremona ben ad ordine essendo in Romagna per commandamento del duca Philippo, mosse guerra nela Marca a papa Eugenio, quale era succeduto a Martino nel pontificato, rendutose prima Hesio, deinde occupato et sachegiato el Monte del Olmo, in vinti dì hebbe in possanza sua tutta la Marcha, nela quale, essendose facto signore del resto, hebbe Ancona et Camerino tributarie.

p. 8 El Zenaro proximo, invitato da li populi et maxime da Todini, passoe nel ducato' per le fine de Camerino et preso Gualdo, Nucera et Vissi, fece amicicia con Perosini et Conrado Trincio, signore de Foligno, et passato più in ante poso la deditione de Thodi, ebbe etiam voluntariamente Narnia, Terani, Amelia, Otriculi et Soriano con la rocha: per li quali facti papa Eugenio, quale dal altro canto verso Tivoli era ancora infestato da Nicolò Fortebracio, non possendo più sostenire tale pressura, mandava Nicolò Campano, quale fo poi cardinale ad Francisco Sforza per la pace, la quale se concluse con questa conditione, che Francesco con titulo de Marchese havesse el legitimo dominio de la Marcha et le altre terre, quale haveva occupato nel ducato et Patrimonio, le godesse como vicario de la Chiesia, de la quale fosse ancora confallonero, che è la suprema dignità militare in Italia, et verso Eugenio p. 9 havesse obbligo' de operare per la recuperatione de le cose, quale li avessero tolte li inimici.

Per questa pace havendo mandato Francesco Laurentio Attendulo e Leone Sforza suo fratello ad congiungerse con Michele Attendulo, capitaneo de le gente ecclesiastiche, redrizò con questo aiuto le cose de la Chiesa in favore talmente, che apresso Nomentano foe rupto Nicolo Fortebracio et spoliato l'haveriano caciato da le fine de la Chiesa, se Nicolò Piccinino, mandato dal duca Philippo per la molestia recevuta, che Francesco Sforza se fosse coniuncto cum papa Eugenio suo inimico, non se fosse opposto in tempo et havesse confirmato Nicolò Fortebracio; per questa venuta de Nicolò Picinino fo sostentata la clade del Fortebracio et lo populo de Roma excitato ad desiderio de cose nove, prese le arme, per vindicarse in p. 10 libertà; unde Eugenio fo' necessitato levarse da Roma et stravestito sopra una barcheta se

condusse ad Hostia et da lì reducto a Pisa et deinde ad Fiorenza ordinò che tutti li populi ecclesiastici obbedisseno ad Francesco como ad vicario et confallonero de la Chiesia; de la qual cosa dubitando Romani, Nicolo Picinino et lo Fortebracio se misero ad ordine, per andare al favore loro; ma la virtù de Francesco, quale presentite el caso, se li oppose insieme cum Michele Attendulo et impedirono li conati loro.

Essendo in medesmo dì che Michele Attendulo si coniunxe cum Francesco Sforza in terra de Roma, coniuncto ancora Nicolò Fortebracio con Nicolò Picinino et per la vicinità di campi et per la naturale inimicitia di capitanei, essendo irritati li animi de li soldati dal uno canto et l'altro, con continue contumelie et maxime per' la insolentia del Fortebracio, p. 11
quale non cessava de detrahere alla virtù di Sforzeschi, Francesco commosto per la indignità de la cosa, poi che ne ebbe facto querela con li commissari del duca Philippo, li quali dal canto suo obviavano più che possevano che doi capitanei, quali Philippo haveva carissimi, non venesseno alle mane, convocati li capitanei conducteri et capi de squadra del campo, poi che con oratione accomodata li hebbe infiammati contra li inimici, li comandoe chel dì seguente innanzi al giorno ogniuno fosse in arme, ornato de le più electe cose chel havesse, et ordinate le squadre al hora constituta, già haveva mandato Michele Attendulo ad assaltare el campo de li inimici, quando li commissari del duca Philippo usciti del campo pregareno Michele che non passasse più avanti, et uno de epsi Urbano de Sancto Aloisio passato più inante per trovare' Francesco Sforza, poi che fo al conspecto suo, gitato ali pedi, p. 12
lo pregò che non volesse permettere che se apizasse facto d'arme, nè condure con questa via le cose del duca Philippo suo patre in manifesto periculo; per le quali preghere Francesco Sforza essendo de natura mitissimo, omise la victoria certa de Braceschi, quale haveva como in mano, et mandoe un trombeta a Michele Attendulo a comandarli che, se ancora li soi non erano apizati cum li inimici, se abstenese de attacarse, et benchè Michele obedisse, niente de meno fo tanta la paura de Brazeschi et tanto era mancato l'audacia loro del maldire, che licet havesseno tempo de prepararse, tamen taliate le caveze, con li cavalli nudi et lassati li carriagi in campo, se misseno in fuga et se ridusseno a Vetralla, fornita de loro gente, dovi poi per opera de loro commissarii se obtene da' Francesco, che Nicolò Picinino p. 13
possesse uscire de Toscana et del ducato con lo exercito salvo et Fortebracio, restituite a Francesco Sforza in nome del pontifice lì lochi, quali haveva occupato, se contenesse da guerezare le cose de la Chiesia et retornasse ne li lochi, quali inante la guerra teneva nel Ducato. Dopo questo Eugenio pose l'animo alla recuperatione de Roma, alla quale non possendo attendere Francesco Sforza, per trovarse infirmo, li mandò Leone suo fratello cum la compagnia, per mezo del quale insieme cum l'aiuto de Joanne Vitelio, patriarca de Roma, cum poca fatiga fo recuperata et Francesco Condelmario cardinale, nepote de Eugenio, quale da Romani nella ribellione era posto in prisone, fo liberato.

Dopoi havendo Francesco Sforza lo exercito suo alle stantie in el contado de Thodi, per opera de Eugenio fo conducto a comuni stipendi da Venetiani et Fiorentini cum tre-millia' cavalli et mille fanti et cum titolo de capitaneo generale et essendo alla primavera p. 14
opposto a Nicolo Piccinino in Romagna Nicolo Fortebracio, mosse le arme contra Camerino con designo de aprirse la via nella Marca. Per la qual cosa Francesco Sforza avendo Alessandro suo fratello al governo della Marca, per dubio che senz'altro aiuto mal potesse resistere al Fortebracio, li mandoe Taliano Furlano con compagnia de valenti homini, col qual aiuto insiemi con gente comandata de tutta la provincia, Alessandro andoe a trovare Fortebracio quale oppugnava Capo de Monte, non molto remota da Camerino, dove el Fortebracio fo rotto et preso con tutti li soi, et ferito gravemente ne la fuga, el dì seguente morite. Per la morte del quale Assisio, liberato da la tirannia sua, se dede al pontifice, et dal altro canto renovata la pace intra el duca ' Philippo, Venitiani et Fiorentini et revocato p. 15
Nicolò Picinino in Lombardia, Bologna con quasi tutta la Romagna per singulare virtù de Francesco retornò alla devotione et obdientia del pontifice.

La invernata sequente essendo andato Francesco Sforza ale stantie ne la Marcha, la cità de Camerino, dimenticata de la fede data, comenzò ad alienarse da l'officio debito: per la qual cosa Francisco radunate le gente sue, non risguardato ala asperità del inverno, fece assalto ne le fine de Camerino, dove expugnate et sachegiate alcune castelle, strinxe la città per questi mali fra pochi dì ad mandare li oratori a pregare pace con commissione de pigliarla cum quella condicione, con la quale piacesse a Francesco de darla, quale (*sic*) per non manchare da la naturale mansuetudine sua, fo contento perdonarli et darli pace cum
p. 16 le lege prime' et cum la restitutione de le cose tolte; volse però retenere in potestà sua Serravalle cum alcuni altri pochi loci, solo per haver più obligati li animi de li Camertini a servare la fede cum lui et schivare de non fare più prova de quello, chi possesse portare la iusta ira contra la perfidia de popoli rebelli.

La estate proxima Francesco, richiesto in Romagna da Eugenio, per movere guerra contra Antonio Ordelapho, signore de Forlì, fece quella impresa cum la consueta felicità, in modo che Antonio Ordelapho, obtenuta la salute de le persone et beni soi et de li soi, fu contento dare la cità et contado, et Francesco, reducto Forlì in potestà sua, lo consignoe al legato del pontefice; da lì cavalcoe in Bolognese, domandato dal pontifice, quale ancora dimorava in Bologna, et bench'el pretexto et causa de domandarlo paresse essere nel timore, quale '
p. 17 pretendeva el pontifice per la stantia de Nicolò Picinino in Parmizana, nientedemeno el fine era molto diverso, perochè Eugenio non per timore del Picinino era sollicito, ma sconfiato per la recuperatione de Roma et morte de Nicolò Fortebracio, vedendo insiema Bologna reducta ala obedientia sua, non estimava altra cosa obstare alla felicità sua. cha la virtù et vita de Francesco Sforza, et però drizò li consilii sui ad farlo malcapitare, non solo per assicurarsi el presente stato, ma ancora quello che epso ne la Marcha et Patrimonio possedeva. Dede adunca questa impresa a Baldessare da Offida, homo de malo ingenio, audace ad omne impresa et ad epso Francesco inimico, et per questo grato a Sua Santità. Epso adunca prepara et finge molte cose, cum le quale possa far morire Francesco Sforza et haveria impiito
p. 18 la machinatione sua, se da molti de la corte del' pontefice non fosse occultamente significato a Francesco, chel se guardasse cum omne studio. Per la qual cosa, poichè Baldesare vide cum inganno non potere satisfare al designo suo, deliberò cum le arme opprimerlo et però misse insieme le gente d'arme et de epse dete el governo a Petro Joanne Paulo Ursino et cum littere et nuncii sollicita la venuta de Nicolò Picinino, demostrandoli esser venuta la opportunità de vindicarse de la inimicicia sua cum Francisco Sforza; nel qual tempo la fortuna volse che le lettere, per le quale Baldesare sollecitava Nicolò Picinino, forono intercepte et portate a Francesco. Per le quale vedendo essere confirmato quello che da Bologna li era significato, extimò non essere da differire più el remedio, et però ordinato l'exercito in bataglia, in ante dì si condusse a Butrio, dovi Baldesare et Petro Joanne Paulo
p. 19 erano allogiati et assalta'toli improvisamente, in poco de hora li ruppe. Nel qual conflicto abstenendose le gente d'arme de Sigismondo et Dominico, fratelli di Malatesti de interponerse, essendosi separati da li altri, non li lassò offendere. Li altri tutti furono oppressi et svalisati da Sforzeschi et tra li captivi fu connumerato Petro Joanne Paulo. Baldesare ne la fuga si condusse in Butrio, dovi se ascose; ma li homeni del loco, temendo l'ira del vincitore, lo recercarono cum omne diligentia et, trovato in habito de dona et imbratato de polvere, perchè non fosse cognosciuto, domandando supplicemente la vita, fu tumultuariamente apresentato a Francesco, dal quale el dì seguente fu mandato ne la rocha de Fermo, dovi poi, como fu dicto, passegiando, finì la vita secondo le actione sue, essendoli cascato da alto
p. 20 un coppo ne la testa.' Nunciate queste cose a Bologna, grande trepidatione fu ne la cità, ma più de cortexani, per non essere li animi de li citadini bene uniti cum el pontefice; perochè Bentivolii erano alienati da Eugenio per la morte de Antonio, principale de la loro

---

39. offendere *già* fare offesa

casa et li Caneschi, factione contraria, erano anchora loro poco contenti del dominio del pontefice. Per questo de comune consilio mandano ad exortare Francesco chel voglia appropinquarse cum l'exercito alla cità, promettendo de aprirli le porte cum le arme et, preso el papa, darli tutta la corte sua a saccomano, et anche se a lui non paresse de intrare ne la cità, gli fano intendere che da loro stessi faranno questo et li darano el papa cum tutta la corte sua et loro richeze. La quale occasione de vindicare la iniuria sua et farse signore de' Bologna, Francesco recusò de usare, respondendo ali nuncii, non patire la modestia sua *p. 21* che cum l'aiuto o saputa sua fosse violato el pontefice o damnificata la corte sua, per essere cosa impia et aliena da animo veramente cultore de religione.

Nel tempo che le cose sopradicte se facevano in Bolognese, Nicolò Picinino a persuasione de li exuli fiorentini era passato in Toschana cum grande exercito et teneva la republica de Fiorenza in non mediocre sollecitudine: per la qual cosa Fiorentini, estimando solo Francesco apto non solo a sustentare, ma anche a vincere tanto impeto, lo conducono in Toschana et opponono a li conati del Picinino; la virtù del quale presto levoe el Picinino da le fine de Fiorentini et liberoe de timore quella Repubblica. El Picinino reducto verso Luca, a conforto de Luchesi pigliò la impresa di expugnare Barga, castello del dominio de Luchesi, ma occupato poco inante da Fiorentini; in la quale obsidione, essendo el proposito *p. 22* et desiderio de Francesco de liberare Bargesi, senza perdimento de tempo manda al aiuto loro Nicolò da Pisa, Pietro Brunoro et Zarpellone cum numero de soldati electi, quali per la mazore parte erano del ordine da pede, per non comportare la condicione del loco l'uso de cavalli. L'andata de li quali havendo presentito Nicolò Picinino, confiso de le forze proprie, deliberò de expectarli. Li sforzeschi, ordinati in squadra, da la longa preseno el circuito de ascendere el monte, quale è sopra Barga; nel quale ascesi cazarono da quel loco el presidio de li inimici, et nel fare del giorno intrareno dentro da Barga, da unde facta eruptione da epsi cum l'aiuto de li Bargesi, Braceschi non manco promptamente se' prepararono in bataglia et sustenerono l'impeto; ma fu tanto l'ardore del animo de Sforzeschi *p. 23* et cum tanta forza fecero la impressione contra Braceschi che nisuna loro forza, nè arte li potè sustenire et per questo Braceschi rotti in omne parte se missero in fuga, presa gran parte de li cavalli cum le bombarde et carriagi. In questo conflicto combatando fortissimamente Ludovico da Gonzaga, fiolo de Joanne Francesco, marchese de Mantua, quale successe poi nel principato, zovene insigne non mancho per virtù che per la casa, fu facto presone.

Li doi anni sequenti, poichè Nicolò Pizinino per la invernata hebbe subiugata la regione Lunesana, la medesima regione la estate sequente fu recuperata da Francesco per Fiorentini; da poi anchora, oppugnata longamente cum gran perforzo la cità de Luca et nudata' del *p. 24* territorio suo de omne canto, al ultimo per opera de Francesco Fiorentini dedero pace a Luchesi cum la restitutione de le castelle, quale haveva perse, excepte alchune poche, quale Fiorentini reteneno per facti de la lega tra loro contracta. Per opera ancora de Francesco fu renovata la pace tra el duca Filippo et Fiorentini cum la esclusione de Venetiani, quali li havevano negato dare el stipendio. In questo tempo el duca Filippo, desiderando strengere cum sè Francisco più ch'el poteva, non pretermetteva cosa alcuna, per la quale potesse declararli non essere simulata nè vana la desponsatione, quale li haveva facto de Bianca sua fiola et però li assignò et dede in dote Tortona et Hasta citade, el Castellazo, el Bosco et Fregallo, castelli in Alexandrino, cum questa conditione, che dal socero in fora, col' quale *p. 25* haveva servare perpetuamente la pietà filiale et observantia debita, fusse in arbitrio suo de fare guerra et de essere pace cum chi li pareva.

Assettate le cose in questo modo in Toschana et Lombardia, Francesco, drizato cum l'animo nel Reame de Napoli, accelera de levarse de Toschana, per dare aiuto al re Raynero, col quale el re Alphonso contendeva del Reame de Napoli. In via essendo già pervenuto

1. anchora loro *aggiunta di altra mano* — 33. regione *di altra mano* — 43. castelli *di altra mano* — 44. pietà .... et *di altra mano*

nel ducato, Asisini quali havevano sequitato le parte de Brazeschi et rebellate da papa Eugenio, si dedero sè e la cità in la potestà de Francesco, quale, essendo tutte due le forteze in man de Cosmo de Medici fiorentino, impignate da papa Eugenio, non temptò cosa alcuna contra epsi.

Era in questo tempo l'odio antiquo de Nursini et Ceretani reuscito ad aperta guerra'
p. 26 et essendo Ceretani infestati molto da Nursini, intesa la vicinità de Francesco, subito alzarono le bandere sue et domandato auxilio da lui, facilmente lo impetrarono. Ma Nursini, benchè fusseno admoniti da Francesco a cessare da la oppugnatione de Ceretani, per essere tolti sotto la fede sua, nientedemeno perseveravano ne la oppugnatione. Per la qual cosa Francesco indignato, manda Nicolò da Pisa et Petro Bruuoro cum fantarie electe et cum alchuni cavalli, non desiderandone molte la natura del loco, li quali si condussero cum tanta celerità al aiuto de Ceretani, che prima Nursini senterono presi li allogiamenti et campo suo che la venuta loro; per la gionta de li quali Ceretani in medesimo tempo, facta em-
p. 27 ptione, parte preseno de Nursini et molti per ira ne tagliarono a pezzi; quatrocenti' et più saltati ne la Negra, fiume proximo, per salvarse natando, essendo el fiume rapidissimo et vorticoso, forono submersi.

Liberati de obsidione li Ceretani, Joanne Sforza per ordine de Francesco suo fratello, insieme col Pisano et Brunoro transferiscono la guerra ne le fine de Norsa. Francesco cum el resto de exercito se conduce a Foligno, dovi Conrado Trincio signorezava; et la causa de persequitarlo era, perchè sempre aveva aiutato et nutrito Brazeschi, inimici non solo de Francesco, ma anchora de li Pontifici Romani. Per la qual cosa Francesco haveva deliberato de levarli el stato: nientedemeno mosto (*sic*), perchè Conrado supplicemente el pregava che li volesse dare pace et prometteva de essere fidele nel avenire ali pontifici et alla Chiesa Romana et medesimamente ad epso et anche non parendo a proposito del bixogno suo inter-
p. 28 ponere altro impedimento' al disegno suo del Abruzo, fu contento abstenerse de farli guerra et per questo reconciliato cum sè, collocò in matrimonio la fiola d'epso a Leone suo fratello et voltose cum l'esercito verso Norsa. Per l'andata del quale spaventati li populi circumvincini, in pochi dì, parte per deditione, parte expugnati, se ridussero alla obedientia de Francesco in modo che solo restava la cità de Norsa: alla quale essendo per andare a campo Francesco, el dì sequente Nursini, strachi de tanti mali, mandano ambassatori a domandare pace et misericordia da Francesco; quali oratori cum oratione submissa et piena de preghiere confortano Francesco ad perdonarli, imputando lo errore commisso alla temerità del vulgo et non alla voluntà di boni citadini, et per confirmacione de questo allegano la consuetudine de Nursini
p. 29 riducta za in' proverbio, la quale è de separare et removere li litterati et savii da le consultatione pertinente alle cose del stato; per la quale oratione Francesco ridendo rispose essere contento de perdonare a pazzi et indocti, adciocchè li savii, pregando per il benificio universale, riportasseno honore de le preghere et così imposto el tributo, dede pace ali Nursini.

Dopo questo Francesco passa nel Abruzo et cum le arme intrato prima nele fine de Iosia de Aquaviva, da omne canto sacheza el paese. De la quale guerra Iosia ne era dato causa, perochè sequito le parte aragonese cum l'aiuto de li fuorausciti de Asculo, non haveva cessato de infestare Asculani; el quale Iosia, per la venuta de Francesco sbigotito, si ridusse a Teramo et da lì anchora retirandose ricorse al aiuto del re Alphonso. Facta la dedi-
p. 30 tione da' Teramesi, per essere cità primaria del paese, el resto de le citate et castelle, quale sono tra la Pescara et lo Tronto, vene alla obedientia de Francesco. Per la qual cosa el re Alphonso, quale in quel tempo nel Abruzo faceva guerra contra Caldareschi, diffiso alle cose sue, retorna in Campania et domanda aiuto al duca Philippo; quale non havuto respecto ad alcuna de le cose promesse a Francesco, non cessa de pregarlo et admonirlo chel se ritiri da la offesa del re Alphonso et retorni nela Marcha; appresso scrive a Fiorentini che non subministrino dinari a Francesco et lo revochino da la guerra incomenzata contra al re Alphonso, et non lo facendo denuncia de farli guerra. Per questo Francesco comprese el

duca Philippo multo immutato, nè havere quello bono animo chel credeva verso sè; per la
qual cosa, facta tregua' con el re Alphonso, se volta cum le gente ne la Marcha et si con- p. 31
duce a Sassoferrato, quale como asilo in quel tempo era receptaculo non solo de Braceschi,
ma anchora de omne altra colluvie de gente. El quale expugnato et dato a sachomano alli
soldati, va verso Tholentini, perochè l'anno inante, sollicitati da Camertini, havevano rebel-
lato; nè questi, poichè vidino preparata la oppugnatione, usarano altra difficultà a renderse
a Francesco. Camertini ancora, quali per incertitudine de fede havevano manchato, man-
darono soi oratori a domandare pace. La qual Francesco, per essere propinquo lo inverno,
non (*sic*) parve denegare. Recolti adunca in gratia li Camertini et facti tributarii già la
terza volta, facte anchora altre cose felicemente in quella estate, Francesco, distribuito lo
exercito per le terre de la Marcha, se redusse a le stantie.'

Fra questo mezo de novo se concitò in Lombardia una gran guerra. El duca Philippo, p. 32
non dimenticata la iniuria ricevuta nela perdita de Bressa, haveva conducto Joanne Francesco,
marchese de Mantua, el quale, coniuncto cum Philippo, non possete mancho lui aquistare
Verona et Vincentia per sè, quanto el duca recuperare Bergomo et Bressa; per questo
Nicolò Picinino, cum grande exercito mandato alla oppugnatione de Bressa', poichè l'hebbe
restrecta, passò in ante et haveva talmente prostrato omne cosa fin apresso a Padua, che a
Vinitiani dal corpo de la cità in fora, cioè Bergomo, Bressa, Verona et Vincentia, verso
Lombardia niente più li restava. Venetiani, veduta la grandeza del periculo suo, estimando
solo Francesco potere resistere al impeto del Picinino, mandano a pregarlo' che in questo p. 33
suo adverso caso li voglia aiutare. Per la qual cosa Francesco mosto per molte et iuste
cause, maximamente confortandolo ancora Fiorentini, colligati de Venetiani, se conduce cum
stipendio de ducento vintimilia ducati l'anno con titulo de capitaneo generale de la lega,
nela quale ultra li doi potentati supradicti, se comprehendevano ancora el pontefice et Ge-
nuesi. Poso la qual conducta, subito che per la qualità del tempo si potè levare da la
Marcha, cum grande exercito et per lungi cammini si conduxe con tale celerità in Padoano,
che restituite in uno momento le cose de Venetiani, quasi afflicte et perdite (*sic*), perochè
subito chel fo gionto, unito cum sè et dato animo alle giente de Venetiani, quale in ante
fugate da li inimici erano piene de timore, cum tale prontitudine et' alacrità de animo se p. 34
voltò contra li Ducheschi, che non solo represse el corso de le victorie del Picinino, ma
ancora lo rebutoe de qua da Athesi et recuperoe in pocho de tempo le castelle, quale epso
haveva occupato de là.

Reducte in questo principio de favore le cose de Venetiani, pareva necessario non dif-
ferire al soccorso de Bressa, quale già se reduceva in extremo bisogno de victualie, ma ser-
rate tutte le altre vie, restava solo la speranza di aiutarla per la montagna, via difficile
et per natura del loco impedita. Francesco aduncha, instando Venetiani, el lon (*sic*) lassare
più in periculo, lassati li carriagii a Verona, cum le gente expedite per via ardua et difficile
vene a Peneda, apresso el quale loco al canto sinistro è Riva de Trento,' qual loco al lago p. 35
de Garda ha porto et era fornita da li inimici; apresso anche è Tenna, castello posto sopra
un colle, multo elevato, per el quale era necessario a Francesco passare, andando al soccorso
de Bressa; el qual loco Francesco deliberando expugnare, per aprire la via al designo suo,
li conduce le bombarde. El Picinino, vedendo questo, transportato le gente sue a Riva de
Trento, si sforza de prohibire et removere Francesco da la oppugnatione. Et per questo
quasi omne giorno si scaramuza mo tra quelli da cavallo, mo cum quelli da pede; all'ultimo
se condusse la cosa tanto inante, che da exercito ad exercito integramente si commise bataglia
et essendo combatuto bon pezo cum vario evento, inclinando al ultimo li Brazeschi, cum tale
perforzo li Sforzeschi li furono adosso che turpis'simamente se misero in fuga et de epsi la p. 36
mazore parte fu presa; nel qual numero furono Carlo da Gonzaga, fiolo del marchese Joanne

27. in momento *di altra mano* — 35. *già*: per la via de la montagna difficile

Francesco, Sacramoro Vesconte et Cesare da Martinengo. Fu anchora opinione chel Picinino, capitaneo de la impresa, fosse preso in quello conflicto, ma che subito lassato se reducesse a Tenna, da unde stato ascosto el giorno da meza nocte, involupato in un sacco o panni de altra natura, in forma de corpo ferito in spalla de un sachomano todesco, quale solo ne la fuga lo aveva sequito, fu portato per mezo el campo de li inimici ad Ripa de Trento alli soi, non senza aiuto de alcuni del exercito venitiano, como allora fu avuta opinione.

Obtenuta questa victoria, sforzandosi Francesco redurre la guerra a fine, Verona per p. 37 insidie fu presa dal Picinino et da Johanne Francesco,' marchese de Mantua, auctore del tractato, valendosi a questa impresa l'uno et l'altro de le gente, quale erano rimaste integre alla rotta de Tenna, ne la occupatione de la quale cità li carriagii del exercito venitiano reponuti in essa per la difficoltà del camino, dove l'esercito si conduceva, furono dati a sachomano, salvati li cittadini et robe loro a preghere del marchese. La qual nova essendo pervenuta a Francesco, proposta la cosa in consultatione, contra al parere de ogniuno, iudica, poichè le forteze restavano ferme in potestà de Venetiani, non essere da perdere tempo, per andare a Verona, a recuperare la cità. improbando el parere de tutti li altri, quali ricordaveno di tradure l'exercito a Vincentia, per posserlo meglio salvare. Per questo in summa p. 38 asperità de fredo levato el campo cum silentio,' intra ne la cità per la rocha posta al monte et descendendo da lì incontrato ne li inimici, quali se gli erano opposti, li rumpe et mette in fuga et havendone preso gran parte, reduce in potestà sua la parte de la cità, qual' è posta ultra l'Athesi voltata verso Vincentia; più ultra de qua el fiume prohibite ch'el non passasse. El Picinino et lo marchese diffisi de retenere questa altra parte de la cità, vedendo le gente sue tumultuare, anchora loro se mettano in fuga et parte a Mantua, parte ne le proxime castelle si riduchono. Recuperata Verona, Francesco retorna al loco verso Tenna, da unde pocho inante era partito; per la venuta del quale la via si apre a Bressa. L'armata del duca Philippo, quale era nel laco, se prehende da la venetiana et Rippa de Trento è expugnata et sachegiata.'

p. 39 Al principio de la estate sequente el Picinino cum grande exercito passa in Toschana et Francesco parimente cum non minore gente conducto de qua da Mintio, libera Bressa de longa obsidione et fame et venuto in ante fin al fiume de Olio, expugnato el ponte apresso Soncino, rumpe et mette in fuga Taliano Forlano, capitaneo de le gente philippesche, presi li carriagii quasi cum tutte le gente d'arme. Cum questa victoria Francesco reduce in potestà sua tuta Giaradada fin ad Adda et recrea et subleva totalmente Bergomo, già atrito et consumpto de longa guerra et fame.

In questo tempo el Picinino apresso Angiari assaltoe l'exercito de Fiorentini, del quale era capitaneo Michele Attendulo, mandato da Francesco al aiuto de Fiorentini et hebbe, como p. 40 anche molte volte' in ante, la fortuna adversa; et però rotto et spoliato de le gente d'arme et carriagii se redusse et salvòe al borgo San Sepulcro. Francesco dal canto de qua, poichè vide non possere passare più inante, obstando la grandeza del fiume de Adda et le genti ducale, voltato in dreto excorse el Cremonese et Mantuano et in potestà sua reduce el paese fin al Seraglio de Mantua et cum le bombarde expugna Pischera et Vallegio cum le forteze et ponti, quali hano sopra el Mintio et li agiunge al imperio de Venetiani.

Nel principio de la estate sequente essendo retornato Francesco in Bressana cum le gente d'arme, el Picinino ancora lui instaurato l'exercito, se era conducto là et haveva occupato p. 41 gran parte del contado et accostato l'uno exercito et l'altro a Cimiano, fo' cum grandissimo sforzo da l'uno et l'altro canto combatuto. Per il quale conflicto el Picinino fo rebutato de qua da Olio. Francesco, passato el fiume, el perseguita a Martinengo et in conspecto suo li mette l'assedio. Li inimici facto una via circa un miglio in forteza et cum li ripari da lato era appropinquato ala terra et cum omne sforzo obviava che Francesco non l'obtenesse et per questo omne giorno si scaramuzava tra l'uno campo et l'altro, nè se lassava ocio alcuno alli soldati. Nel tempo che in questo modo le cose si governano a Martinengo, el

duca Philippo, sdignatc grandemente de la insolentia et deshoneste petitione di soi capitanei, occultamente manda a Francesco per fare la pace et de continente conclusa la tregua contra voluntà del Picinino, Francesco è facto arbitro et moderatore de la pace et poi piglia Martinengo' in potestà sua. Poso la quale pacificatione, el mena Bianca, data dal duca Pihlippo *p. 42* in matrimonio et piglia in potestà sua Cremona et Pontremulo per dote, et essendo facto fine alla guerra del duca con Venetiani, fa quasi tutta la invernata a Cremona.

Nel tempo che queste cose se facevano in Lombardia, el re Alphonso in Apulia et in Abruzo non cessava de infestare le terre del dominio de Francesco Sforza; haveva el re mandato nel Abruzo gran gente d'arme et fanterie sotto el governo de Raymundo Caldora, fratello de Jacomo, Josia de Aquaviva et Ricio de Montechiaro. Contra epsi venuto Alexandro Sforza, quale per ordine di Francesco suo fratello si era mosto de la Marcha con lo exercito, captata la opportunità de assaltarli, con non grave conflicto' li rumpe et mette in *p. 43* fuga et prexe Raymundo cum la magiore parte de le gente d'arme; Josia et Ricio nel tumulto se servarono.

Pacificate le cose in Lombardia, Francesco, facta lega col re Raynero, quale allora gravemente era infestato a Napoli dal re Alphonso, volta l'animo a impresa nova de guerra, per subvenire a re amicissimo et per recuperare quello che del patrimonio suo li inimici havevano occupato. Per la qual cosa manda, non unitamente, ma diviso et cum intervallo l'exercito suo in la Marcha; poso el quale sequito ancora lui, ordina a Joanne suo fratello che con parte de le gente d'arme se transferisca nel Abruzo. Per questa sua andata Eugenio per opera del duca Philippo, quale aveva molesto ch'el genero dasesse aiuto al re Raynero conduce a soi stipendii el Picinino, quale pervenuto nel' ducato, demonstra altro effecto *p. 44* cha quello, perch'el diceva essergli andato; perochè occupato Todi improvisamente et accresciuto l'exercito con gran gente, descende ne la Marcha. Francesco alhora se ritrovava havere diviso l'exercito et per questo essere inferiore de forze; nientedemeno per el tempo non solo el retene chel non infesti più longe la provintia, ma ancora apresso a Meldula, serrate da omne canto le vie, lo assedia in modo che non era in faculta sua de levarse senza detrimento. Per questo el Picinino, usata l'opera del commissario fiorentino, per haverlo deprecatore apresso a Francisco, domanda et prega pace et con questa condicione la impetra, che subito se levi da la Marcha et per lo avenire si abstenga de movere più guerra contra Francesco. Ma el Picinino, homo' alieno da omne rasone et ben vivere, quale non aveva rispecto alcuno *p. 45* de observatione de fede, poichè se vide liberato da tanto periculo, contra la pace occupato Tollentino per deditione del populo, et renovata de novo la pace per el mezo del medesimo commissario, con nova sceleragine et perfidia la rumpe, perchè retornato nel ducato assedia et prehende Gualdo et, conducto Assisio per insidie in potestà sua, el mette a saccomano.

Persequitato la estate proxima Francesco dal re Alphonso fin al Metoro (*sic*), non solo per tenerlo lontano del reame, ma anche per capitale odio del dicto re, se ridusse a Fano, dovi, benchè havesse contra el pontifice, el re Alphonso et Nicolò Picinino, tamen solo con parte de le gente sue sustene innumerabile loro exercito et per Jacomino da Milano suo trombeta, homo accorto' et prudente, in consilio del re et de tutti li adversarii fece expro- *p. 46* bare la perfidia sua a Nicolò Picinino.

Essendosi posto Nicolò Picinino al monte del loro (*sic*) nel contado de Pesaro, per prohibire el transito de Tadeo da Este et Petro Joanne Paulo, mandati da Venetiani et Fiorentini a l'aiuto de Francesco Sforza, quali za erano arrivati nel contado de Arimino, a cinque de novembre Francisco se mosse da Fano, per passare la Foia, et lo dì sequente unirse con le gente auxiliare. In la quale andata Nicolo Picinino nel hora che li Sforzeschi erano impediti, nel allozare li assaltoe, per romperli prima che se facessino più forte de gente.

---

38. del dicto re: *altra mano* — 39. havesse contra *altra mano su parole abrase* — 45. arrivati *altra mano*

Per il che Francesco Sforza misse in ordine l'exercito et fece tale impressione contra li Bracceschi che li rupe, prese et spolioe de li carriagi et allogiamenti'.

Poso questa victoria Francesco Sforza, coniuncto con sè Thadeo et Petro Joanne Paulo, retorna ne la Marcha et facto lo inverno a Fermo con la mogliere, per avere Nicolo Picinino instaurato lo exercito suo, benchè non havesse dato la prestanza, uscite con le gente in campagnia et apresso al monte del Ulmo rupe Francesco Picinino, lassato al governo de le gente dal patre, quale era con instantia domandato dal duca Philippo. Ne la quale rotta Francesco Picinino, persi tutti li carriagi, fo preso con gran parte de li soi et mandato ne la rocha de Fermo. Francesco Sforza per questa victoria recupera la Marcha et quello che doi anni in ante aveva preso tra el Tronte et la Pescara, et de novo fa pace con papa Eugenio per suasione del duca Philippo et, comparato Pesaro da Galeazo Malatesta, el dona
p. 45 ad Alexandro,' suo fratello. Nel qual tempo Nicolo Pizinino a Milano, odita la rota et calamità del fiolo, per grandeza de affanno infirmato morite.

De novo Francesco Sforza per la implacabile natura de papa Eugenio, aiutandolo el re Alphonso et duca Philippo, fo reducto in guerra mazore et più periculosa de le passate; et benchè mandato Antonio da Trivultio et Bastiano da Canusio al soccorso de Josia, rompesse el re Alphonso, nientedemeno reparato lo exercito, d'epso con gran gente de papa Eugenio et del duca Philippo era stretto tenerse su le defese, dove fo tal el consilio et governo suo chel ridusse l'exercito grossissimo de tanti adversarii a termini, chel se disolsi in modo che senza suo salvoconducto non si potè partire.'

p. 49 Havendo Francesco Sforza facto morire Zerpellone, designato dal duca Philippo al loco de Nicolò Picinino, epso duca indignato fece prova prima per insidie, poi per forza de levarli Cremona, havendo mandato Francesco Picinino alla obsidione d'epsa. La qual cosa induxe Venetiani a rompere in Bressana et mandare Michele Attendulo al soccorso de Cremona, dal quale in brevi fo rotto lo exercito del duca Philippo; et Venetiani, vedendosi la fortuna favorevole, presa Giaradda (*sic*) et poi Cassano senza contrasto, extesero le arme fino a Milano.

Per questi mali agitato el duca Philippo, parendoli non havere altra certa speranza alle cose sue che la virtù del genero, con molti nuncii el fece ricerchare a venire, excusando le cose passate facte contra lui, non per altro che per revocarlo da li adversarii.
p. 50 Per la quale requi'sitione Francesco Sforza respose de satisfare alla voluntà del socero et soccorrere al periculo suo.

Preparandosi Francesco Sforza alla venuta de Lombardia, fo retardato per opera de alcuni, quali inclinati al favore de Braceschi, non cessavano farlo suspecto al duca Philippo et per questo era già la estate in declinatione et morto el duca Philippo, che epso de poco era posto in camino et, benchè fosse cascato de gran speranza, tamen continuoe el camino fin a Parma, dove ello intende Milanesi, spianata la forteza, essersi vindicati in libertà et lo medesmo havere facto le altre cità, tra le quale Lode et Piasenza havevano tolto gente de Venetiani et Hasta era data dal commisrario del duca Philippo a un governatore de Carlo, re de Franza, venuto poco inante in Italia con gente d'arme.'

p. 51 Milanesi, creato el magistrato de la libertà sua, mandano Antonio Trivultio ambassatore a Francesco Sforza per l'amicitia, quale haveva con lui, confortandolo ad esserli adiutore, con promessa de non mancharli del stipendio promisso dal duca Philippo. Per la qual cosa Francesco Sforza, vedendo le cose in quelle turbatione, promette l'opera sua per la salute loro et, posto in camino, stringe Parmesani vindicati in libertà a vivere in pace et amicitia con Milanesi et poi Cremona con altri ambassatori de Milanesi capitula et, gionte con sè le gente d'arme philippesche, quale era disperse, passata Adda a Pizighitono in Lodesana, represse l'impeto de Venitiani, in conspecto de li quali li tolse San Columbano,

---

35. et .... Philippo *aggiunta di altra mano*

benchè fosse fornito de gran presidio et in medesmo tempo hebe el castello de Pavia, et recusando Pavesi el dominio del' populo de Milano, se dedero a lui.

Extimando Francisco troppo periculoso lassare Placentia in possanza de Venitiani, con p. 52
lo exercito passa Po et pone l'assedio a Placentia: quale benchè fosse defesa gagliardamente et per sito, muri et fossi et per presidio de quatromilia soldati forestieri, di quali haveva el governo Thadeo, marchese d'Este, nientedemeno fo expugnata et sachegiata et preso Thadeo con el presidio suo. Dopoi recuperata Giaradada, excepto Caravagio, se volta in Cremonese, dove Andrea Quirino, capitaneo de l'armata venitiana, se sforzava de rompere el ponte, facto sopra Po scontro a Cremona. El quale, benchè odita la venuta de Francesco Sforza, se retirasse verso Casalmazore, perseguitato da epso Francesco più con lo exercito terrestre cha con l'armata preparata a Pavia, fo constrecto' per la grande artigliaria, da la p. 53
quale era combatuta et conquassata l'armata, mettere in terra le gente et brusare le nave; el quale incendio fo talmente aiutato da Francesco Sforza che de settanta nave non ne camparono se non due.

Restando Caravagio solo in Giaradadda in possanza de Venetiani, non pare a Milanesi, per essere bon loco, dovere lassarlo a quel modo et per questo Francesco Sforza se pone allo assedio; nel quale non essendo lontano più de un miglio l'exercito di Venitiani, non si cessava scaramuzare tra l'uno et l'altro campo et a fortificare li allogiamenti. Dopo longa obsidione dubitando li capitanei de Venitiani chel populo de Cavaragio et el presidio, che era in epso, qual diceva non poter più sostenere la obsidione, non si rendesse a Milanesi, per una via coperta per densità' de arbori et per essere palustre poco custodita, drizate le p. 54
squadre, preseno le prime sbarre del campo milanese et reducte alle secunde, de le quale non se erano avedute, si firmano; contra li quali Francesco Sforza armato l'esercito da doi lati con tanto impeto li assaltoe, che in picola hora li rupe et turpissimamente li misse in fuga. In questa victoria, ultra Hermolao Donato, proveditore del campo, facto captivo insieme con le bandere de Vinitiani et sachegiato el campo, furono presi sopra undece millia cavalli insieme con la magior parte de li homeni d'arme et de li capitanei: Zentile de la Leonessa, Roberto Bodiense, Guido Rangono et Jacomo Cathellano. Per la qual rotta Caravagini si resero et spogliati quelli che erano al presidio, Matteo da Capua, qual era al governo, fo havuto tra li captivi et tutto el' contado de Bergamo, da la città in fuora, vene p. 55
in potestà de Milanesi.

Per questa felicissima et divina victoria Milanesi, ultra le letanie facte a Milano, mandano una magnifica legatione de li principali citadini a congratularsi con Francesco Sforza de la felicità et virtù sua et dopo longo debatimento ne la disputatione de quello che poso tal victoria se doveva fare, vinse la sententia de Francesco Sforza che con tutto l'exercito senza dimora se passasse in Bressana et essendo principiata la impresa et occupato tutto el Bressano de qua da Mintio, per Iacomazo da Salerno si accorse apertamente de la invidia quale alcuni maligni se studiavano concitarli apresso al populo de Milano et che per havere ad essere in dominio suo Bressa per li capituli, a questi tali era molesto chella si pigliasse;' perochè ultra che si studiassero minuirli l'exercito, non contenti contra la ordinatione facta, p. 56
avere mandato Francesco et Iacomo Picinino a la obsidione de Lode, ultimamente mandarono un commissario in campo a comandare a Gulielmo da Monferrato chel andasse in Lodesana a congiungersi con le altre genti a quella impresa et epso lassata la obsidione de Bressa, passassi in Veronese, havendo apresso noticia de la pratica de pace, qual tractavano Milanesi con Venitiani a ruina et excidio suo. Per la qual cosa li parvi che et con onestà et per necessità li fosse licito et dovesse provedere alla salute sua. Per questo si acordoe con Venitiani con questa condicione che li captivi da l'un canto et l'altro si liberasseno, che epso uscisse de Bressana et Bergamascha, che Giaradda (*sic*) con Crema sia ' de Vene- p. 57

46. et dovesse *altra mano*

tiani, che epsi diano Lode a lui et sia suo tutto quello chel duca Philippo alla morte sua possedeva et finchè Francesco Sforza l'habia acquistato. Venitiani li mantengano quattro millia cavalli et doa millia fanti et ultra questo li daghino tredece millia ducati el mese.

Facto questo acordo con Venitiani, era el consilio de Francesco Sforza mandare parte electa de le gente sue a liberare Lodesani da la obsidione, per venire poi lui col resto del exercito in Milanese; ma non era ancora partito da Bressa, quando li fo significato la dedi tione de Lodesani a Milanesi. Per questo mutato consilio, per altra via andoe in Lodesana; da unde richiesto poi da Placentini, quali mal voluntera pativano l'imperio de Milanesi, fo ricolto per signore et da lì per el Pavese vene in Milanese, dove con poca' faticha obtenuti Binasco, Abiate et Canturio li fornite de gente et poi, voltato in Novarese, in tri di hebbe el dominio de la cità et caciati Savoini fora da Romagnano, sachegiò li soldati, da li quali era tenuto, et fra questo mezo obtene ancora Vigievano. Da certe poche gente d'arme, mandate oltra Po, in suo nome fo tolto Tertona et Alexandria, quale subito transferite per virtù pheudale in Gulielmo de Monferrato. Dopo questo ritornoe in Milanese et a Landriano et per li lochi circumstanti firmoe l'exercito.

In medesmi dì havendo mandato Alexandro Sforza suo fratello in Parmesana, per redurre la cità in dominio suo con lo aiuto de Petro Maria Rosso, epso Alexandro apresso a Felino quasi fo circumvenuto da Parmesani, di quali era capitaneo Carlo da Campobasso et nentedemeno in brevi' augumentato de forze, rupe et prese la magior parte de Parmesani et mise in fuga Iacomo Picinino, venuto al aiuto loro. In questo tempo li Brianzeschi, quelli de Lecho et li altri populi de quello laco se danno a Francesco Sforza et el simile fanno quelli de Lugano et del Laco Mazore; apresso a questo Melegnano con la rocha vene in potestà sua et epso piglia al soldo suo Francisco et Iacomo Picinino e mandato Bartolameo Coliono, uno de li capi de le gente, quale li mantenevano Venitiani ala impresa de Parma, Alexandro strinxe la cità in modo che in pochi dì si rese.

Essendo facto questo alla invernata, alla primavera Francesco Sforza si prepara alla obsidione de Monza, per esserli in ante poco prosperamente successa per negligenza et fraude de chi haveva governata' la impresa, et dimandando Francesco et Iacomo Picinini la cura de la impresa, li manda loro et Gulielmo da Monferrato; li quali fratelli fra questo mezo, che si preparano le cose necessarie alla obsidione, non partendosi dal ingenio del patre, se acordarono cum Milanesi et intrarono in Monza et quello medesmo dì se conduxero a Milano, nè mancoe nel voltare suo chel minore de loro non proponesi che poi, che si maculavano de perfidia, dovevano accompagnarla de più gratia che potessero cum Milanesi et per questo assaltare et rompere Gulielmo, qual spaventato del caso, se reduxe con le gente sue a Francesco Sforza. Epsi Picinini insieme con Carlo da Gonzaga subito forono mandati da Milanesi a succorrere Crema, quali in via recuperarono Melegnano; ma prima che arrivassero a Crema, le gente de Venetiani, lassate alla obsidione, si ritrassero in Cremonese.'

Francesco Sforza, intesa la transitione de li fratelli Picinini, disse, poi che in loro era odio naturale contra el nome sforzescho, esserli meglio haverli lontani aperti inimici che apresso col suo nutrirli, con opportunità de offendere più grandemente; et conducto con le genti a Melegnano, in sei dì reduce la rocha a pacti de darseli, se fra tri dì Milanesi non la soccorrono. Per la qual cosa Milanesi, deliberati de soccorrerla et usciti li capitanei loro cum innumerabile multitudine de armata, se firmarono lontano quatro millia da la cità, extimando col nome de tanto numero levare Francesco Sforza da la obsidione, essendo fama che ascendevano a sexantamillia. Ma epso non mosto da questa ostentatione e con l'exercito in squadre se li fece incontra et posto su un piano apto ad explicare le genti in bataglia,' deliberò expectare l'impeto da tanto exercito. La qual cosa intesa da Milanesi, fece che ritornarono in la città senza altro effecto et la rocha de Melagnano statim si rese.

33-44. accompagnarla .... questo *altra mano in margine*

In questo tempo nasce in Novarese una nova et repentina guerra. Ludovico de Savoia, a persuasione de Amadeo suo patre, haveva facto lega con Milanesi et da oltra monti haveva facto venire gran gente d'arme et sotto el governo de Ioanne Campeso, havendo invano temptato con notturni inganni occupare la citadella de Novaria, con ferità barbarica guastava el paese. Ad reprimere questo impeto et levare li inimici del Novarese, Francesco mandoe Conrado suo fratello et Iacomazo da Salerno, et essendo el numero loro poco bastante, li agiunge Bartholomeo Coliono, et in prima scaramuzandosi' da l'uno canto et da *p. 63* l'altro, Iohanne Campeso restò presone et poi deducta la cosa ad conflicto, cum tutte le genti Savoini forono rotti et fugati et solo remasero de non essere o captivi o morti quelli quali la morte subtrasse da li ochi de Sforzeschi; tra li capitanei captivi fo Iacomo da Cellano et Iacomo da Bornate, primarii tra Savoini.

Seque la rebellione de Vigievano, qual posto in presone el podestà de Francesco Sforza, tolseno in la terra le gente de Milanesi, con le quali infestava tutta Lomellina. La qual cosa astrinse Francesco Sforza alla impresa de assediare Vigievano; qual poso longa et dura oppugnatione, al ultimo essendo stracco el populo de fatica et ferita la magior parte, non havendo altra speranza de salute, se ricorsero alla misericordia de Francesco Sforza; qual posto in presone li auctori de la rebellione et per castigatione imposto taxa pecuniaria' a *p. 64* li participi del loro consilio, fo contento perdonare alli altri.

Liberati Novaresi et domati Vigievanaschi, Francesco Sforza retorna in Milanese et in un momento recupera quello che li inimici li hano tolto in Sepri; poi voltato in Lodesana, prehende Sancto Angelo et con intelligentia del castellano tolto in podestà sua Pizighetono et la rocha, sachegia el presidio, che lì era de Braceschi, et reduce Cassano in dominio suo. Per quelli giorni Carlo da Gonzaga, essendo mandato da Milanesi a Lode, per servare quella cità et Crema col presidio suo, capitulato chel hebbe con Francesco Sforza del stipendio et altre cose sue, abandona Lode et Crema. Per la qual cosa subito Lodesani se dedero et Cremaschi, volendo fare el simile, per trovarsi strecti da Venetiani, forono repudiati da Francescho Sforza et confortati ad' darse a Venitiani, benchè non *p. 65* mancasse chi lo avisava che Venetiani, havuta Crema, pigliariano la protectione de Milanesi, negando de volere manchare de fede et volere più presto che Venetiani fosseno extimati violatori de la fede et havere facto principio di lassare questa amicicia cha essere dicto che in lui ne fosse colpa.

Facto questo, Francesco Sforza deliberando strenger più Milano, se fa in ante et allogia a Lambrate, con questo animo che, intrato in li borghi, voleva prehendere la cità fin su le porte; et essendo le cose reducte tanto in ante che si scaramuzava a Porta Nova et allogiando alcuni de li soi ne li borghi de Porta Horientale, quali offerivano la intrata nela cità, turboe le cose la venuta de Pasquale Maripetro, proveditore venetiano, cum commissione a Francesco de questa natura: che Venetiani per molti' rispecti havevano facto pace con *p. 66* Milanesi, nela quale è statuito che Francesco Sforza da hora in ante non facia iniuria a Milanesi et el territorio posto tra Ticino, Po et Adda, excepto Pavia et territorio suo, sia de Milanesi; le altre cità de Lombardia, quale Francesco Sforza se ha aquistato, le retenga et restituisca Lode et territorio suo tra li dicti fiumi a Milanesi, dasendo spatio xx dì a Francesco Sforza de pigliare questa pace, con denunciare che, se, non piacendoli le condicioni, deliberarà più presto continuare in guerra cum Milanesi che vivere in pace, Venetiani per virtù de la lega, quale hano con Milanesi, pigliarano le arme in defensione loro. Francesco dopo molte querele de la lega con sè rotta, responde che tra il decto tempo significaria per soi ambasatori la voluntà' sua et, da Lambra' reducto a Melegnano, fa tregua *p. 67* xx dì con Milanesi. In el qual tempo li soldati sforzeschi, per indignatione de essere aban-

---

5. Francesco *altra mano* — 8. cum.... gienti *altra mano* — 15. el popolo *altra mano* — 17. per castigatione *altra mano* — 31. ne *altra mano*

donati perfidamente nela impresa, svalizano le gente venitiane, che erano state al aiuto suo, alle quale Francesco Sforza fece però restituire le cose tolte.

Restando in summa perturbacione de consilio Francesco Sforza per questa mutatione de Venitiani, non vedendo como potere sustenere el peso de la guerra contra doi potentissimi stati et extimando da l'altro canto periculoso pigliare queste insidiose condicione de pace, accade una cosa insperata che li castellani da Trezo gli offersono la fortezza con promessa de prohibire Venetiani, quando temptasseno passare Adda da quello lato. La qual cosa fece che solo el transito de Brivio romase in facultà de Milanesi. Nel qual tempo Alexandro Sforza havendo in Piasentina levato el stato, quale' tenevano li fratelli Picinini, spogliò ancora Nicolò Terzo e li soi de le castelle, qual tenevano in Parmesana, perochè epso tolto soldo da re Alphonso, qual favorezava Milanesi, faceva guerra a Parmisani et ultra questo svalizò Raymundo Anichino, mandato dal re Alphonso con gente d'arme per aiutare Nicolò Terzo. Questo insieme con la transactione de gran parte de le gente sue a Francesco Sforza, afflixe talmente l'animo di Francesco Picinino, che agravato da l'altro canto de ydropesia morite a Milano. Essendo le cose in questo stato, parendo a Francesco o de possere proibire el transito di Adda a Venetiani o, se passesseno. de havere copia de combattere all'aperta con loro, delibera de prosequire la guerra contra Milanesi et per questo,' facta provisione che nè a sè manchino victualie et che a Milano non ne sia portato, manda Ioanne Sfortia suo fratello con una galiarda compagnia nel monte de Brianza, qual con fosse, arzini et con le arme prohibisca el transito a quelli, che a Brivio se sforzasseno passare: lui ancora col resto del exercito si condusse a Cassano, per intendere da lì li movimenti de le gente venetiane, qual sotto el governo de Sigismondo Malatesta, già erano congregate in Bergamasca. Era la nocte de Natale, quando da le spie et expluratori fo nunciato che li nimici pigliavano el camino de Brivio, per passare nel monte di Brianza; per la qual cosa levato ancora lui da Cassano, continuato el camino la nocte et dì sequente, sul principio de la nocte arrivò al monte de Chalco, quale è sopra Brivio. Lì trova' el monte de Santa Agnesia, quale è scontro a Chalcho, per negligentia abandonato da li soi, essere fornito de fanti da li inimici. Dal qual loco descendendo li inimici et passandone anche assai per la valle, qual divide quelli monti, Francesco Sforza se le fa incontra et, facta atroce scaramuza, cacia li inimici al fiume, dovi defesi da la rocha retornano de là da Adda. El dì sequente essendo già nocte, da molti Francesco Sforza intende Iacomo Picinino con molta gente d'arme et cum grande perforzo, electo de omne multitudine de Milanesi, essere uscito et arivato fin a Casale con proposito de unirse el dì sequente con quelli che tenevano el monte de Santa Agnesia et con le spalle sue aprire la via alli altri de passare Adda. Per questo Francesco non fece dimora et nel silentio de la nocte con tutto lo exercito se fa incontra' al Picinino, quale ne l'aurora asaltò e rupe et mise in fuga, presa la mazor parte de le gente d'arme et sachegiate tutte le fantarie chel haveva. Dopo retorna pure a Chalco, dove essendo passati li inimici, intesa la venuta sua se reducono de là da Adda et quelli, che erano nel monte de Santa Agnesia, astrecti per fame, abandonato el monte, se ridusseno alli soi; nè per questo si cessò però de scaramuzare molte volte. Ne li quali conflicti fo summamente laudata la virtù de Roberto Sanseverino.

Già erano le Calenda de Febraro che Francesco Sforza per la difficultà et penuria di strami se ridusse da Chalco a Vicomercato, dove si pose in forteza contra el parere de li altri capitanei, quali el confortavano chel interlassasse la guerra de Milano et dividesse lo exercito nele cità chel teneva. Medesmo munimento et forteze fece fare' a Iohanne Sforza a Serenio et Carlo da Gonzaga a Carate, vicino a Canturio, parendoli con la fortificazione de questi quatro loci potere levare via alli inimici de passare a Milano.

La partita de Francesco Sforza da Chalco aperse la via alli inimici de passare Adda et venire nel monte de Brianza, quali col campo si firmano a Galbiate; da lì domandano el Picinino, qual poco inante era andato a Como, chel se unisca con loro et insieme rece(r)-

cano magior quantità de formento che possono, per subvenire alla presente necessità de Milanesi. Per questo essendo la fama che in brevi queste gente de Venitiani dovevano andare a Milano, Francesco Sforza raduna le gente sue con consilio che, descendendo li inimici ne la planicie, voleva esperimentare la fortuna con loro. La′ qualcosa nunciata alli p. 73 inimici, fece che non se mosseno da li allogiamenti sui.

Essendo in questo modo el Monte de Brianza et la Martesana vexata da doi grandi exerciti, a Milano le cose comenzavano a governarse tumultuariamente: la fame già galiarda era grave non solo alli poveri, ma ancora alli opulenti et richi et le seditione et discordie multiplicavano in modo che le cose humane et divine se confondevano. Unde essendo la città piena de lamenti et cridi, nè essendo più in reverentia quelli chi havevano el governo del Stato, vedendose scarsa omne speranza per lo proposito de subvenire col aiuto de Venitiani et vana la provisione de grani alla fame grave et casi duri, dove se trovava la città, dopo longa patientia in Porta Nova se hebe el principio de la salute, perochè congregati insiemi alcuni′ plebei con la guida de certi citadini, li quali desideravano fare fine p. 74 a tante calamità de la patria et liberarla da la tyrannia de pochi, prese le arme, feceno impeto ne la corte, donde caciati li magistrati et chi teneva el nome de signoria, nel tumulto amazarono l'ambassatore venitiano. Da li quali citadini el dì sequente domandato et introducto ne la città, Francesco Sforza de consenso de ogniuno et con gaudio incredibile fo salutato et appellato duca. Nela quale intrata, conducto nela chiesia mazore, rengrazia Dio et la matre gloriosa, che felicemente havesse finita quella impresa et lassato Carlo da Gonzaga con parte de le fantarie al presidio de la città, retorna in quella ora a Vicomercato et in via intende li inimici, odita l'intrata sua in Milano, essere non senza gran timore retornati in Bergamasca. Monza, Como' et Belinzona, quali loci soli erano perseverati in p. 75 fede con Milanesi et similmente Alexandrini, liberati dal dominio di Gulielmo da Monferrato, sequirono l'exemplo de Milano. El giorno, nel quale Francesco Sforza fece fine a sì grave guerre et dede principio alla felicità sua et de li posteri in tanto stato, fo a ventisei de febraro nel cinquanta poso mille quattrocento.

Li tri anni sequenti Francisco Sforza voltato ad studii de pace con nova liga confirma l'amicicia già in ante principiata et servata con Fiorentini et alli stipendi soi adiunge Ludovico, marchese di Mantua; contra questo Venitiani per lega tirano in compagnia sua Alphonso re de Sicilia, Ludovico duca de Savoia et Joanne, marchese de Monferrato. Da li quali vedendo Francesco essere repudiate le condicione honeste de pace, quale' erano principiato p. 76 tractare, mette ancora lui l'animo ad guerra et con grosso exercito intrato in Bressana occupa gran parte del territorio d'epsa città. Venitiani opponeno le gente sue sotto Zentile da la Leonissa. In el qual tempo Gulielmo de Monferrato excita nova guerra in Alexandrina a Francesco Sforza non poco molesta, per essere implicato in mazore da questa parte et non dimanco non parendoli bene lassare senza contrasto li conati di Gulielmo, subito con Conrado suo fratello manda gente ad Alexandria; da unde Conrado, mosso con le gente in batalia, se fece contra Gulielmo, quale era al assedio de Cassine et quasi già l'havea reducto ad deditione, et posto alle mane con Gulielmo lo rupe et mise in fuga, lo spogliò de la magior parte de li cariagi et gente d'arme. Carlo da Gonzaga' ancora, qual dopo la intrata p. 77 de Francesco Sforza in Milano era passato a Venetiani, infestava acremente Ludovico suo fratello et apresso a Goito venuto in conflicto, da epso Lodovico et da Tiberto Brandolino vincto et presa gran parte di soi, tristamente se ne fugite. Poco poso havendo Vinitiani mandato Mattheo da Capua al assedio de Castellione, contra la fede data al popolo et essendo tanto in ante l'assedio, che già erano dati li obsidi per fare la deditione el dì sequente, da Francesco Sforza fo mandato Conrado con gente d'arme et fantarie al succorso d'epso loco; dal quale Mattheo fo rotto et a pena con pochi persi tutti li carriagii et gente d'arme se riduxe et salvoe in Crema.

Essendo tra Venitiani et Francesco Sforza, già duca de Milano, la guerra in questi

p. 78 termini, Raynere de casa de Angiò, quale' si pretendeva havere rasone nel reame de Sicilia, per opera de Fiorentini da Provenza passoe in Italia con exercito, essendo proposito de Fiorentini opponerlo al re Alphonso, quale in Toscana faceva guerra. Per la venuta del quale essendo aquietate le cose in Alexandrina, Francisco redusse a sè le gente, quale haveva al presidio de quella regione et fece venire a sè Raynere, col quale havendo grandemente ingrossato l'esercito, in poco de tempo recupera quello che li inimici havevano occupato de là da Adda et in Cremonese et con pari celerità reduxe in potestà sua tutt'el Bergamasco, Bressano et Cremasco, da la citate in fora. Dopo per questo essendo reapizata da Venitiani iterum la pratica de pace, non essendo anche alieno da epsa l'animo de Fiorentini, quali molto li inclinavano,' p. 79 Francesco, essendo mandato ad epso ad questo effecto uno ambassatore de Venitiani, in poco de tempo se convene in queste condizione che ad Venitiani fosse restituito quello chel haveva preso in Bergamasca et Bressano et si retenga per sì le cose de Giaradadda et de là da Adda, restando Crema a Venetiani, con questo che ad epso Francesco fosse licito recuperare quello che dopo la morte del duca Philippo Savoini et quelli de Monferrato haveano occupato in Novarese, Pavese et Alexandrina et quelli da Est et da Corezo in Parmisana. Et facta la pace in questo modo Francesco, diviso lo exercito in queste parti, dove erano li occupatori, in brevi recuperoe tutto quello che era stato usurpato.

Paccata la Lombardia per magior stabilimento dela pace, alla conservatione de la quale' p. 80 per quiete de li popoli li pareva usare omne studio, insiemi cum Fiorentini cum nova lega renova l'amicitia vechia de Venitiani et poco poso tutti tre insiemi congiunti cum papa Nicola et re Alponso cum generale lega firma la pace de Italia in xxv anni; la qual lega, mosto lo invito da Alphonso, fu corroborata de affinità per la coniunctione de Hyppolita Maria, fiola de Francesco, in matrimonio cum Alphonso, abiatico del re.

In medesmo tempo Jacomo Pizinino, fornito el tempo de la ferma sua cum Venitiani, commosto da cupidità de acquistarse stato, contracto un gran exercito passoe in Toschana et contra Senesi, quali nisuna cosa hostile suspicavano, voltate le arme tumultuosamente, perturbò le fine loro. La qual cosa Francesco hebbe molestissima et sì como era stato p. 81 auctore' de la lega de Italia per comune riposso et pace, così anche ne volse essere conservatore et per questo subito contra questo perturbatore de la pace publica, mando Conrado suo fratello et Roberto da Sanseverino; li quali congiuncto alle gente sforzesche, quale havevano con sì, quelle de papa Calisto, quale era successo nel pontificato a Nicola, represseno incontinenti la licentia del Picinino, in modo chel fu astrecto a retirarse a Castilione de la Peschara, custodito col presidio del re Alphonso; dovi al ultimo fu facto che Alphonso el domandoe intra le fine del regno suo et lì a spese sue el tenete. Et cum questo modo cum l'opera et sapientia de Francesco fu dato pace et riposso non solo a Senesi, ma ancora alla Chiesia.

Negli anni insequenti, morto el re Alphonso, al quale Ferdinando fiolo era successo' p. 82 nel reame de Napoli, papa Calisto pretendendo actione in quel regno et per la morte de Alphonso poterlo incorporare alla Chiesia, cominzoe a perturbare Ferdinando nella possessione de epso, et parendoli non posserli succedere la occupatione de quello regno senza la voluntà et aiuto de Francesco, lo fa temptare cum speranza et promessa de gran partiti che le voglia essere adiutore in quella impresa. Quale Francesco per la constantia sua de la affinità et lega facta cum el re Alphonso et anche molto maravegliato chel pastore de la religione christiana et principe de la lega italica agitasse tal consiglio, per mezo de oratori conforta et admonisse chel voglia desistere da la offensione de Ferdinando, perochè epso per virtù de la lega non intende manchare alla defensione sua. Questo poi che Calisto p. 83 l'hebbe inteso, ne hebbe tale' amaritudine che subito contrasse la febre, per la quale essendo vechio et de poco prospera valitudine, fra pochi dì manchoe de questa vita.

Successe nel pontificato Pio secundo; la creazione del quale subito sequirono grande

mutatione, perochè poso la morte de Calisto el castellano de la rocha de Assisi corrotto
tradite la rocha a Jacomo Picinino, qual alhora per Ferdinando faceva guerra contra Sigi-
smondo Malatesta; nela occupatione del quale loco, conducto ad Assisi con lo exercito,
facilmente redusse in potestà sua non solo Assisi, ma ancora Gualdo, Nuceria et altre
castella in quella regione. Per la qual cosa Pio, essendo novo in pontificato, nè havendo
altro aiuto, per ambassatore prega Francesco che contra l'occupatore de le cose sue et de
la Chiesia li voglia essere adiutore. Francesco, benchè poco prima li piaces'seno questi p. 84
conati del Picinino, nientedemeno più promptamente a prece del pontifice deliberoe de
obviarli, et per questo mandoe ambassatori al Picinino, per li quali lo admonitte a cessare
da la impresa et restituire le cose occupate alla Chiesia, cum denunciarli che non facen-
dolo, non recusarà lui solo de vindicare questa iniuria de la Chiesa; lo advertisse ancora
a recordarse le cose che prossimamente haveva patito, quando prese le arme contra Senesi.
Inteso questo, el Picinino obtemperò alle admonitione de Francesco et restituite le cose
tolte alla Chiesa, retornò alla impresa, donde era partito, et Pio, recevuto tanto beneficio
da Francesco, molto più voluntera a prece sue confirmoe Ferdinando de Aragonia nel regno
de Sicilia et per un legato lo fece insigne de la corona; et in questo modo, per opera
precipua de Francesco Sforza Ferdinando hebbe la corona dal pontefice, cosa' che Alphonso p. 85
suo patre mai haveva obtenuto. Del che li animi de li principi de la Casa de Angiò et
de Carlo, re de Franza, restarono gravemente offesi et ne feceno gravissima querela, per
la quale el pontifice non manchoe però de la constantia sua.

Pio, assetate le cose de Italia, per la natura sua celere ne le cose che li occorrevano,
havendo in animo alcuni grandi designi per la salute de la republica christiana, ordinoe a
Mantova la dieta et convento de li principi christiani; dove essendo andato el pontifice,
ancora Francesco se li condusse, ad ciò che ogniuno intendesse che dal canto suo non
era per manchare al beneficio de la religione secundo el proposito prudentissimo del pon-
tifice; dove recevuto con incredibile honore dal pontifice, cardinali et dal marchese Ludo-
vico, poichè in concistoro fu congre'gato el pontifice cum li cardinali alla presentia de li p. 86
oratori de tutti li principi et potentati christiani, epso Francesco cum accomodata oratione,
laudato el proposito del pontifice, per el quale haveva convocato li principi christiani, rin-
gratioe la Beatitudine sua de la cura, qual metteva alla salute del grege christiano, cum
offerire et promettere omne sua opera ne la impresa del Turcho. Poso el quale Pio, cum
ornata oratione proponendo questa expeditione contra Turchi, non manchoe de rasone
alchuna necessaria ad incitare li animi de tutti a pigliare la guerra contro lo imperatore
de Turchi. Al qual tutti assentirono, excepto li oratori venitiani.

Tractata nela dieta le cose publiche de la religione, Francesco col pontifice se acorda
de mandare comunamente aiuto' al re Ferdinando contra la ribellione de alcuni baroni, la p. 87
fede de li quali cominzava essere suspecta, essendo vociferato che da epsi era domandato
in el reame Johanne de Angiò, duca de Lorena, quale in Genua era locotenente de Carlo
re de Franza. La qualcosa poco poso fu comprobata da lo effecto, perochè el duca Johanne,
partito da Genua cum l'armata, poichè fu agionto alli litti de Campania et misse in terra
lo exercito, subito quel regno cominzoe a tumultuare et rebellare li baroni a sugestione de
Joanne Antonio, principe de Taranto, in modo che le cose del re Ferdinando parevano
conducte a mal termine, maximamente essendo alla rebellione di baroni et de l'armata del
duca Joanne nel regno agionta la perfidia de Jacomo Picinino, quale,' mutata la fede cum p. 88
Ferdinando, se conduxe cum el duca Joanne, et andato nel Abruzo turbava omne cosa per
quella regione. Per la qualcosa subito el pontifice per la facultà sua manda aiuto a Ferdi-
nando, et Francesco al medesmo effecto Alexandro suo fratello cum iusto exercito, nè cum
questo se poteva però reparare al male, in modo che le cose del re Ferdinando, maxi-

---

9. *già* admonisse

mamente dopo che fu rotto a' Sarno, non pegiurasseno alla giornata per el concorso grandissimo, quale haveva el duca Joanne de li popoli de quel regno alla volta sua et per li grandi facti del Picinino, quali si estendevano non manco nel Stato Ecclesiastico como anche nel regno, che erano de natura che etiam in meza Roma li animi restavano attoniti de paura et trepidatione et poco manchoe che tanto' regno et sì opulento et posseduto tanti anni dal re Alphonso non si perdesse in tutto. Per li quali mali vedendo Francesco essere necessario cum mazore perforzo sustenere quella impresa, mandoe novo et mazore aiuto ad Ferdinando sotto el governo de Roberto Sanseverino et da l'altro canto non manchoe de provedere de dinari al bisogno de epso et de usare tutti li altri remedii pertinenti alla sublevatione di mali de Ferdinando et a liberare l'animo del pontefice del timore, nel quale era constituito. Nel qual tempo benchè et da Ludovico, re de Franza, quale era successo a Carlo suo patre, et da molti cardinali continuamente el pontifice fosse oppugnato et confortato de abandonare l'impresa de Ferdinando et non tenere oppressa la Chiesia de Dio cum tanta guerra, nientedemeno perseveroe' costantemente nela impresa; et similmente Francisco, benchè el medesmo re cum legatione lo havesse confortato a lassare l'amicicia de Ferdinando et ritornare al favore antiquo de la parte angiovina, non volse però mai manchare al aiuto de Ferdinando nè de facti, nè de consilio sin al ultimo che, rotti li inimici a Troia et morto lo principe de Taranto, auctore de tutti li mali, dal quale era stata nutrita quella guerra, et similmente caciato el duca Joanne del regno et tolto Jacomo Picinino alli stipendii del pontifice et suoi, lo fece vincitore. Unde el re Ferdinando da Francesco Sforza, precipuo et singulare defensore suo, essendo anche el pontifice aiutore de la impresa, fu restituito nel regno quieto et tranquillo quatro anni dopo che la guerra era principiata; in la quale' guerra, ultra la singulare prudentia et singulare fortitudine de corpo et animo de Ferdinando, fu notabile la virtù excellente de Alexandro et de Roberto, quali non solo se demonstrarono ne la impresa prestantissimi capitanei, ma ancora, dovi bisognoe, fecero effecti et opere de galiardissimi et fortissimi soldati.

Fra questo mezo Genovesi, nata seditione ne la plebe et concitato tumulto ne la cità, se levarono el zovo et servitù de Francesi, et nel tempo che Prospero Adurno oppugnava Castelletto, dal re fu mandato di Franza galiardo exercito, per desiderio de recuperare la cità; el qual, sforzandosi pigliare la via de intrare la cità per la forteza, fu rotto et tagliato a peze, quasi tutto per virtù de le fantarie sforzesche', mandate là poco inante. Essendo Prospero Adurno persona ignava et perfida, el governo de la cità de Genua fu transferito a Spineta prima, poi a Ludovico et al ultimo a Paulo arcivescovo, tutti de casa Fregoso. Et Ludovico, re de Franza, havendo ancora Savona in arbitrio suo, la dona a Francesco Sforza; la qual venuta in potestà sua, li principali de Genua et tutti li altri, desiderosi de ben vivere, drizarono l'animo in uno lui solo, sì per le singulare virtù sue, como per le facultà grande et per la opportunità de la vicinità sua. Unde, essendo Francisco confortato et pregato da molti de Genua a pigliare l'imperio de quella città, per non manchare alla occasione di possere condure la cosa, manda Gaspare da Vimercate suo capitaneo cum fantarie non molte a Genua; quale,' poso poca dimora, introducto ne la cita, da tutto el populo fu racolto cum leticia et consenso universale, et li citadini per publico consilio et cum voluntà de tutti dedero sè et la cità a Francesco, et così dopo per deditione se hebbe Castelletto. Poso le qual cose, per ordinatione publica vintiquatro citadini de omne ordine dé la cita forono electi et mandati ambasciatori a Milano ad salutare et fare reverentia ad Francisco, como ad vero signore suo. Quali recevuti cum omne benignità el di constituto in gran celebrità de homini et dove de li primarii del dominio presentato el sceptro, el stendardo, le chiave, el sigillo in testimonio de la translatione del imperio, giurano a nome suo et de tutti Genoesi perpetua fidelità al duca Francesco et successori soi.

---

13. et confortato *di altra mano*

In questo acto de la fidelità prestata da li ambasciatori genoesi, el duca Francesco havendo' deliberato insiemi con papa Pio mandare exercito contra el Turcho in Albania, p. 94 dona el stendardo cum el segno del leone dorato a Ludovico Maria, quarto tra li fioli soi legitimi, del qual el patre haveva singulare speranza et soleva dire che da epso haveva reuscire honore et lume a sè et alla posterità sua, et per questo gli diede el standardo et lo fece capitaneo del exercito, qual era per mandare a l'impresa contra el Turco, et insiemi cum Baptista da Goano, principale de la legatione genovese et cum alcuni altri zentilhomini el fece cavallere. Fra questo mezo Paulo Fregoso, arcivescovo de Genua, quale pochi dì inante era uscito de Castelletto et partito da Genua cum alcune nave grosse, infestava el mare de Genua, et per questo per ordinatione pubblica a Genua fu' facto una p. 95 armata, cum la quale essendo persequitato l'arcivescovo, apresso Corsica le nave abandonate da l'arcivescovo et da li soi, quali fugirono su picole barche, furono prese et conducte a Genua. Poso el quale tempo la cità de Genua, dopo molte et varie discordie et calamitate, tandem sotto li auspicii et mansuetudine del imperio del duca Francesco in terra e per mare cominzoe havere riposso et felicità.

In medesmo tempo papa Pio, qual dopo el principio del pontificato suo haveva omne suo pensiero che la republica christiana comunamente pigliasse la impresa contro i Turchi, poichè vide Italia paccata et finite le guerre, de novo remise el studio et animo suo a quella impresa, et per questo havendo excitati tutti li potentati italici et le altre' natione p. 96 christiane a prestare aiuto a questa impresa, al duca Francesco, al quale haveva deputato el governo et summa de quella impresa, cum speciale et gravissime littere scripse, confortandolo chel volesse pigliare la defensione de la causa de Dio et chel volesse essere presente alla expeditione tanto necessaria et salutare; al quale el duca Francisco respose che, licet laudasse el consilio de Sua Santità como cosa, quale usciva da optimo pastore, niente de meno in quel tempo non gli pareva per molti rispecti dovere pigliar quella andata, et per non parere che per questo volesse manchare alla commune salute et al honestissimo desiderio del pontifice cum le gente d'arme, qual pocho poso mandoe in Romagna, dissi chel mandaria Ludovico suo fiolo, como haveva promisso, el quale intervenisse' a quella p. 97 guerra. El pontifice, benchè avesse el corpo indisposto et molti de quelli che havevano promisso de andare alla impresa recusasseno de andarli, niente de meno, etiam contra el parere de li cardinali et de li soi de casa, accelera la partita sua da Roma et portato in Anchona, agitato da febre continua, uscite de questa vita. Morte senza dubio felice de uno pontifice, quale non se po se non estimare, che levandolo de la presente vita, in tanto studio de subvenire alla religione chistiana, lo habia domandato ad eterna beatitudine.

Estimava el duca Francesco, fornita la guerra del reame di Napoli et assetate le cose de Genua, poterse operare de ripossare et fare fine a queste extraordinarie et excessive spese, ma molto fu ingannato de opinione; perochè, havendo coniurati' li baroni del reame de p. 98 Franza contra la salute et stato del re Ludovico, epso re per virtù de la lega et per la singulare benivolentia, quale haveva reposito in epso duca Francesco, lo recerchoe de aiuto et lo pregoe chel volesse pigliare la impresa de defendere la religione et provincia de Lione. Per la qual cosa el duca Francesco, cum omne celerità comparato lo exercito, manda cum epso Galeacio suo primogenito a quella impresa, cum consilio non solo de fare el beneficio più grato al re Ludovico, ma ancora adciochè Galeacio, quale era ne la adoloscentia, imparasse la disciplina militare, essendo epso vivo. Galeacio, passate le Alpe, cum lo exercito se condusse nele fine de Viena del dominio regale et, conducto ultra el Rhodano, fece l'assalto nel ducato de Borbon, essendo el duca alle offese' del re cum li altri coniurati, et p. 99 tochoe quella parte, qual si chiama el Forese. Per la quale andata li popoli de la provincia, li quali per la magior parte inclinavano alli adversarii del re Ludovico, se confirmarono in la fede regale et alli inimici se messe tanto terrore che fra pochi dì quella regione tutta se condusse in potestà de Galeacio. De le quale cose avisato el duca de

Borbono, temendo grandemente al stato suo, comenzoe palesemente a dire de volerse partire de campo et provedere alla salute de li soi; dal che naque che, diminuita, la reputatione alli inimici, al re, quale stava como obsesso in Pariso, in tanta calamità sua aperse la via de salute: perochè, essendo per questo incomenzata pratica de concordie, el re fece pace [p. 100] con li coniurati, di quali era principe' Carlo, duca de Borgogna. Et per questa reconciliatione disciolto lo exercito et tornati li coniurati a casa loro, el reame rimase paccato et tranquillo. Per la qualcosa nel mese proximo de februaro, che fo l'anno del sexantasei sopra millequatrocento da la natività del Redemptore, el re Ludovico mandò tri ambasciatori al duca Francesco, persone primarie de auctorità et honore, ad ringraziarlo in presentia per tanto beneficio in summa necessità conferto in sè. Quali essendo venuti a Milano et exposto la commissione, qual havevano dal re, forono recevuti con tanto honore, che niente più li pareva extollere che la summa munificentia et grandezza de animo del duca Francisco. Li quali ambassatori retornando al re suo, a pena havevano passato le Alpe, che la morte [p. 101] repentina et insperata ', extimando ogniuno chel dovesse ancora potere vivere assai, oppressi el duca Francesco in summa felicità delle cose sue, quale a octo de Marzo morite, nel sexagesimo sexto anno de le età sua et nel sextodecimo del ducato suo de Milano.

Se in questo signore si volesseno ben considerare particularmente le virtù del animo et dote del corpo si extenderia troppo in longo la oratione. Questo cum pace de ogniuno si po affirmare che dopoi Julio Cesare quasi nissuno ha signorezato in Italia, quale meritamente si potesse compararsi con el duca Francesco, quale dece octo volte con tutto l'exercito ha combatuto con li nimici, undece volte li ha rotti, due volte con el guanto sanguinento ha provocato in bataglia li capitanei de li nimici, due volte in guerra navale ha reportato victoria in [p. 102] Po; per mezo de' soi capitanei dece' volte ha rotto li inimici et una volta felicemente combatuto nel mare di Genua; apresso a questo, havendo recuperata la cità de Napoli de mano deli nimici, la restituite alla regina Joanna; redusse in potestà del duca Philippo tutta la regione de Monteferrato, liberò Luchesi da la tirannia de Paulo Guinesio, subiugoe due volte la Marchia et due volte domoe l'Abruzo fin alla Peschara; gran parte del ducato de Spoleto redusse al imperio suo; Roma et Bologna, cavata da le mane de li inimici de la Chiesa, restituite al consueto ecclesiastico imperio. Facto confallonero de la Chiesa, da Venitiani, Fiorentini et Genuesi insiemi, fo facto capitaneo generale cum tanto stipendio quanto non consta alla età nostra nè de li magiori alcuno altro habia havuto. El stato de Venetiani, [p. 103] quasi ruinato' et perduto non solo lo redintegroe, maxime recuperata Verona, ma ancora lo agrandite Bianca Maria, unica fiola del duca Philippo, se aquistoe in matrimonio con dote de Cremona et Pontremulo. L'imperio antiquo di Vesconti in Lombardia, da molti recercato et dissipato dopo la morte del duca Philippo, lo aquistoe et amplioe grandemente con la adiuncta de Genua, Savona, Albenga et li altri lochi di Genovesi con l'insula de Corsica. Ultra questo la rocha de Milano ruinata al fondo non solo la instauroe, ma ancora fece magiore e più galiarda con admirabile structura et arte et ne la edificatione di epsa superoe l'ingenio et peritia de tutti li architecti. Doi re potentissimi, persequitati per la rebellione [p. 104] de li baroni soi, Ferdinando prima, re di Sicilia, et poi Ludovico, re di Francia, liberoe' de periculo, et stabiliti ne li regni soi et per maiore loro fermeza, se li coniunxe con liga et affinità. Con Venitiani et Fiorentini vixe in summa pace et coniunctione et li altri principi et potentati de Italia se concilioe con singulare benivolentia, non mancando verso alcuno de mansuetudine, liberalità et benevolentia; con le quali virtù se comparoe tanta laude et auctorità che meritamente da tutta Italia fo extimato non solo auctore de la pace, ma ancora conservatore et censore. Quale ne le guerre sue essendo sempre stato victorioso, foe de tante laude bellice et da cumulo de tante victorie excellente, et in omne parte de la vita sua in pace et guerra sì glorioso, che niente li mancoe che in preclarissimo capitaneo et optimo re si potesse desiderare; et talmente uscite de la presente vita che sei fosse licito, [p. 105] secundo' el costume de li antiqui, non altramente che a Bacho, ad Hercule et a divo Augusto in onore et gloria del duca Francesco li altari et templi si poteriano edificare et dedicare.

INDICI

AVVERTENZE PER GLI INDICI

Le indicazioni in carattere *tondo* rimandano al testo della Cronaca, quelle in carattere *corsivo* alle note illustrative, quelle comprese *fra virgolette* alla prefazione.
Il numero in carattere *più grande* indica la *pagina*, quello in carattere *più piccolo* la *riga*.

Nell'INDICE ALFABETICO DEI NOMI E DELLE MATERIE, accanto a ciascun nome, ridotto alla forma italiana più comune nell'uso moderno, sono poste fra parentesi *quadre* le altre forme sotto le quali esso figura nel testo e che per ragioni ortografiche sono diverse da quella prescelta. Di queste diverse forme figurano al loro posto alfabetico nell'indice e con richiamo alla forma italiana prescelta soltanto quelle nelle cui *prime quattro lettere* si riscontra qualche differenza dalle prime quattro lettere della forma prescelta.

Nell'INDICE CRONOLOGICO ciascuna data è secondo lo stile comune; precede l'indicazione dell'*anno*, poi successivamente seguono quelle del *mese* e del *giorno*, con un cenno sommario dell'avvenimento.
Fra parentesi *quadre* sono poste le date *errate* con richiamo alla data vera, la quale a sua volta ha un richiamo alla *data errata*.

Tavola delle principali abbreviazioni che s' incontrano negli indici

an.	anno	*pp.*	papa
cap.	capitano, capitani	*pod.*	podestà
card.	cardinale	*ric.*	ricordato
cf.	confronta	*v.*	vedi
cit.	citato	*vesc.*	vescovo
com.	comune	†	morte, morto, muore
imp.	imperatore		